CONTROVERSIARUM
INTER PRINCIPES CATHEDRAS
VI THOMÆ DOCTORIS ANGELICI,
ET
SCOTI DOCTORIS SVBTILIS,
NECNON
ALIARVM ILLVSTRISSIMARVM SCHOLARVM
DE
MPLICITATE DEI & DISTINCTIONE IN DIVINIS
&c.
TOMUS II.
IN DVOS TRACTATVS SEV LIBROS DIVISVS,

In quorum primo Sculptoris artem, Pictoris in secundo expressam invenies.

PRIMVS

Ad mentem Doctoris subtilis omnes compositionis imperfe-ctiones arcet à Deo, censuras à Scoto.

SECVNDVS

SS. Patrum penicillo Dei perfectiones orthodoxè à Doctore subtili suis lineis, rimis & fibris distinctas esse ostendit.

PRIMVS DOCET

Totam Scoti doctrinam de distinctione in Divinis ad Dei simplicitatem relata, hactenus stetisse inconcussam.

SECVNDVS OSTENDIT

Eandem Scoti doctrinam esse tutam, Catholicam, Oecumenicis & Provincialibus Conciliis, Scriptoribus sacris tùm Græcis, tùm Latinis consonam;

Adeoque

tanquam aurum optimum jure merito ab omnibus acceptandam.



APPROBATIO

Admodum Reverendi, Eximii & Magnifici Domini, D. IOANNIS LAYMANN, *SS.Theol. Doctoris, Reverendissimi ac Celsissimi Principis Fuldensis Consiliarii, nec non in Spiritualibus Vicarii Generalis, Ecclesiæ Collegiatæ in Rastorff Præpositi*, &c.



PRæsens Opus, cui Titulus: Controversiarum inter D. Thomam & Doctorem subtilem, &c. PRIMUM & PERENNE MOBILE, ab admodum Reverendo & Eximio Patre Friderico Stumelio Ordinis Fratrum Minorum Recollectorum, SS. Theologiæ Lectore Iubilato, nec non Provinciæ S. Elisabethæ Ex-Provinciali elaboratum infrascriptus pervolvi, in quo Author Doctoris Subtilis doctrinam, præcipuè eam de Distinctione formali ex natura rei, captu aliàs perdifficilem, pro ingenii sui subtilitate & dexteritate non solùm dilucidè & enucleatè pro- & ex-ponit; sed & tanquam justus Æmulator sive zelator Paternarum traditionum, eandem contra adversarios validissimis rationum monumentis, nec non Oecumenicorum Conciliorum ac SS. Patrum auctoritatibus & testimoniis perinde eruditè, ac solidè propugnat, firmat ac roborat. Cùm nihil in eo, quod Orthodoxæ & Catholicæ fidei, ac bonis moribus officiat, aut repugnet; quin potius eam repererim doctrinam, quæ fidei Mysteriis, præsertim Mysterio SS. Trinitatis explicando percongrua, scholis verò cùm Theologicis, tùm etiam Philosophicis, licet contrariâ opinione imbutis, pro majori ingeniorum lumine & acumine, apprimè utilis meritò habeatur; idcirco illud pro bono communi reip. literariæ luce publicâ dignissimum censeo.

Datum Fuldæ 5. Ianuarii 1680.

IOANNES LAYMANN SS.Theol. Doctor, Vicarius in Spiritualibus Generalis, Præpositus in Rastorff. m.pp.

FR. *BARTHOLOMAEVS d'Astroy SS.Theol. Lector jubilatus, Almæ Provinciæ Flandriæ Fratrum Min. Recollect. Ex-Provincialis; & super Provincias Germano-Belgicas, cæterasque annexas Commissarius Generalis, Reverendo admodum Patri Fratri FRIDERICO STVMELIO Ordinis Min. Recollect. SS. Theolog. Lectori Iubilato, nec non Provinciæ Thuringiæ S. Elisabethæ Patri perpetuo salutem in Domino. Quandoquidem Reverenda admodum ac Eruditissima Paternitas Vestra præ manibus habeat opera quædam Theologica doctorum Theologorum judicio ac calculo comprobata: Hinc in illorum editionem typographicam (ubi & quando Reverentia Vestra commodum videbitur) tenore præsentium consentio servatâ formâ à sacrosancto Concilio Tridentino præscriptâ. Quem in finem salutaris obedientiæ meritum adjungo.*

Datum Leodij die 23. Martii 1679.

(L.S.)

Fr. BARTHOLOMÆVS d'ASTROII
Commissarius Generalis qui supra.

Fr. PE.

FR. PETRUS Hoff Ordinis Fratrum Minorum Recollectorum per Provinciam Thuringiæ S. Elisabethæ Minister & Servus, Admodum Reverendo P. F. Friderico Stumello, SS. Theologiæ Lectori Jubilato, ejusdemque Provinciæ Patri perpetuo, salutem in Domino. Etsi ad approbandum Opus, cui titulus *Primum & Perenne Mobile, &c.* jam tum pro prælo, & propugnanda Scoti doctrina, à Theologis plurimùm laudatum; satis mihi suffiet auctoritas Auctoris, cujus nimirum eruditio & doctrinæ soliditas, tùm ex publicis, cùm etiam privatis experientiæ argumentis apud omnes in aprico sit; speciali tamen titulo illud imprimendi Paternitati Tuæ facultatem cum obedientiæ salutaris merito adjudico, quod post resuscitationem Provinciæ nostræ ab URBANO VIII. anno 1637. factam, ex primis filiis in ea professis omnium primus anno 1649 capitulariter à Reverendissimo P. PETRO MARCHANTIO Commissario Generali &c. institutus Lector deinceps per octodecim annorum decursum Religiosam illius Juventutem tali cum fructu & labore indefesso erudieris, ut ex ea diversos, in diversis Comitiis Provincialibus Viros, Cathedris regendis idoneos, aliosque præclaros filios genueris. Insuper cùm omnium primus in dicta Provincia inventus fueris, qui doctissimis suis scriptis Seraphicum Ordinem nostrum & Provinciam exornet, Scoti doctrinam ejusque scholam illustret, & aliis junioribus ad hujusmodi studium laudatissimum exemplo suo animos adjiciat, non solum Admodum Reverendæ Paternitatis Tuæ Opus Theologicum dictâ facultate nostrâ dignissimum judico; sed & summopere desidero, ut cito in lucis usuram prodeat; servatis tamen Concilii Tridentini & Ordinis nostri Constitutionibus. In hujus rei fidem has manu nostra scriptas, officiique sigillo munitas dedimus Lympurgi ad Lahnam 12. Januarii 1680.

(Loco Sigilli.)

Fr. PETRUS Hoff, qui supra.

TOmos, *seu Opus dictum* Primum & Perenne Mobile *de Simplicitate Dei, ab Admodum Reverendo P. Friderico Stumelio Ordinis Fratrum Min. Recoll. SS. Theologiæ Lectore Jubilato, nec non Provinciæ Thuringiæ S. Elisabethæ Patre perpetuo, eruditione præcipuâ conscriptum perlegi, nihilque in eo bonis moribus aut Orthodoxæ fidei adversum; verùm distinctionem formalem Scoticam velut divinis Mysteriis intelligendis & explicandis congruentissimam, subtiliter ac solidè, tum efficacissimarum rationum energiâ, tum irrefragabilium auctoritatum pondere assertam, probatam, ac contra obtrectatores defensatam inveni; quare lucubrationes has doctissimas, non modo scholæ Doctoris Subtilis, sed omnibus quoque Theologis utilissimas, luce publicâ dignissimas censeo.*

Datum Lympurgi 7. Octobris 1678.

Fr. BERNARDINUS Quadbach Provinc. Thuring. SS. Theologiæ Lector jubilatus

---

INfrascriptus testor Opus hoc, cui Titulus: *Primum & Perenne Mobile, &c.* à Reverendo admodum P. Friderico Stumelio SS Theologiæ Lectore jubilato, & Provinciæ Thuringiæ Patre perpetuo elaboratum, à me esse perlectum, adeoque non esse observatum in eo quidquam à fide vel piis moribus alienum, ullivè censuræ obnoxium, ut ex omni parte publicâ luce, manibusq; Doctorum Subtilis & Angelicæ scholæ dignissimû judicem; non enim solum (quod multi) quæstiones scholasticas de Dei Simplicitate, formali in divinis distinctione, omnes suo ambitu comprehendit, sed prætere a adinstar Primi Mobilis, quod secû rapit reliquos cœli orbes molesque eorum librat, volvit, vibrat, suisque fibris suspensos ponderat, ita altissimas quasvis Theologiæ difficultates secum ingenioso côplexu rapit, pervadit, incingit, eaque perspicuitate, (quod omninò fecêre pauci) illam Scoti distinctionem in divinis, hec non ea subtilitate discutit, ea profunditate ex ipsis objectorum rimis egerit, ea dexteritatê inter ipsa Deitatis lumina absorptam extundit, humanoque assensui tam propinque scintillantem ostendit, eo judicio suis etiam osoribus amabilem reddit, eoque auctoritatum præpondio apud eosdem stabilit, ut SCOTI Adversarios, nisi diem negare velint, suæ scholæ proselytos efficiat; ac denique eum SCOTO consonantiâ totum Opus ad umbilicum redigit, ut nec numerus desit in condita turba, nec detrahat soliditati subtilitas, aut profunditati faciat injuriam perspicuitas, vel authoritati denique contradicat authoritas, quod non jam animo aneo, quam ingenuæ veritati dictum existimabit à me testimonium, quisquis ingenue ingeniosus, & ingeniosè ingenuus positam in eo volutando operam volet. Ita censeo hac die 10. Decembris anno 1678.

Fr. ERNESTUS Opfermann Provinciæ Thuringiæ SS. Theologiæ Lector jubilatus.

Legi præsens Opus, à Reverendo Admodum Patre FRIDERICO STUMELIO *Ordinis Fratrum Min. Recoll. Provinciæ Thuringiæ Patre perpetuo, nec non SS. Theologiæ Lectore Iubilato concinnatum, & omnibus numeris absolutum; in quo Auctor Controversias inter Principes Scholarum Cathedras Doctoris Angelici & Subtilis, jam à sæculis ardentissimè motas, tam solidè figit, ac validissimo rationum pondere firmas sistitque, ut* Mobile *per inconcussas rationes* fixum, *jure meritissimo valeat appellari, nempe totum in eo se figit Auctor, ut concatenatis SS. Patrum sententiis Scotum ab ictibus telisque adversantium tueatur, &* expugnet impugnantes, *sanissimam Doctoris Subtilis de distinctione formali ex natura rei in Divinis doctrinam, ac* concludat adversus eos, *qui hoc in puncto Subtilem immodestiori censurâ perstringunt. Porro hoc ipsum toto Opere præstat Auctor enucleatè adeo & nervose, ut domesticos in Schola subtili discipulos acuat magis; extraneos verò subtilissimo rationum motu etiam nolentes rapiat ad assensum, quapropter Opus multa eruditione refertum, auctoritate SS. Patrum firmatum, nec non sacrorum Conciliorum sanctionibus validissimè suffultum, omninò prælo subjiciendum censeo.*

Dabam Fuldæ 11. *Aprilis* 1679.

Fr. MARTINUS Snups/ SS. Theol. Lector Jubilatus.



INDEX APPARATUS CONCILIORUM,

Quibus contra errores & hostes SS. Trinitatis, quid de hoc mysterio, & simplicitate divina fide tenendum decernitur.

Concilia Generalia Occidentis.

Concilium Barense.

Concilia Nationalia, & Provincialia.

INDEX
CONTROVERSIARUM,
QUÆSTIONUM, & ARTICULORUM
Tomi II.

PARS, ſeu TRACTATUS I.

CONTROVERSIA I.
DE SIMPLICITATE DEI.

An ſicut illi compoſitio, ita diſtinctio omnium minima earum, quæ ſunt ante operam intellectûs, vulgò diſtinctio Scoti, ex natura rei formalis, opponatur divina ſimplicitati.

Quæſt.I. An, & quid ſit ſimplicitas divina.

Articulus I. Reſolvitur generaliter quæſitum, an & quid, &c.
Art.II. An ſimplicitas Deo debita, & articulo ſuperiori generatim deſcripta abjiciat, & dicat Scoti diſtinctionem naturæ ſuæ inimicam.
Quæſt.II. In qua reſolvitur ſpeciatim quid importet ſimplicitas divina.
Quæſt.III. An, & cur pluralitas formalitatum in Deo diſtinctarum diſtinctione formali ex natura rei non inducat compoſitionem? ubi conſequenter, an earum multiplicitas militet contra attributum ſimplicitatis divinæ?
Art.I. Quæ ſint conditiones ad compoſitionem neceſſariò requiſitæ?
Digreſſio Parenthetica ad P. Gonet circa hîc relatas ab ipſo compoſitionis conditiones.
Confirmatio conditionum ad compoſitionem requiſitarum à S. Thoma, ob quas à Deo removet compoſitionem.
Art.II. ---- Doctoris ſubtilis, quòd nulla compoſitionis conditio ex diſtinctione Scoti verificetur.
Art.III. In quo comparando doctrinam cum doctrina, manifeſtatur, eam Scotiſtarum', in Deo compoſitionis excluſivam, Thomiſticâ validiorem eſſe.
Art.IV. In quo, occaſione primæ & ſecundæ conditionis adductæ ſuprà, proponuntur objectiones in contrarium, ubi multa congeruntur argumenta, quæ ut in reſponſionibus patebit, illuſtrant potiùs, quàm impugnant ſententiam Scoti.
Reſponſio I. ex mente D. Thomæ.
Reſponſio II. ad hominem.
Reſponſio III. & rectè ad argumentum.

CONTROVERSIA II.

An, & quomodo Scoti doctrina Dei ſimplicitatem Controverſiâ præcedenti mediis communibus, ſcilicet ex infinitate, & neceſſitate ſatis ſuperque probatam, inſuper ex mediis particularibus propugnet, & tueatur.

Quæſt.I. An detur in Deo compoſitio ex materia & forma?
Quæſt.II. An ſicut per doctrinam Scoti abjicitur à Deo compoſitio ex materia, & forma, ita per eandem abjicienda ſit à Deo compoſitio ex genere, & differentia?
Quæſt.III. An doctrina Scoti rejiciat à Deo compoſitionem ex partibus quantitativis, ac integrantibus.
Quæſt.IV. An eadem doctrina Scoti removeat à Deo compoſitionem ex ſubjecto, & accidente, & quòd nullum Deus in ſe habeat accidens realiter à ſe diſtinctum?
Art.I. Quid de hoc ſentiant moderni?
Art.II. Exploduntur, quæ è mente Thomiſtarum ad infirmandam doctrinam Scoti, confi[illegible]a ſunt.
Art.III. Retunditur objectio in adverſarios.

CONTROVERSIA III.

An poſſibilis ſit compoſitio aliqua, quæ non dicat imperfectionem, ac proinde ſine præjudicio divinæ ſimplicitatis in Deo aſtrui poſſit?

Quæſt.I. Num attributa, & relationes divinæ veniant cum eſſentia divina in compoſitionem, ab omni depuratam imperfectione.
Quæſt.II. An detur in Deo ſine divinæ ſimplicitatis exitio compoſitio metaphyſica ex genere, & differentia nullam involvens compoſitionem.
Quæſt.III. An ſit admittenda ex doctrina Scoti compoſitio rationis in Deo, ſeu per ſolam mentis functionem illi affixa?

CONTROVERSIA IV.

De jure & proceſſu Gabrielis Vaſquez adverſus Catholiciſſimam & puriſſimam Scoti doctrinam, quæ, dum exceruuntur diſpunguntur cenſuræ Vaſquez, à calumniis emaculatur, & ſimplicitas divina in via Scoti amplius propugnatur.

Quæſt.I. Quo jure, & quibus rationibus Vaſquez voluerit Scotum malè audire, eumque erroribus Gualteri & Gilberti conſperſum eſſe.
Art.I. Recenſentur rationes Vaſquez.
Art.II. Examinatur fundamentum Vaſquez, quo inductus fuit ad coacervandas rationes contra Scotum allatas.

Quæſt.II.

Judicia Theologorum de doctrina Scoti, de distinctione in divinis.

CONTROVERSIA V.

De necessitate luminis fidei, & compossibilitate supernaturalitatis cum distinctione Scoti in divinis, & quòd per eam cognoscatur augustissimum mysterium SS. Trinitatis non esse impossibile, adeòque reddi credibilius, minimè verò ejus altitudinem evacuari, & in creaturas invehi.

PARS seu TRACTATUS II.

In quo

Continetur Aurea Catena doctrinæ sanctorum PP. & Doctoris Subtilis de distinctione in divinis.

CONTROVERSIA VI.

De notitia SS. Patrum circa Deum, & divina attributa.



ELEN-

ELENCHUS SEV SERIES CONCLUSIONUM TOMI POSTERIORIS.

CONTROVERSIA I.

De Simplicitate Dei,



An ſicut illi compoſitio, ita diſtinctio omnium minima earum, quæ ſunt ante operam intellectûs, vulgò diſtinctio Scoti ex natura rei formalis, opponatur divinæ Simplicitati?

ASSERTIO I.

Fide tenendum eſt Deum perfectisſimè ac omninò ſimplicem eſſe, Simplicitas autem illa Dei, licèt à nobis nonniſi per negationem explicari queat, non tamen dicendum eam formaliter in negatione conſiſtere; ſed rectius quòd importet de formali quid poſitivum connotans talem negationem, ſitque probabiliter quædam peculiaris Dei perfectio ab aliis Dei perfectionibus in eadem natura divina fundatis, diſtincta formaliter.

ASSERTIO II.

Simplicitas Deo debita, ſi Authoritas Patrum ſpectetur, nullatenus excludit diſtinctionem ex natura rei formalem inter Attributa & Eſſentiam, inter Eſſentiam & Perſonalitates, nec Attributorum inter ſe.

ASSERTIO III.

Simplicitas Deo debita ſi ſpectemus rationis evidentiam, qua illam probant de Deo Scholaſtici, minimè excludit diſtinctionem Scoti ex natura rei formalem inter Eſſentiam & Attributa, inter Eſſentiam & Relationes, neque Attributorum inter ſe.

ASSERTIO IV.

Divina Simplicitas tantoperè à Patribus propugnata, à Theologis per Dei independentiam, neceſſe eſſe, ac infinitatis rationem demonſtrata, omni compoſitioni & componibilitati oppoſita, non eſt alia, quàm quæ in identitate reali à Scotiſtis eſt aſſerta, cui non repugnet *ſimplex multiplicitas*, ut loquitur S. Auguſtinus perfectionum ex natura rei formaliter tantùm diſtinctarum, & cum ſumma coexiſtendi neceſſitate ſibi realiter identificatarum, alia econtra ab Adverſariis allata, ac in identitate formali imbibita imperfectio potius eſt Deum dedecens, quàm perfectio ſimpliciter ſimplex, eſtque ſimplicitas dicenda non tam major quam nulla, ideoque Deo repugnans æſtimanda.

ASSER-

ASSERTIO V.

Ne vestigium alicujus conditionis ad compositionem requisitæ in Deo, nec consequenter vel vestigium compositionis alicujus ex distinctione nostra formali ex natura rei inter perfectiones attributales & Essentiam, inter Relationes & Essentiam inferri potest.

ASSERTIO VI.

Tam solidè tamque valido fundamento Scotistæ in doctrina & sententia Doctoris Subtilis compositionē à Deo proscribunt, ut ex illo velut lydio lapide probari debeat doctrina Thomistica de Simplicitate divina, roburque suum mutuare, & quòd formalis ipsorum identitas cum distinctione virtuali ab illis asserta, non magis, imò minus excludat compositionem divinæ simplicitati repugnantem, quàm identitas Scotistarum realis, cum distinctione eorum formali, nisi recurratur ad rationem & solutionem Scotistarum, per quam tanquam per causam a priori declarari & explicari debet ratio & solutio Thomistarum consistens in remotione conditionum à Deo, quas S. Thomas supra requirit ad compositionem divinæ simplicitati adversantem: consequenter quòd Scotistæ fortius & immediatius de Deo demonstrent simplicitatem, quàm Thomistæ, qui id præstant solum à posteriori.

CONTROVERSIA II.

An & quomodo Scoti doctrina Dei simplicitatem Controversiâ præcedenti mediis communibus, scilicet ex infinitate & necessitate satis superque probatam, insuper ex mediis particularibus propugnet & tueatur.

ASSERTIO I.

Ex doctrina Scoti à Deo abjicitur omnis compositio ex materia & forma, etsi daretur materia & forma heterogenea à nostra, ex quibus non corpus, sed spiritus constitueretur.

ASSERTIO II.

Doctrina Scoti omnino eximit Deum à prædicamentis.

ASSERTIO III.

Doctrina Scoti rejicit à Deo compositionem ex partibus quantitativis ac integrantibus.

ASSERTIO IV.

Doctor subtilis ad tuendam pleniùs Dei Simplicitatem subtiliter ostendit abesse procul à Deo compositionem ex subjecto & accidente tam spirituali quàm materiali.

ASSERTIO V.

Illa, quæ est in Deo sine mutatione immutabilitas, sine compositione simplicitata refugit omnem formam accidentalem, sive absoluta sit, sive relativa, ut dicat imperfectionem Deum dedecentem recipi in ipso de novo formas quasdam accidentales.

ASSER-

ASSERTIO VI.

Nulla perfectio attributalis, neque relationes originis in Deo circumstant Essentiam, ut verum accidens, nec ut actus, vel forma illius.

CONTROVERSIA III.

An possibilis sit compositio aliqua quæ non dicat imperfectionem, ac proinde sine præjudicio divinæ simplicitatis in Deo astrui possit?

ASSERTIO I.

Irritè & infundatè asseritur Personalitates & Attributa divina formaliter ab Essentia distincta veram cum illa compositionem adire, etiam gratis data, non concessa, compositione aliquâ, quæ positivè suaptè naturâ nullam involveret imperfectionem.

ASSERTIO II.

Implicat Essentiam divinam inter & Personalitates & Attributa divina dari veram compositionem sine præjudicio divinæ Simplicitatis. Respondetur ad Argumenta sub n. 103. & 104. ex fundamento Adversarii allata, & impugnatur amplius hæc doctrina, ostendendo in aliquo sensu cognatam esse errori Gilbertino.

ASSERTIO III.

Compositio in tota latitudine sumpta, consequenter ea ex genere & differentia, cum simplicitate tam est irreconciliabilis in divinis, ut implicantiam dicat, unam sine alterutrius exitio sociam esse. qualiter & an sufficienter hujus Assertionis rationi occurrat Poncius d. 69. cit. q 3. in Additione, §. *nec recte*, & infra §. *quod autem dicat*, & alibi passim.

ASSERTIO IV.

Dedecet Dei summam actualitatem etiam in operatione cogitantis, seu quod in eo compositio per mentis functionem collocetur.

CONTROVERSIA IV.

De Iure & processu Gabrielis Vasquez adversus Catholicissimam & purissimam Scoti doctrinam; quæ, dum excernuntur & dispunguntur censuræ Vasquez, à calumniis emaculatur, & simplicitas divina in via Scoti amplius propugnatur.

Videatur index præcedens hujus Controversiæ.

CONTROVERSIA V.

De necessitate luminis fidei & compossibilitate supernaturalitatis cum distinctione Scoti in divinis, & quòd per eam cognoscatur Augustissimum Mysterium sanctissimæ Trinitatis non esse impossibile, adeoque reddi credibilius, minimè verò ejus altitudinem evacuari, & in creaturas invehi.

ASSERTIO I.

Impossibile est sine revelatione aut divina institutione per viam inventionis pro-

propriam, posse creaturam suo veluti Marte probare simpliciter esse Trinitatem in Deo, multò minus comparare sibi potest certam ac evidentem hujus Mysterii notitiam.

ASSERTIO II.

Ratio naturalis, quæ obsequitur fidei, ita potest conciliari cum ipsa fidei veritate, quam Deo revelante habemus de Sanctissimæ Trinitatis Mysterio; ut esto illa superet, nullatenus tamen officit vel destruit lumen naturale, ita ut cogeremur concedere contra evidentiam rationis apertè impossibilia: verbi gratia, *idem esse & non esse*; aut verè *affirmari & negari posse idem de* eodem respectu ejusdem.

ASSERTIO III.

Nulla evidentia luminis naturalis unquam concludi potuit, nec per absolutam Dei potentiam aliquis intellectus est creabilis, qui posset demonstrare impossibilitatem SS. Trinitatis.

ASSERTIO IV.

Tantum abest, ut doctrina aliqua falsitatis suspecta esse debeat, propter declarationem profundissimi hujus Mysterii, & munus reddendi illud credibilius, quo ostenditur illud non destruere rationem seu evidentiam naturalem, dato quod jam per divinam revelationem constiterit illud actu verè existere: quin potius eo nomine suspicienda & amplectenda præ aliis quæ id non præstant, neque manuducunt intellectum nostrum, quo illud impossibile esse non apprehendat.

ASSERTIO V.

Ita per distinctionem Scoti Mysterium sanctissimæ Trinitatis proponitur, ut non sit contra lumen naturæ, & prima principia lumine naturali evidentissima; quo tamen non obstante, adhuc tam sublime, arcanum, & ab humana mente reconditum est, ut sit supra omnem captum intellectus creati & creabilis, positque si insistatur captui naturali dubitari, an de facto ita sit, ut simpliciter divina revelatione opus sit, & lumine fidei, aut lumine gratiæ.

ASSERTIO VI.

Salva distinctione Scoti in Deo & creaturis, Mysterium sanctissimæ Trinitatis, supposita etiam illius revelatione, ita adhuc excedit & superat omne exemplum rerum creatarum, ut in aliqua earum, præter esse imaginis in Angelis & homine, & præter esse vestigii in aliis creaturis deprehensum, ne cassa quidem umbra illius reperiri valeat.

ASSERTIO VII.

Supposito quòd Naturam Divinam inter & relationes divinas, distinctio aliqua admittenda sit, qualiscunque demum statuatur, Adversarii non solùm Divum Thomam in eandem censuræ damnationem conjiciunt, in

quam Scotum trahere frustra conabantur; sed & ipsimet junctis pedibus in eandem relabuntur.

CONTROVERSIA VI.

De notitia Sanctorum Patrum circa Deum & divina Attributa.

ASSERTIO I.

Habemus pro hoc statu conceptus positivos de Deo, tam in Mystica, quàm Scholastica Theologia; neque ulla notitia, quâ sub negationibus Deus à nobis concipitur, habetur, cui non præsupponatur aliquod positivum, præexigens ex ratione sua particulari tales negationes.

ASSERTIO II.

Ita utrâque Deum contemplandi viâ, tam negationis, quàm affirmationis, ad Dei cognitionem ascenditur, ut rectè & fructuosè sancti Patres viâ negationis aliquando omnia de Deo negent, & rursum via affirmationis omnia de Deo affirment, Deum omnia esse, & nihil eorum esse.

ASSERTIO III.

Omnia suo modo de Deo affirmabilia sunt, quia sunt in ipso vel formaliter, vel eminenter, vel virtualiter.

ASSERTIO IV.

Vi continentiæ virtualis, qua Deus omnia continet, ut causa, omnia de Deo affirmari possunt, ut de causa, dicendo cum Dionysio Deum esse omnia, ut causa omnium.

ASSERTIO V.

Vi continentiæ eminentialis nulla perfectio creaturæ affirmabilis est de Deo secundùm suum esse specificum ac individuale.

ASSERTIO VI.

Vi continentiæ eminentialis prædicata & perfectiones creaturarum secundùm suum esse transcendentale, quatenus nondum sunt contractæ per finitudinem, sine quibus infinitas non repugnat, ut sapientia, veritas, sanctitas, beatitudo, & similia de Deo affirmari possunt.

ASSERTIO VII.

Omnia quæ Scholastici per positionem & affirmationem de Deo adstipulantur, Theologi Mystici rectè de Deo negando inficiantur, non quidem simpliciter, ut important in recto ens increatum, sed secundùm quid, prout illa per imperfectum nostrum concipiendi modum non explicant quoad nos distinctè, quid sit, sed quid non sit.

ASSER-

ASSERTIO VIII.

Habemus pro hoc statu conceptus de Deo ita proprios, ut non conveniant ulli alteri.

ASSERTIO IX.

Non solùm pro hoc statu possumus proprios de Deo habere conceptus attributales, quibus Deus concipitur per modum summi Boni, infinitè sapientis, omnipotentis, &c. sed & conceptum Dei quidditativum & essentialem.

CONTROVERSIA VII.

De Patribus Græcis.

Quid Patres Græci sentiant de Distinctione & identitate in Divinis?

ASSERTIO I.

Doctor Subtilis de distinctione & identitate in Divinis, Dionysio totus est homologus.

ASSERTIO II.

S. Iustinus cum Scoto juxta ac unus, unius doctrinæ de distinctione & identitate in divinis coassertor.

ASSERTIO III.

Cyrillo Scotus, Scoto Cyrillus in unius doctrinæ positione de distinctione Relationum ab Essentia in divinis apprimè Parallelus.

ASSERTIO IV.

Cyrillus & Scotus de distinctione inter Attributa & Essentiam opinionis consensione indivulsi.

ASSERTIO V.

S. Athanasius ejusdem doctrinæ de distinctione in divinis cum Scoto Doctor existit individuus.

ASSERTIO VI.

Nyssenus Numine divino plenus inter Essentiam divinam & Hypostases rejicit omnimodam illam & formalissimam identitatem, & ab ea Arianismum & Sabellianismum originatos esse, occasum autem ac exitium utriusque à non identitatis veritate inter eandem Essentiam & Hypostases divinas seu à distinctione ex natura rei, quam variis in locis astruit, deductum esse ostendit.

ASSERTIO VII.

S. Gregorius Nyssenus & Doctor Subtilis unius opinionis de distinctione

& identitate inter Essentiam & Attributa divina, & Attributorum inter se, Didymi existunt.

ASSERTIO VIII.

Basilius Magnus & Doctor Subtilis, & Nyssenus jam laudatus, ejusdem Basilii frater in unius doctrinæ consensu triumviri; quod verè in divinis præter distinctionem Personarum realem detur alia ex natura rei minor tam inter Attributa, quàm Essentiam & Hypostaticas relationes, funiculus triplex rumpi difficilis.

ASSERTIO IX.

S. Gregorius Nazianzenus & Scotus non ad latum unguem à se dissident in doctrina de distinctione in divinis.

ASSERTIO X.

Damascenus & Scotus sicut à baptismate homonymi, ita à doctrinæ consensu de distinctionibus in divinis homologi existunt.

ASSERTIO XI.

Anastasius in doctrina de distinctione in divinis Scoto haud dissimilis existit.

ASSERTIO XII.

Scotus Minor Maximo in ejusdem doctrinæ Assertione subtiliter idem.

ASSERTIO XIII.

Mysterium SS. Trinitatis Anastasius Theopolitanus & Cyrillus Alexandrinus distinctione aliqua inter Essentiam & subsistentiam credibile ostendunt, Scotique doctrinam illustrant.

ASSERTIO XIV.

Divus Epiphanius accinit in suo Ancorato opinioni Subtilis.

ASSERTIO XV.

S. Ioannes Chrysostomus Scoti doctrinam tot SS. Patrum calculis adminiculatam suo in eandem consensu sapientissimè inaurat, ornat, firmatque.

CONTROVERSIA VIII.

De Patribus Latinis.

Quid Patres Latini sentiant de distinctione & identitate in divinis.

ASSERTIO I.

S. Hilarius Aureæ sanctorum Patrum Catenæ ceu præstantissima adscitus gemma doctrinam Subtilis de distinctione in divinis stabilit ac firmiorem reddit.

ASSERTIO II.

D. Augustinus, satis est: in doctrinæ consensu de distinctione in divinis, Scotus alter ille.

ASSERTIO III.

Doctrinam, quæ de distinctione inter essentiam, & proprietates hypostaticas controversa, in Anselmi scriptis subtiliter delitescit, Scotus subtilis verbo, & calamo expresit.

ASSERTIO IV.

Scripta D. Anselmi de distinctione attributorum inter se, & ab essentia cum Scoti doctrina adeo symbolizant, ut si Anselmi non essent, Scoti fierent.

ASSERTIO V.

D. Bernardus Doctor inde mellifluus, unde Scotus subtilitate profluus, quantus distinctionis Gilbertinæ hostis, tantus Scoticæ extitit amicus.

ASSERTIO VI.

Attributalium rationum, quas verè esse in Deo D. Thomas asseruit, nostrumque intellectum ita superant, ut non posint una conceptione comprehendi, nec una voce nominari, omnium una est & summa identitas realis in Deo, eaque ex mente ejusdem, volentis principaliter removere pluralitatem realem à prædicatis Dei absolutis, tam inter se, quàm cum essentia rectè & conformiter ad sanctam nostram fidem, tenenda est.

ASSERTIO VII.

Doctrina sancti Thomæ, quâ asserit in Deo unum & simplex multiplicari in intellectu nostro imperfecto, etiamsi immediatè à Deo acciperet, sicut multiplicatur procesio bonitatis ejus in creaturis, adeòque pluralitatem objectivam divinarum perfectionum, non prout sunt in Deo sed prout in creaturis resplendescunt, esse ex parte nostri intellectus, & Scoto homologa, ac toti Scotistarum scholæ tam est consona, quàm est vera.

ASSERTIO VIII.

Ex nulla creaturarum diversitate, consequenter nec, esto per nomina angelica distinctè darentur intelligi illorum essentiæ, in quibus velut in speculo divinæ perfectiones sparsim relucent, argui potest distinctio talis in essentia divina à parte rei, qualis est eorum, in anima nostra. multò minus nec distinctio realis personarum in sanctisima Trinitate, absolutè tamen à creaturis velut à posteriori in Deo arguitur ordo quidam intelligibilitatis & præsuppositionis in distinctione fundatus non logicâ, & se tenente ex parte ratiocinantis nostri intellectus solùm, sed ex natura ipsiusmet objecti divini seu gratia materiæ.

ASSERTIO IX.

Spectando rationes divi Thomæ, & verba ipsa ex suo fonte hausta, verisimilius

milius est, quòd sicut perfectiones divinæ, ut substant actuali conceptuum multiplicitati, undecunque illa proveniat, sive ab objecto, quod in se unum & simplex est, inadæquatè, ut loquuntur, concepto, sive à creaturis diversis, in quibus illa ut distincta resplendescunt, per rationem fiant objectivè multiplices, quod omnes admittimus; ita ex mente ejusdem ante omnem conceptum creatum, fundamentalem quandam multiplicitatem eo modo, quo illam Doctor subtilis astruit, ut verè talis simplex multiplicitas ibi sit ex natura rei, in Deo admittendam esse.

ASSERTIO X.

Nullum omnino præjudicium doctrinæ Subtilis Doctoris parturit doctrina Doctoris seraphici sancti Bonaventuræ, quin potiùs econtrà illam multis in locis haud obscurè indigitat: & licèt in terminis illam non referat, utpote quæ ante Scotum innominata manebat, attamen cum identitate reali in divinis congeneam esse, implicitè & reapse verificat.

CONTROVERSIA IX.

De sacris Conciliis,

Quà tangunt Controversiam de distinctione, & identitate in divinis.

ASSERTIO I.

Post Concilii Lateranensis decretum non sunt tolerandæ hujusmodi propositiones: *Essentia generat, essentia generatur*, &c. accipiendo essentiam abstractè, seu quatenus talis est, & Personis communis, sed absolutè tenendum est: Essentia divina non generat, neque generatur, neque procedit.

ASSERTIO II.

Auctoritates allatæ, etsi secundùm corticem verborum contradictoriè videantur repugnare doctrinæ à nobis propugnatæ, à parte rei tamen nihil habent contra illam; quo tamen gratis dato, cùm sancti Patres extra Concilium non sint infallibilis regula fidei, si ad meliorem sensum redigi non possint, corrigendi: si possint, congrua interpretatione cum Concilio Oecumenico Lateranensi conciliandi sunt.

ASSERTIO III.

Identitas realis, quæ est inter Patris Deitatem, & Paternitatem, non sufficit ut communicatio Deitatis, possit verè dici realiter communicatio Paternitatis, neque ut non communicatio Paternitatis, possit dici realiter non communicatio Deitatis.

ASSERTIO IV.

Identitas realis essentiam inter & personas nullatenus sufficit, ut dicatur: *Essentia divina realiter generat*, vel *realiter generatur*.

ASSERTIO V.

Commutatio harum contradictoriarum : *Essentia divina non generat, Pater generat.* Item harum : *Essentia communicatur, Paternitas non communicatur,* in illas nuper relatas, sicut gratuita, ita frustranea est ad eidendam vim probandi distinctionem ab intrinsecis contradictoriis desumptam.

ASSERTIO VI.

Hæc : Essentia divina realiter generat, non generatione productivâ essentiæ, sed communicante essentiam, & producente novam hypostasin , non obstante illa limitatione, *non generatione productiva essentiæ alterius numero distinctæ* , nec vera est, neque evitat inconvenientias, quas aliis suprà confutatis, inspersas ostendimus.

ASSERTIO VII.

Commutatio hujus negativæ : Pater non communicat Filio Paternitatem ; in affirmativam , adjuncta explicatione illa in sensu reali dicendo : Pater communicat realiter Filio suam Paternitatem, communicatione faciente utramque personam unum Deum, nec litem dirimit, neque scopum, ad quem collimat, attingit.

ASSERTIO VIII.

Prædictæ propositiones, post determinationem Concilii, sunt de fide.

ASSERTIO IX.

Ex hisce contradictoriis tandem : *Essentia divina non generat, Pater generat:* &, Essentia divina communicatur, Paternitas non communicatur, simpliciter & absolutè veris, utpote de fide credendis evincitur aliqua distinctio aut non identitas essentiam inter & Paternitatem divinam, eaque à parte rei ante omnem operationem intellectûs eas præscindentis.

ASSERTIO X.

Non identitas Scoti inter Naturam divinam & relationem habetur expressa in Concilio Toletano VI. & XI. in professione fidei.

ASSERTIO XI.

Irrefragabile veritatis testimonium doctrinæ Scoti iterum perhibetur ab eodem Toletano XI. in professione fidei hisce verbis : quòd *Pater est non ad se, sed ad Filium est; & quòd Filius est, non ad se, sed ad Patrem: similiter & Spiritus sanctus non ad Patrem & Filium relativè refertur in eo, quod Spiritus Patris , & Filii prædicatur* , & hisce paulò : Cùm dicimus Deus, non ad aliquid dicitur, sicut Pater ad Filium, sed ad se specialiter Deus dicitur.


ASSERTIO XII.

Doctrina Subtilis validissimè à Florentino sess. ult. hac, in hæc Ioannis : *Omnia quæ habet Pater, mea sunt*, stabilitur auctoritate : omnia quæ Patris sunt, ipse Pater Vnigenito Filio suo gignendo dedit, præter esse Patrem.

ASSERTIO XIII.

Nullum Concilium adduci potest, nullaque auctoritas ex Conciliis, quæ de mysterio sanctissimæ Trinitatis agunt, explorabilis est, quæ solidè militet contra doctrinam Doctoris Subtilis, toto hoc Tomo defensam; quin potiùs, quæ præsentem Controversiam tangunt, ostendunt, si illa ex fine, & intentione Patrum, ut decet, rectè expendantur, illam esse tutam, Catholicam, SS. PP. consonam, individuam simplicitatis divinæ sociam, ac in rationibus hactenus nondum expugnatis firmissimè fundatam.





TOMI SECUNDI

TRACTATUS PRIMUS DE DIVINA SIMPLICITATE ET DISTINCTIONE SCOTI AD SIMPLICITATEM DIVINAM RELATA:

PRÆFATIO

In Tomum hunc posteriorem.



1. Meritò in hunc Tomum secundum præfari licet superciliosam temeritatis dementiam esse, velle in dubium seu quæstionem vocare, an distinctio Scoti tam extra, quàm intra suam scholam usitatissima, sit in fide tuta, aut nefariam cum hæreticorum erroribus affinitatem sapiat, signanter cum Gualteri & Gilberti Porretani dogmate; hoc enim est quærere non solùm an sacratissimus Ordo noster, qui eam per tot sæcula, sine ulla totius antiquitatis Theologorum nota, inoffenso pede legit, tenuit, & etiamnum tenacissimè defendit, totidem centenis sæculis extiterit fœdissimâ conspurcatus hæresi; sed & cuncta per orbem Christianum sacræ Inquisitionis Tribunalia oscitantiæ summæ arguere, imò totam Ecclesiam Dei, quæ non obstante, quod tot Concilia post Scotum celebrata fuerint, in quibus, ut ait Hieronymus, Babylonis parvulos, id est, recens exortas hæreses, statim in semine ipso, & primo germine ad petram Apostolicam allidere atq; interimere conata fuit, per quatuor sæcula hanc opinionem de distinctione Scotica minus tuta, ac ad vendicandas à contradictione veritates propositionem de Deo falsò necessaria, in Universitatibus Catholicis per universum mundum adeò patenter & solemniter, tamque plausibili constantia usque in præsentem diem sine aliqua contradictione, sine ulla admonitione in scholis doceri, publicisque typis mandari permiserit, præsertim à Seraphici Ordinis Professoribus Ecclesiæ Romanæ obedientissimis, utpotè quos eorum Fundator FRANCISCUS Vir Catholicus & totus Apostolicus Ecclesiæ Romanæ fidem teneri volens, speciali & omnium in Regula primo præcepto post vota essentialia ad Ecclesiæ & summorum Pontificum obedientiam obstrinxit, sane hujuscemodi rem de Ecclesia opinari, quis non dicet frivolum esse & stolidissimæ insaniæ ex eo potissimùm natæ, quòd cum prætactam distinctionem nullis argumentorum machinis subvertere potuerint, aut expugnare, Professores illius saltem deterrere ab ea rati sunt *ὥσπερ παῖδας μορμολυττόμενοι τοῖς σοφίσμασιν*, ut ait Basil. l. 2. contra Eunomium circa finem, *tanquam pueros, nos cavillationibus* ut larvis perterrentes, quâ ratione quidam objectâ reverentiâ Sanctorum, quod eâ distinctione non usi fuerint, sed rejecerint, cujus contrarium in hoc Tomo ostendetur Tractat. 2. quidam verò objectis non solùm Conciliis, tenore fidei orthodoxæ, imò ipsâ Augustissimâ Trinitatis Majestate, eam hæreseos & falsitatis suspicioni insimulare attentarunt. Verùm hi Authores, non contenti suos sequi magistros suaque sensa, videant quâ modestiâ, insuper & quàm consideratè, peritène an imperitè, sapienter an insubidè contra florentissimam Scotistarum scholam tam amarulentas fulminent censuras, quarum nonnullas Viris cordatis, quibus modestia & tenor charitatis cordi est, rimandas & mirandas producamus.

Cervellotica & bruta censurarum fulmina contra opinionem Scoti de distinctione in divinis.

2. GRegorius Ariminensis mordicus tenet eam distinctionem simplicitatem subvertere, & facere *Deum non esse simplicem*. Adamus *1. Sentent. D. 6. q. 1. concl. 3. clamare Sanctos contra illam*. Aquarius Bannes, Sotus & Molina *1. q. 28. a. 2. d. 2. ratione primâ: non satis esse tutam*. Torres, aliàs Canariensis *l. de Trinit. q. 28. in 1. p. d. 1.* & in *2 parte ejusdem 1. disp. concl. 2. male sonare in fide*. Zumel. *1. p. q. 4. a. 2. q. 3. non satis consonare fidei*. Marsilius *1. q. 12. concl. 3. Sanctos communiter docere contra Scotum*. Bachonus *1. d. 2. q. 2. concl. 3 Scoti opinionem esse contra Sanctos*. Innominatus aliquis apud Rhadam, *esse periculosam in fide*. Arrubal *non esse tutam in fide*. Ruiz, *d. 11. de Trinit. titul. 7. parum tutam ac temerariam hoc tempore*. Oviedo *4. Metaph. puncto 2. lædere sanctissimam Trinitatem*. De Quieros, *si esset vera Scoti distinctio, nihil prorsus esset mysterii in sanctissima Trinitate*. Rolmer *d. 1. de distinctione in divinis a. 6 object. 10. distinctionem Scoti videri damnatam in Concilio Rhemensi*. Josephus Augustinus *1. p. q. 13. a. 4. ss. 3. n. 45. Scotum parum distare ab errore Porretani*. Gonet *Tom. 1. d. 5. de attributis divinis in commum a. 2.* etsi ibi *n. 8.* dixerat, se velle abstinere à censuris & verborum aculeis, quos apud Tanerum hîc *d. 2. dub. 2.* affert congestos, ut quòd sententia Scoti sit *absurda & erronea, ac à communi Patrum doctrina penitùs aliena*, sui immemor, mox *n. 9.* ait: *distinctionem Scoti non minus lædere simplicitatem & puritatem Dei, quàm sententia Gualteri & Gilberti*. Idem repetit *Tom. 2. d. 3. de relationibus divinis, a. 1. §. 3. n. 32.* Professores Benedictini ad S. Gallum *Tom. 1. Curs. Theol. de Deo, Tract. 2. q. 2. de essentia & attribut. distinctione: distinctionem Scoti & Gilberti doctrinam unam esse & eandem*. Cajetanus, *Scotum errasse*. Martinonus *d. 3. de Deo, apertè repugnantem esse sanctis Patribus & Conciliorum definitionibus*. Thomas de Argentina, *esse contra Catholicam fidem, quia sequitur inde distinctio realis in Deo*.

Hos omnes supergressus Vasquez *1. p. d. 116. c. 2.* referens ex Nypho errorem Gualteri, asserentis realem distinctionem inter attributa ac attributorum ab Essentia divina, de Scoto quidem ibi *c. 3.* sentit, inter errorem Gualteri & communem Theologorum sententiam excogitasse mediam quandam de distinctione ex natura rei opinionem, quam propterea liberat ab errore Gualteri, sed *c. 5.* atroci illum ferit telo, innuens non solùm cum Aureolo, Gregorio & Ariminensi, supra, *non omninò excludere compositionem*, ac proinde hac parte *Gualterum sapere*, sed insuper ibidem Scotum involvit errori Gilberti, *atque argumenta, quæ adversus Gilbertum adduxit S. Bernardus, æquè militare contra Scotum*. Rursum *d. 120. c. 4.* Scoti sententiam cum Gilberti confundit, & locis Concilii Rhemensis & Florentini, & rationibus S. Bernardi confutat, contendens Scotum & Gilbertum in eodem errore versatos fuisse. Cùm Vasquez sentit ejus fidus Achates Alarcon *Tract. 5. de Deo d. 2. c. 6.* dicens: *Scoti distinctionem deportandam & dici aliquâ dignam.*

3. Tam portentosa libido debachandi, tamque immodesta horum authorũ acerbitas adversus modestissimum Doctorem (de quo quid sentiant melioris notæ & sanioris judicii Theologi vide Controv. 4. q. 2. à n. 191. usque ad finem) ejusque illustrissimam scholam quid sapiat, & an solo reserandæ veritatis zelo atque acumine puncti scholasticæ libertatis limites tam enormiter supergressi sint, modestus Lector, cui affectus non præjudicat, ad subsellia vocet & judicii trutinam. Apud IC. dum partes ad disceptandum congrediuntur, actiones instituunt, litem contestantur, astringuntur prius ad juramentum, ut vocant *calumniæ*, in subsidium dicendæ veritatis, tollendique falsarum excursionum promptuarium, id est, passionis ardorem, quo nonnulli tam ad feriendum perciti atque ad criminandum parati, ut L. *Diffamari*, quâ ab hujusmodi criminationum excessu arcerentur, sancienda fuerit: verùm Theologi, velut Viri in altâ sapientiæ arce constituti, scientes, quod sufficiat diei malitia sua, intra solam scholasticæ libertatis gravitatem, & modestiæ tramitem consistendo, sententiis dissocientur, non animis & commendatione charitatis, mutuique honoris minimè; hâc ratione *si tu ad sinistram ieris*, amicus dicebat amico, *Abraham*
ego dexteram tenebo, si tu dexteram elegeris, ego ad *ad Loth*
sinistram pergam, ne scilicet fiant jurgia inter me & te, fratres enim sumus. *Gen. 13.*
Sapientum disputatio ad instar jucundissimæ musicæ, est discors concordia & concors discordia se habens instar analogiæ, quæ stat cum univocatione in fimbriis aureis circumamicta doctrinæ varietatibus juxta illud Apostoli *ad Philippenses 3. versu 15. Si* *Philipp.*
quid aliter sapitis, id quoque Deus vobis revelabit, *3. v. 15.*
hanc sapientiæ Christianæ arcem si nunquam excessissent, nunquam profectò tam lubricè & infeliciter ab iis tam atroces calumniæ tanto Doctori & universæ scholæ nostræ impactæ fuissent, quin potius causæ statum, ut semper desiderarunt ab Adversariis Scotistæ, ad severam scholasticæ dissertationis normam, citra hujusmodi inemunctas censuras, tanquam ad lydium vel heraclium lapidem revocassent, aut saltem Scotum, qui non alienos, sed proprios, & quidem ambos requirit oculos, melius & in fonte, nec tam oscitanter quasi sub velamine pertranseundo, ot plerumque fit à nostræ scholæ contrivalibus, legissent, & quamvis ob hanc ipsam causam ipsis sufficeret id Trajani Cæsaris: *nemo ad convitia scientiis respondet, quàm qui nihil*. Quia tamen tantum interest, Scoti & suæ scholæ doctrinam esse tutam in fide, & Catholicam, quantum interest, & me, omnesque Scoti asseclas Catholicos esse. Visum est Doctorem suæque scholæ doctrinam à tantis imposturis liberare, tutam & Catholicam demonstrare, *ne* (ut cum nostro Luca Waddingo, in *Epilogo vita Scoti*, loquamur) *periclitanti fama tanti Doctoris nostræque schola deesse videamur*. Nam, *ingloriam*, inquit, volunt æmuli, quem gloriæ suæ autho-

„authorem deprædicant Franciscani; quotidia-„nis calumniis experiunt, quem hi perpetuis lau-„dibus prosequuntur; & obscurare conantur Vi-„rum, cujus doctrinâ universus Ordo clarescit. Aliorum facta brevius ego licet perstringam li-„cet indulgentius calumniatoribus oblitam: „pro Scoto tamen viriliùs pugnandum, acrius „decertandum, nervosiùs scribendum duco; in „cujus nomine periclitatur Religio, hoc uno „gloriatur Magistro; hujus indefessè sectandam „sibi proposuit disciplinam: quid fiat, si hæc eli-„minetur? Si ille non audiat gloriosè? Perit cum „filio parentis honos, & cum matris gloria tam-„mentæ prolis honorificentia. Non licet cõmu-„nis Magistri, & totius Ordinis famam conté-„mnere. Ille consodalibus doctrinam tradidit; illi „per Orbis plenitudinem diffundunt; si calum-„niis denigratam, si detractionibus obscuram, „quid superest, nisi ut pusilli scandalizentur? *Æ-stimationem hominum non solùm impudenter, ve-rùm, & crudeliter in hac re contemneremus, cùm a-nimas occideremus, qua ex bono animo, ex bona opi-nione Magistrorum pendent. Nobis itaq. necessaria est vita nostra, aliis fama nostra.* Æquum igitur est illas inprimis propulsari calumnias, quibus de falsitatis & hæreseos suspicione Scoti doctrinam criminantur, eàque lædi sanctissimam Trinita-tem, illius altitudinem evacuari, imò mysterium illud in creaturas invehi, solvi simplicitatẽ Dei, & similia convitiorum monstra, quibus fugan-dis præmittemus huic operi Concilia Oecu-menica & Provincialia, quæ de divina simpli-citate, & sanctissimâ Trinitate, quid rectâ fide tenendum sit, tractant, scholæque nostræ do-ctrinam ab adversariorum notis emaculant, & scotomachos confutant.

Aug. l. de bono viduitatis, & hab. dist. 3. c. *Non sunt audiendi.*

APPARATUS CONCILIORUM

IN HUNC TOMUM.

Quibus contra errores & hostes sanctissimæ Trinitatis, quid de hoc Mysterio & simplicitate divina fide tenendum decernitur.

I. *Conc. Nicænum sub Sylvestro Papa.*

NE hæretici ad Atheismum transire videren-tur, nullus eorum arietavit contra personã Patris, proinde nulla de hoc convenerunt Con-cilia, inter quæ primum de Divinitate Filii cati-tit sub Beatissimo Sylvestro Apostolicæ Sedis Antistite, Constantino Augusto Imperatore, consulatu Paulini & Juliani, ab Alexandri Ma-cedonis regno sexcentesimo trigesimo sexto, vi-cesimo verò Imperii Constantini, mense Julii die 19. in Nicæa Bithyniæ Metropoli. fuit autẽ Synodus 318. Patrum, quam nonnulli piè no-tant mysticum esse & præfiguratum in exercitu Abrahæ, qui constabat 318. militibus. Hæc pri-ma Synodus hæreticorum machinas homousii oppositione, ac imprimis confodit impietatem Arii, quem priùs de Ecclesia, & à fidelium cõ-munione ejecerat B. Petrus, Martyr, Episcopus Alexandriæ, sed successor Achillas, antea depre-cator pro Ario, non obstante, quòd Episcopus S. Martyr Petrus illi dixerat, nocte apparuisse sibi Jesum veste discissâ, causamque rei sciscitanti dixisse, *Arius vestem meam, quæ est Ecclesia, dilaceravit*, denuò illum receperat; contra hunc itaque Arium & Arianitas, aliosque illius tem-poris hæreticos, Synodus Nicæna annis tribus & paulò longius est acta.

Fuerunt ibi 318. Patres.

Symbolum Nicænum.

Confessio Nicæna fidei.

CREDIMUS *in unum Deum, Patrem omnipo-tentem, omnium visibilium & invisibilium fa-ctorem. Et in unum Dominum nostrum Jesum Chri-stum, Filium Dei de Patre natum, unigenitum, id est, de substantia Patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non fa-ctum, ὁμοούσιον Patri, hoc est, ejusdem cum patre sub-stantiæ, per quem omnia facta sunt, quæ in cælis, & quæ in terra: qui propter nos & propter nostram sa-lutem descendit, & incarnatus est, homo factus, pas-sus est, & resurrexit tertiâ die, & ascendit in cælos, inde venturus judicare vivos & mortuos. Et in Spi-ritum sanctum. Eos autem qui dicunt : Erat ali-quando quando non erat, & antequam nasceretur, non erat : & quia ex non extantibus factus est, aut ex alia substantia, dicunt esse τρεπτὸν, aut converti-bilem, vel mutabilem Filium Dei, anathematizat Catholica & Apostolica Ecclesia.*

Hujus porrò definitionis sic complexæ cau-sa fuit, quod (ut inquit S. Athan. *Epist. ad Afros* paulò ante medium, & refertur in *Tom. Concil. in Concilio Nicæno l. 2.* de iis quæ acta sunt in Concilio ante decretorum constitutionem) cùm Synodus in hoc esset, ut impias voces ab Arianis inventas è medio tolleret, scilicet Filium Dei non esse mutabilem, nec facturam & crea-turam esse ex non entibus, sed ex Deo esse fi-lium, & natura unigenitum verbum & sapien-tiam esse Patris, & verum Deum esse, ut Joan-nes dixit; & splendorem Patris & figuram sub-stantiæ, ut Paulus scripsit. Hic Eusebiani pravas suas opiniones sequentes inter sese mussitare: imus quoque & nos, inquientes, in vestram sententiam : nimirum volebant illud, ex Deo es-se, commune esse, & ad homines quoque perti-nere, neque quidquam Christum à nobis eo nomine deferre. Et paulò post, Episcopi astutia eorum ac perdito impietatis & fraudulento co-natu exploratè cognito, planius & clarius eda-cti sunt exponere illud, ex Deo esse; & scribere, Filium ex substantia Dei esse: ne ex Deo esse, & commune & æquè ad filium & creaturas per-ti-

Perfidies Arianorum detecta.

tinere existimaretur. Rursus cùm pauci qui Arianum putabantur, rogarentur ab Episcopis utrū dicerent: filium non creaturam esse, sed virtutem, sapientiamq; solam patris & æternam, atque adeò cumulatè perfectam patris imaginem & Deum verum: manifestè cernebantur Eusebiani nutu sibi invicem significasse, hæc etiam in nos cadere. Etenim nos imago & gloria Dei dicimur. Et de nobis dictum esse: semper, & nos qui vivimus, & multæ virtutes sunt. Quin etiā illud: Exiit omnis virtus Dei ex terra Ægypti: itemque, Bruchus & locusta dicitur potentia magna. Alio quoque in loco, Dominus virtutum nobiscum, susceptor noster Deus Jacob. Quin etiam nos propriè ex Deo esse; non possumus, inquiunt, simpliciter dicere: sed quòd fratres etiam vocavit. Quòd si filium verū Deū dicant, illud nos minimè conturbat. Nam qui verè factus sit, verus est. Atque ista quidem est depravata Arianorum sententia. Verùm Episcopi cùm eorum fraudes perspectas haberent, has voces: splendor, fons, fluvius, forma essentiæ, &, in lumine tuo videbimus lumen, &, ego & Pater unū sumus, ex scripturis collegêre: atque de reliquo scripsêre apertius & brevius, filium patri consubstantialem esse. Nam voces suprapositæ hanc eandem habent vim. Quod autem obstrepunt has voces in scripturis non reperiri, frustra sanè ac temerè obstrepunt. Nam illi ipsi ex vocibus non scriptis in impietatē delapsi, voces quoque non scriptas, nimirum filiū ex nihilo creatum, & tempus fuisse quando non erat, ad suum errorem confirmandum, adferunt. Quapropter ex non scriptis vocibus, piè tamen excogitatis, condemnati sunt. Ipsi enim voces sui erroris ex stercore eruêtes, ut verè terrenos decebat, locuti sunt. Episcopi autem non suopte ingenio verba excogitantes, sed à Patribus petentes testimonia, sic scripserunt. Nam erant Episcopi veteres ante annos ferè centum & triginta, tùm qui Romæ Pontificatum gessêrunt, tùm in nostra civitate, qui criminabantur eos, à quibus filius factus dicebatur, & non consubstantialis patri. Quod quidem intellexerat Eusebius Episcopus Cæsareæ, qui quanquam ante deflexerat ad hæresin Arianam, postea tamen Concilio Nicæno subscripsit: atque adeò suæ Ecclesiæ per literas confirmavit, se planè animadvertisse, hoc verbum homousium, id est, consubstantiale, à veteribus Episcopis, & scriptoribus, usque disertis, & illustribus in divinitate patris & filii explicanda usurpatum esse.

Ariani quomodo condemnati.

CONCILIVM ALEXANDRINVM.

Frassen. HOc Concilium Nicæno antiquius esse, falsò refert noster Frassen, *Tom. 1. de Deo, Tract. 3. in Appendice Conciliorum p. 485. in fine.* tùm quia Nicænum sub Sylvestro, Alexandrinum sub Liberio, qui sedit post Marcum & Julium I. tertius à Sylvestro; cùm etiam, quia teste Ruffino *l. 1. h. ft. c. 29.* apud Vasquez *1. p. d. 124. c. 1. n. 1.* in hoc Concilio suborta fuit eadem contentio de voce ὑπόστασις & οὐσία qualis fuerat ante in Nicæno. Supponitur itaque hoc tempore posterius esse: cui non obstat, quod in Nicæno (ut habet Frassen *loc. cit. ex Epistola Julij ad Athanasium*) Acta Concilii Alexandrini in Nicæno producta sint; nam illa duo Concilia fuerunt sibi valdè vicina, potuerunt itaque ambo idem producere: deinde Julius, cujus Epistolam citat, immediatè sedit ante Liberium, sub quo Alexandrina Synodus extitit celebrata, postquam è vivis decesserat Julius, qui ergo hujus Alexandrini memoriam habuisset? denique Frassen quomodo sibi nexus est, qui loco citato ex sancto Basilio refert, *Nicænam Synodum fomitem litis in Concilio Alexandrino suberta, subnumistrasse*, ergo necessariò præcessit Nicæna Synodus Alexandrinæ.

Alexandrinum Nicæno posterius.

Præpostera intelligentia Ecclesiæ Græcæ cum Latina. Gravis ergo propter alium & alium usum hujus vocis ὑπόστασις (ut refertur *Tom. 1. CC. in notis ante Epistolam Synodalem Concilii Alexandrini*) & periculosa Controversia de nominandis contra Sabellium in Sacrosancta Trinitate hypostasis, inter Græcos & Latinos exorta, feliciter admodum sopita fuit, hoc modo: Græci, qui tres hypostases dicebant, teste Gregorio Nazian. *Orat. de laudib. D. Athanasii*, videbantur Latinis tres οὐσίας, sive essentias cum Ario dicere, eò quòd tota Græcorum prophanorum schola (ut S. Hieron *epist. 57. affirmat*) discrimen inter hypostasim & Usiam ignorabat. Latini verò, qui rejecto nomine Hypostasis, personas dicebant, Græcis videbantur distinctionē non realem, sed tantùm ratione munens sive officii inter Patrem, Filium & Spiritum sanctum agnoscere: eò quòd personæ vocabulum ad auctoritatem officii significandam accommodari solet. Ob quam verborum contentionem, eò, inquit, Gregor. Nazian. *Orat. de laudibus Athanasii sub finem*, res adducta est, ut periculum esset, ne orbis terrarum fines (id est, Orientalis & Occidentalis Ecclesia) una cum syllabis à se invicē distraherentur, & abrumperentur; Effecit itaq; Athanasius, teste Greg. *prad. loco*, ut deposita tādem controversia nominum, Græci Personæ vocabulum pro hypostasi usurparent: & vicissim Latini hypostasin pro persona dicerent. Et quamquam S. Augustino *de Trinit. l. 5, c. 8. & 9.* Latinisque posteris hæc conciliatio deinceps displicuisse videatur, tamen S. Hier. *ep. 57. apud Damasum* impetravit, ut hujus de nominum duntaxat controversiæ conciliatio admitteretur. Deinceps verò apud posteros communi usu in Ecclesia receptum fuit, ut quanquam olim pro essentia & subsistentia vox hypostasis usurpata fuerit, nunc idem in divinis & creaturis rationabilibus significet græcè hypostasis, quod latinè persona. Ita S. Thum. *1. p. q. 29. a. 2. ibid.* Valent. &c.

Gregorius Nazianzenus.

Athanasius.

Seriem & acta hujus Concilii non invenio in Tomis Conciliorum, cùm nec extent in Tomo editionis Venetæ, neque in Tomo editionis Coloniensis, etsi hujus editionis Tom. CC. fuit, poste-

posteriores Tomis editionis Venetæ, quare cum hujus Concilii acta ferè videntur interiisse, quæ hoc Concilium Alexandrinum de Mysterio Sanctissimæ Trinitatis credenda proponit ex illius Synodali Epistola huc transcripsimus.

Quid per nomen personæ Catholici intelligerent.

Illis enim qui nonnullos incusabant, ut trium hypostaseon affirmatores, cùm hujusmodi voces in Scriptura non reperirentur, ac proinde suspecti videri possent; auctores fuimus ne amplius in Nicænam confessionem inquirerent. Sed tamen de istis ob pervicaciam rixandi quæstio est habita: interrogatique sunt, num pro Arianorum sententia alienas peregrinasq; ac diversa à se invicem substantia personas esse velint, & unamquamque hypostasin per se ac seorsim divisam esse, pro ratione cæterarum creaturarũ, eorumq; qui ex hominibus nascuntur existiment? An sic intelligant diversas res, quale est aurum, argentũ, æs? An, ut alii hæretici, sub istis vocibus tria principia, & tres maximos Deos constituant? Cæterum illi affirmabant, se ita nec dixisse, nec sensisse. Percunctantibus autem nobis, qua ratione ista dicerent, aut cur omninò istiusmodi vocabulis uterentur? Responsum dederunt, sese in Trinitatem credere, non qua nomine tenus Trinitas, sed qua verè Trinitas esset, & subsisteret: & Patrem, ut qui vere esset & subsisteret: & Filium, ut existentem & subsistentem: & Spiritum sanctum, ut subsistentem & existentem agnoscere: Non tamen se dixisse tres deos, aut tria principia: imo ne toleraturos quidem, si quis tale quidpiam aut dicat, aut sentiat: sed se scire esse SS. Trinitatem, & tamen una sit Deitas, & unum principium: & Filium se agnoscere esse coessentialem suo Patri, ut dixerunt Patres; & Spiritum S. non creaturam, neque alienum, sed proprium & indisgregatum ab essentia Patris & Filii.

Approbata igitur istiusmodi & interpretatione & excusatione, vicissim quoque & eos examinavimus, qui ab istis in culpam devolvebãtur, quasi dicerent esse unam hypostasim: sciscitantes ab illis, num pro Sabelliano dogmate eâ mente loquerentur, ut sublatos vellent in Trinitate Filium & Spiritum S. quasi Filius essentiâ careat, aut Spiritus S. non subsisteret? Qui & ipsi quoque affirmarunt, neque ita se dicere, neque se ita sensisse unquam, sed ὑπόστασιν eos intelligere idem esse cum οὐσία: unam autem ideo sese hypostasim intelligere, partim quia Filius ex essentia Patris sit, partim quia in tribus sit identitas naturæ: unam enim sese Deitatem & unam naturã credere, neque aliam Patris, aliam Filii, aliam Spiritus S. esse naturam. Quinimò & illi, qui eo crimine postulati erant, quòd tres hypostases inducerent, cum istis in eandem sententiam convenerunt: vicissimque illi, qui unam hypostasim asseverarent, istorum interpretationi acquieverunt: & ambæ factiones pariter Arium execratæ sunt, ut Christi hostem: Sabelliumq; & Paulum Samosatensem, ut impios; Valentinum item & Basilidem, ut alienos à veritate; Manichæum quoque, ut malorum machinatorem. Omnes denique Dei gratia post hujusmodi verborum interpretationem optimam & exactissimam, quam Nicææ Patres instituissent, fidei esse approbarunt, ejusdemque fidei verba sufficere, ac ante omnia in usum esse deducenda, constituerunt.

Quid per hypostasim pie sentirent.

CONCILIUM
CONSTANTINOPOLITANVM.

Primum, Generale secundum, coactum à Damaso Papa sub Theodosio majore, Flavio Evagrio, & Flavio Eucherio Consulibus An. Dom. 381. adversus Macedonium.

III. *Gregorius Papa quãtum deferendum sit huic Concilio.*

HOc Concilium est Oecumenicum ex quatuor illis, quibus Græci & S. Gregorius Papa tanquam quatuor Evangeliis deferendum esse volebant, etsi numero Episcoporum minus fuerit aliis CC. etiam non Generalibus, cùm nõ nisi 150. Episcopi ad illud convenerint; sed tam pauci ideò fuêre, quia aliud interim, ut videre est in Tomo CC. editionis Venetæ in fine post subscriptionem Constantinopolitanæ *p. 737.* in occidente Romæ inchoatum fuit à Damaso P. de eodem argumento, cum revisione actorum Synodi Constantinopolitanæ, pro Ecclesiæ Romanæ more, miseruntque orientales evocati Legatos cum purgatione, fuitque ille Conventus Romanus anno seq. 382. peractus, ac Concilium Constantinopolitanum confirmatum, & cum illo Romano quasi unum reputatum, ut non quasi duæ Synodi, sed duæ partes ejusdem censeantur. Hoc portò Concil. Constantinop. contra Macedonianos, Arianos, Sabellianos &c. decrevit custodiendam esse fidem Patrum trecentorum decem & octo Synodi Nicænæ, pro qua cap. & can. 1. sic Patres Concilii decernunt:

Concil. Constantinop. cũ Concilio Romano unicum constituũt Concil.

Statuerunt qui Constantinopoli convenerunt, sancti Patres, trecentorum decem & octo Patrum, qui Nicææ convenerunt, fidem non abrogari, sed firmam ac stabilem manere oportere; & omnem hæresin anathematizari, & specialiter Eunomianorum seu Eudoxianorum & Arianorum, sive Spiritus sancti adversariorum, & Sabellianorum, & Marcellianorum, & Photinianorum, & Apollinaristarum.

Deinde in utroque Conciliorum Tomo citat, quæ supra habentur, duo symbola sibi similia, quorum illud à dextris in Tom. edit. Venetæ inscribitur *caput septimum*; aliud autem à sinistris, inscribitur; *Symbolum ejusdem Concilii*; in Tomo verò editionis recentioris seu Coloniensis primum à dextris refertur cum hac inscriptione: *Symbolum ejusdem Concilii Constantinopolitam*, de quo Binius, *in notis super hoc Concilium*, ait, quòd illud Orientales in sua ad Damasum Synodica, appellent libellum fidei, & quòd idem reperiatur apud Latinos, divina tamen translatione & cum illo additamento, *Filioque*. Porro illud à sinistris paginæ inscribitur *in hoc ultimo Tomo Colon.* Expositio fidei centum quinquaginta sanctorum Patrum, qui Constantinopoli congregati sunt. Conferas si placet, utrumque hic habes, unum cum alio.

SYMBOLUM CONCILII Constantinopolitani.

Confessio fidei Constantinopolitana. CREDIMUS in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cæli & terræ, visibilium omnium & invisibilium conditorem. Et in unum Dominum Jesum Christum, filium Dei unigenitum, ex Patre natum ante omnia sæcula, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum non factum, ὁμοούσιον τῷ πατρί, hoc est, ejusdem cum Patre substantiæ; per quem omnia facta sunt, quæ in cælo & quæ in terra. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cælis: & incarnatus est ex Spiritu sancto, ex Maria Virgine, & homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis, sub Pontio Pilato passus, ac sepultus: & tertia die resurrexit secundùm Scripturas: ascendit in cælos, sedet ad dexteram Patris: inde venturus est cum gloria, judicare vivos & mortuos; cujus regni non erit finis. Credimus in Spiritum sanctum, Dominum & vivificantem, ex Patre procedentem, & cum Patre & Filio adorandū, & conglorificandum: qui locutus est per Prophetas. Et unam sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Confitemur unum Baptisma in remissionem peccatorum. Expectamus resurrectionem mortuorū; & vitam futuri sæculi. Amē.

Processio Spiritus sancti ex Patre Filioque.

EXPOSITIO FIDEI CENTUM quinquaginta sanctorum Patrum, qui Constantinopoli congregati fuerunt.

CREDIMUS in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, visibilium omnium & invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei, natum ex Patre ante omnia secula, Deum verum de Deo vero; natum, non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & salutem nostram, descendit de cœlis: & incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine, & humanatus est: & crucifixus est pro nobis sub Pontio Pilato, & sepultus est: & resurrexit tertia die; ascendit in cœlum, sedet ad dexteram Patris, iterum venturus cum gloria judicare vivos & mortuos; cujus regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum, Dominum & vivificantem, ex Patre procedentem, cum Patre & Filio adorandum & conglorificandum: qui locutus est per sanctos Prophetas. Et unam sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Confitemur unum Baptisma in remissionem peccatorum. Expectamus resurrectionem mortuorum: & vitam futuri seculi, Amen.

CONCILIUM EPHESINUM PRIMUM.

Oecumenicum tertium, sedente Cœlestino Papa I. Anno 431. Imperat. Theodosio sub consulatu Bassi & Antiochi contra Nestorium.

HUjus Concilii quantum ad propositum scopum nostrum facit Symbolum Nicænæ fidei consonum huc transcribimus ex Epistola ad Nestorium, quæ incipit: *Cùm Salvator noster.*

SYMBOLUM SYNODI EPHESINÆ.

IV. *Confessio fidei Ephesina.* *CREDIMUS in unum Deum, Patrem omnipotentem, omnium visibilium & invisibilium creatorem: & in unum Dominum Jesum Christum, Filium Dei unigenitum, natum ex Patre, hoc est, ex Patris substantia, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum verum de Deo vero; genitum, non factum, ὁμοούσιον τῷ πατρί, id est, consubstantialem Patri; per quem omnia facta sunt & quæ in cælo & quæ in terra. Qui propter nos homines & propter nostram salutem descendit, & incarnatus est, & homo factus est, & passus est, & tertia die resurrexit: ascendit ad cælos, venturus judicare vivos & mortuos: Et in Spiritum sanctum. Qui autem dicunt: Erat aliquando cùm non esset, & priusquam nasceretur, non erat; vel quod ex non existentibus, aut ex alia substantia, vel essentia sit; aut, qui Filium Dei mutationi aut alterationi obnoxium asserunt; hos Catholica & Apostolica anathematizat Ecclesia.*

CONCILIUM CHALCEDONENSE.

Generale quartum, sub Leone primo Pontifice, & Marciano Augusto, Consulatu ejusdem Marciani, contra Eutychen Archimandritam.

V. *Præpostera intelligentia quorundam circa hoc Concilium.* PRo notitia hujus Concilii præmonendus es, quòd post Concilium V. Generale ortum sit dissidium inter Catholicos: plurimi enim Concilium Chalcedonense recipere nolebant propter tria capitula edita in V. Concilio Generali. Primum de Theodoro Mopsuesteno Episcopo, cujus impia scripta ibi damnantur; Et tamen Theodorus in Concilio Chalcedonensi non est damnatus. Secundum de Theodoreto, cujus scripta adversus 12. Capitula Cyrilli ibi reprobantur; Et tamen Concilium Chalcedonense Act. 8. Theodoretum suæ sedi restituit. Tertiū de Epistola Ibæ Episcopi Edesseni scripta ad Marim Persam, quæ S. Cyrillum Alexandrinum vocat hæreticum, & Nestorium laudat; & tamen Ibas Episcopus in Concilio Chalcedonensi est receptus. Hoc autem totum neminem movere potest, nisi eum qui historiæ ignorantiâ laborat: nam Concilium Chalcedonense non recepit doctrinam horum, sed perso-

nas, quia nimirum illos deinde pœnituit, doctrinam Catholicam amplexos; Et V. Concilium non personas, sed doctrinam damnavit. Cæterum definitio fidei ab hoc Concilio edita, in propria specie vix est alia, quàm explicatio Symbolorum Nicæni & Constantinopolitani quæ innovant Patres *sommuni judicio dogmata expellentes errorum, & inenarrabilem Patrum renovavimus* (inquiunt) *fidem*, Symbolum 318. *omnibus prædicantes: Et eos ut proprios Patres etiam adscribimus, qui postea in magna Constantinopoli congregati sunt 150. & eandem fidem ipsi quoque confirmaverunt. Definimus igitur, ordinem, & omnes formulas custodientes, quæ de fide sunt constituta: Et nos ejus Synodi, quæ quondam in Ephesofacta, cujus præsides fuerunt beatissima memoria Cælestinus Romanorum, & Cyrillus Alexandrinorum Antistites: Præfulgere quidem recte & immaculata fidei expositionem Sanctorum 318. Patrum, qui in Nicæa temporibus pia memoria Constantini Imperatoris congregati sunt: servari autem & ea quæ apud Constantinopolim à sanctissimis 150. Patribus decreta sunt, ad expellendas quidem omnes germinantes hæreses, & ad confirmationem ejusdem Catholicæ & Apostol cæ nostra fidei Symbolum Nicænum trecentorum decem & octo Patrum*: Credimus in unum Deum, &c. *Item eorum quinquaginta SS. Patrum Constantinopoli congregati sunt:* CREDIMUS *in unum Deum, Patrem omnipotentem, &c.* Quia tamen in eodem Concilio recipitur doctrina S. Leonis Papæ miris laudibus ab ipso celebrari, placuit ejusdem capitula aliqua, quæ sunt quasi Canones de fidei definitione his inserere *ex Epistola illius ad Turbium Asturicensem*; Qui (ut scribit in prologo capitum Pontifex) *damnatas olim opiniones 16. capitulis comprehendit*: Et subdit: *Nos quoque strictim omnia retractemus, ne aliquid harum blasphemiarum aut tolerabile videatur, aut dubium.*

Calculus in Concilium Nicæn. & Constantinop.

„Primo itaque capitulo demonstratur, quàm „impiè sentiant de Trinitate divina, qui & Pa„tris, & Filii, & Spiritus sancti unam atq; ean„dem asserunt esse personam, tanquam idem „Deus, nunc Pater, nunc Filius, nunc Spiritus „S. nominetur: nec alius sit qui genuit, alius qui „genitus est, alius qui de utroque processit, sed „singularis unitas in tribus quidem vocabulis, „& non in tribus sit accipienda personis. Quod „blasphemiæ genus de Sabellii opinione sump„serunt, cujus discipuli etiam Patripassiani me„rito nuncupantur, quia si ipse est Filius qui à „Patre, crux Filii Patris est passio, & quidquid „in forma servi Filius Patri obediendo susti„nuit, totum in se Pater ipse suscepit. Quod Ca„tholicæ fidei sine ambiguitate contrarium est, „quæ Trinitatem unitatis sic homousion con„fitetur, ut Patrem, & Filium, & Spiritum S. si„ne confusione indivisos, sine tempore sempi„ternos, sine differentia credat æquales, quam „unitatem in Trinitate, non eadem persona, „sed eadem impleat essentia.

Dogma Concilii Chalcedonensis.

„In secundo capitulo ostenditur ineptum „vanumque commentum, de processionibus „quarundam virtutum ex Deo, quas habere „cœperit, & quas essentiâ sua ipse præcesserit: in „quo Arianorum quoque suffragantur errori, „dicentium quòd Pater Filio prior sit, quia fue„rit aliquando sine Filio, & tunc Pater esse cœ„perit, quando Filium genuerit. Sed sicut Ca„tholica Ecclesia illos detestatur, ita & istos qui „putant, unquam Deo id, quod ejusdem est es„sentiæ, defuisse; quem sicut mutabilem, ita & „proficientem dicere nefas est. Quàm enim „mutatur, quod minuitur, tàm mutatur etiam „quod augetur.

Plura de hoc Concilio legi possunt apud Cabassutium *c. 56. ubi p. 334.* refert tres Canones ab Anatolio Constantinopolis Episcopo dolosè huic Concilio adjectos, & qualiter contra illos tanquam subreptitios *sess. 16.* reclamatum fuerit. Apud eundem Cabassutium *c. 69.* Lector expressiùs videre potest de dissidio Catholicorum ratione trium capitulorum in quinto Concilio Generali editorum de scriptis Theodori Mopsuesteni Episcopi, & Theodoreti Episcopi Cyri, uti & de scriptis Ibæ Edessenæ civitatis Episcopi, & pœnitentia eorundem, ob quam suis sedibus restituti, & à Concilio recepti fuêre, quæ cùm huc non spectant, curiosus Lector apud dictum *loc. cit.* fusè prosequentem legere potest.

INTER OECUMENICA CONCILIA V. quod est Constantinopolitanum secundum, & VI. quod est Constantinopolitanum tertium, & VII. quod est Nicænum secundum.

VI. NEstorianam perfidiam & Eutychianam impietatem Synodi Ephesina & Chalcedonensis prostraverant quidem, non tamen extinxerant; perinax enim malitia & virus hæreseos nova molimina factionum alebat: hinc hæc quinta Synodus, ut notat Baronius apud Cabassutium *c. 69. p. 439.* malis initiis auspicata fuit, cùm contra summi Pontificis auctoritatem per sæcularem potestatem, hæreticorum pravis suasionibus, coactum, habitumque fuerit istud Concilium, nullo præsente Apostolico Legato, primusque qui subscripsit, fuit Eutychius Constantinopolis Episcopus; unde non fuit legitimum Concilium, nisi vel ex solo tempore, quo robur ei accessit ex approbatione Apostolica, sive postquam Vigilius Papa carcere & fame, suorumque miserabili clade diu mactatus, ut ad hoc approbandum adigeretur: ut fidem facit *sexta Synodus Act. 18.* vel ex decreto Pelagii, qui scripsit pro quinta Synodo, sive ex approbatione S. Gregorii Papæ, qui licèt dicendo se quatuor Oecumenicis CC. parem cum quatuor Evangeliis venerationem deferre, non faciat hujus mentionem, tamen illud approbat *l. 1. epist. 24. l. 2. epist. 10. & 36.* sive denique ex approbatione Nicolai I. *Epistola ad Mi-*

thaelem Imperatorem. Quibus omnibus quoque adjungenda approbatio Synodorum Oecumenicarum VI. & VII. Quin etiam urgente ipsâ Justiniani tyrannide, nihil facere consultius poterant Romani Pontifices, quàm ut cederent illius voluntati, quia sic erat occurrendum inevitabili Orientis adversus Romanam Ecclesiam schismati. Hæc ex Caballutio *loc. cit.* referre volui sine ulteriori prosecutione actorum in illa V. & VI. Synodo, quæ de personis magis, quàm de causis egerunt.

Porrò princeps controversia in materia Trinitatis cum Græcis fuit de processione Spiritûs S. ex Filio, hinc continuando ea, quæ Ecclesia proponit de hoc Mysterio credenda producam ex VII. Synodo Symbolum, in quo à 350. Patribus expressè proclamatum est, & tanquam dogma fidei determinatum, quòd Spiritus sanctus à Patre Filioque procedat.

SYMBOLVM VII. SYNODI OECVMENICÆ.

Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, facturem cœli & terræ, visibilium omnium & invisibilium. Et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei unigenitum, qui ex Patre natus est ante omnia sæcula: lumen ex lumine, Deum verum de Deo vero, natum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt. Qui propter nos homines, & propter nostram salutem descendit de cœlis. Et incarnatus est de Spiritu sancto ex Maria Virgine, & homo factus est. Crucifixus etiam pro nobis sub Pontio Pilato, passus & sepultus est, & resurrexit tertia die secundùm Scripturas: Ascendit ad cœlos, sedet ad dexteram Patris; & iterum venturus est cum gloria judicare vivos & mortuos, cujus regni non erit finis. Et in Spiritum sanctum Dominum & vivificantem, qui ex Patre Filioque procedit, qui cum Patre & Filio simul adoratur & conglorificatur, qui locutus per Prophetas. Et unam sanctam Catholicam & Apostolicam Ecclesiam. Confiteor unum Baptisma in remissionem peccatorum. Expecto resurrectionem mortuorum; & vitam futuri sæculi. Amen. Abominamur autem & anathematizamus Arium, & consentaneos & communicatores vesanæ opinionis ejus: Macedoniumque, & eos qui juxta ipsum bene Pneumatomachi nominati sunt.

Hactenus adducta Concilia apud Græcos celebrata si quis benè ponderet, intelliget quòd in primo Nicæno & cæterorum principe de Spiritu S. definitum sit, quòd sit Deus, etsi minus clarè, scilicet hisce verbis: *Credimus in Spiritum S.* Et in Constantinopolitano primo postmodum addita fuerit processio, *qui ex Patre procedit*. In Nicænâ autem secundâ Synodo, quæ ordine est septima, tandem definita fit processio ejus ab altera etiam persona, adeoque ab utrâque, ibi, *qui ex Patre Filioque procedit*: & licèt Græci in Concilio Florentino negaverint Lamnis Symbolum ita se habere, allegando suos codices, in quibus non habebatur particula *Filioque*. Attamen ut habent Acta ejusdem *sess. 5.* Julianus Cardinalis, qui Latinorum partes agebat, VII. Synodi vetustissimum librum in medium produxit, in quo eadem ipsa definitio Spiritum sanctum ex Patre *Filioque* procedere legebatur, de quo plura videre licet apud Binium & alios. Illud hîc solùm advertas velim, nulla Concilia amplius celebrata in Oriente, nec in Occidente ex utraque Ecclesia Græca & Latina communiter, nisi illa in quibus Græci Orientales, qui diffidebant à Latina propter processionem Spiritus sancti *ex Filio*, se denuò Ecclesiæ Romanæ conjunxerunt, aut illa in quibus de conjunctione utriusque actum est. De quibus infra.

CONCILIA GENERALIA OCCIDENTIS.

CONCILIUM BARENSE

Pro Græcis cum Romanis Ecclesiis conciliandis celebratum Anno Domini MXCVII. tempore Vrbani Papæ II.

VII. *Quid acta Concilio.* In *hac Synodo inter Græcos & Latinos ventilata sunt controversia illa, quæ inter eos diutiùs agitata leguntur: potissimùm verò de processione Spiritus sancti. Acta nobilissimi Concilii perierunt. Ad Græcorum confusionem autem ea nobis auctore Deo sunt patefacta, quæ à S. Anselmo Cantuariensi Episcopo, qui interfuit, sunt scripta, quæque familiaris ejus qui aderat Edmerus, posteris tradidit his verbis.* Cui Concilio dum Anselmus se præsentasset; & persuasus à Papa, Græcos in processione Spiritus sancti, utpote quem à Patre & non à Filio procedere Græci astruant errantes, rationabili & Catholicâ disputatione confutasset: magni apud omnes est habitus, & veneratione dignissimus comprobatus. Finito Concilio cum Apostolico profecti sumus. *Hæc tantùm de his Edmerus. Apud Wilhelmum, apud Malmesburiensem* Wilhelm. de Gest. Pont. Angl. l. 1. *sua paulò gloriosius ostentantem, hæc scripta mandata*

data legimus; Ut ergo ventum ad Concilium, Apostolicus ante corpus S. Nicolai constratus, tapetibus & palliis, ipsa casula cum pallio amictus tribunal ascendit, cæteri cum cappis sedebant. Omnibus ergo suum locum ex antiquo vendicantibus, Anselmus humilitate summus, quo poterat, assedit. Exciderat animo summi Pontificis ingruente tumultu, ut ei locum delegaret. Sed erroris admonitus est quæstionis necessitate, à Græcis propositæ, probare volentibus Spiritum S. non nisi à Patre procedere.

Quid prima die. Hanc ergo quæstionem dum expedire tentans magis involveret, Græcis contra non improbabiliter occurrentibus: Anselmi recordatus exclamat: vividæ vocis tonitruum ædis capacitas, & turbæ multiplicitas ingeminant, Pater & magister Anselmus Anglorum Archiepiscope ubi es? Ille ubi se vocari audivit, in pedes constitit. Quem Apostolicus compellans: Nunc *inquit*, magister, opus est scientia, opus eloquentiæ tuæ opera. Veni ascende huc, & defende matrem tuam Ecclesiam, quam Græci labefactare conantur. Succurre ergo quasi à Deo huc missus. Continuo cuncti astantes & assidentes, oculos & ora in eum conversi, percunctati quis esset, ansr nenti busq; proximis ad consessum Apostolici levatus, sedere jussus juxta Romanum Archidiaconum, cui ante Papam sedere moris est: Includamus, *inquit*, hunc in orbe nostro, quasi alterius orbis Papam. Nec morantibus, omnibus exposuit palam qui genus, unde domo, cujus scientiæ, cujus facundiæ, quàm religiosus, quanta pro fidelitate Romanæ Sedis passus esset. Dilatusque in posterum diem quæstionis tractatus, quàmvis Anselmus statim respondere non dubitaret.

Sed sequenti die solito maturius cætu coacto promotus in editum, ita tractavit quæstionis latera, ita penetravit, & enubilavit intima, ut Latini clamore testarentur gaudium, Græci de se præbere dolerent ridiculum: nullus porro inops & inanis scientiæ discederet. Sensus illius sermonis procedente tempore luculenter digessit in libro de processione Spiritus sancti facto. Tunc ubi verbum absolvit, omnes in eum oculos & ora conversi, hic laudare fidem, ille scientiam, omnes eloquentiam. Sedato fragore, quem laus ejus suscitaverat, intendens in eum summus Pontifex, ait: Benedictum sit cor tuum, & Spiritus tuus, os & sermo oris tui benedictus. Nec mora cum consensu omnium roboratus in aliter sentientes fulmen excommunicationis intorsisset, venulari de Rege Aoglorum sermo cœpit. *Quid secunda die.*

CONCILIUM LATERANENSE.

VIII. HÆc est universalis & celeberrima Synodus omnium earum, quæ unquam in Europa coiverunt, habita sub Innocentio III. eoque Præsidente anno 1215. Pontificatus sui 18. adfuêre in hoc Concilio duo Patriarchæ Orientales, videlicet Constantinopolitanus & Hierosolymitanus: Antiochenus autem gravi labore detentus, & Alexandrinus sub Saracenorum Dominio constitutus miserunt suos Apocrisarios. Antiochenus quidem misit Episcopum Antheradensem: Alexandrinus verò Diaconum suum Germanum. Episcopi fuerunt 412. Primates autem & Metropolitani 71. Abbates & Priores ultra 800. Archi-Episcoporum verò & Episcoporum, Abbatum & Priorum, & Capitulorum absentium, Procuratorum, non fuit certus numerus comprehensus. Legatorum verò Regis Siciliæ, in Romanorum Imperatorem electi, Imperatoris Constantinopolitani, Regis Hispaniæ, Franciæ, Angliæ, Regis Ungariæ, Regis Hierosolymitani, Regis Cypri, Regis Arragoniæ, nec non aliorum Principum & Magnatum, Civitatum, aliorumque locorum ingens fuit multitudo; ita ut Severinus Binius in notis ad hoc Concilium testatur, numerus Patrum qui huic Concilio interfuerunt, non quidem ut volunt nonnulli hujus temporis Scriptores ascendit ad bis mille ducentos octoginta tres vel quinque Patres conjunctim computatos, sed tantùm ad bis mille ducentos & duodecim; nam septuaginta illi & unus Metropolitani, duoque Patriarchæ supra recensiti sub quadringentis duodecim Episcopis continentur & computantur, juxta relationem Abbatis Ursbergensis, qui eo tempore floruit. Actum fuit eo in Concilio de recuperanda Hierosolyma, & quantum ad rem nostram de divina Unitate, Trinitate & simplicitate sequentia definita sunt.

An 2283. Patres huic Concilio interfuerunt?

Firmiter credimus, & simpliciter confitemur, quòd unus solus est verus Deus æternus, & immensus, omnipotens, incommutabilis, incomprehensibilis, & ineffabilis, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus: tres quidem personæ, sed una essentia, substantia, seu natura simplex omnino. Pater à nullo, Filius autem à solo Patre, ac Spiritus sanctus ab utroque pariter, absque initio semper & fine: Pater generans, Filius nascens, & Spiritus sanctus procedens: consubstantiales & coæquales, coomnipotentes & coæterni, unum universorum principium, creator omnium invisibilium & visibilium, spiritualium & corporalium, qui suâ omnipotenti virtute, simul ab initio temporis, utramque de nihilo condidit creaturam, spiritualem & corporalem, angelicam videlicet & mundanam: ac deinde humanam quasi communem ex spiritu & corpore constitutam. Diabolus enim & dæmones alii à Deo quidem natura creati sunt boni, sed ipsi per se facti sunt mali. Homo verò diaboli suggestione peccavit.

Extrav. de summa Trinit. & fide Cath. c. 1. Deus unus in essentia trinus in personis.

Hæc sancta Trinitas secundùm communem essentiam individua, & secundùm personales proprietates discreta, per Moysen & sanctos Prophetas

tas aliosque famulos suos, juxta ordinatissimam dispositionem temporum, doctrinam humano generi tribuit salutarem. Deinde cap. 2. Damnamus ergo & reprobamus libellum sive tractatum, quem Abbas Joachim edidit contra Magistrum Petrum Lombardum de unitate, seu essentia Trinitatis, appellans ipsum hæreticum & insanum, pro eo quod in suis dixit Sententiis, quomodo quædam summa res est Pater & Filius & Spiritus sanctus, & illa non est generans, neque genita, nec procedens. Unde asserit, quòd ille non tam Trinitatem, quàm quaternitatem astruebat in Deo, videlicet tres personas, & illam communem essentiam quasi quartam; manifestè protestans, quòd nulla res est quæ sit Pater, & Filius, & Spiritus sanctus: nec est essentia, nec substantia, nec natura; quamvis concedat, quòd Pater, Filius & Spiritus sanctus sunt una essentia, una substantia, unaque natura. Verùm unitatem hujusmodi non veram & propriam, sed quasi collectivam & similitudinariam esse fatetur; quemadmodum dicuntur multi homines unus populus, & multi fideles una Ecclesia, juxta illud: Multitudinis credentium erat cor unum, & anima una: & qui adhæret Deo unus spiritus est cum illo. Item, qui plantat & qui rigat unum sunt. &, Omnes unum corpus sumus in Christo. Rursus in libro Regum: Populus meus, & populus tuus unum sunt. Ad hanc autem sententiam astruendam, illud potissimum verbum inducit, quod Christus de fidelibus inquit in Evangelio: Volo Pater ut sint unum in nobis, sicut & nos unum sumus, ut sint consummati in unum. Non enim, ut ait, fideles Christi sunt unum, id est, una quædam res, quæ communis sit omnibus, sed hîc modò sunt unum, id est, una Ecclesia propter Catholicæ fidei unitatem, & tandem unum regnum propter unionem indissolubilis charitatis. Quemadmodum in canonica Joannis epistola legitur: Quia tres sunt qui testimonium dant in cœlo, Pater, Verbum, & Spiritus S. & hi tres unum sunt. Statimque subjungitur, Et tres sunt qui testimonium dant in terra, spiritus, aqua, & sanguis: & tres unum sunt, sicut in codicibus quibusdam invenitur.

Decre: l. 1. t. 1. c. 2. Abbatis Joachim error de una Trinitatis essentia.

Act. 4. 1. Cor. 6. Ibid. 3. & 12. 3. Reg. 22. Joan. 17. 1. Joan. 5.

Nos autem sacro & universali Concilio approbante, credimus & confitemur cum Petro, quòd una quædā summa res est, incōprehensibilis quidem & ineffabilis, quæ veraciter est Pater, & Filius, & Spiritus S. tres simul personæ, ac singulariter quælibet earundem: & ideo in Deo Trinitas est solummodò, non quaternitas: quia quælibet trium personarum est illa res, videlicet substantia, essentia, sive natura divina, quæ sola est universorum principium, præter quod aliud inveniri non potest: & illa res non est generans, neque genita, nec procedens, sed est Pater qui generat, Filius qui gignitur, & Spiritus sanctus, qui procedit, ut distinctiones sint in personis, & unitas in natura. Licèt igitur alius sit Pater, alius Filius, alius Spiritus sanctus, non tamen aliud, sed id quod est Pater, est Filius, & Spiritus sanctus idem omninò, ut secundùm orthodoxam & Catholicam fidem consubstantiales esse credantur. Pater enim ab æterno Filium generando, suam substantiam ei dedit, juxta quod ipse testatur: Pater quod dedit mihi majus est omnibus: at dici non potest, quòd partem suæ substantiæ illi dederit, & partem retinuerit ipse sibi, cùm substantia Patris indivisibilis sit, utpotè simplex omninò. Sed nec dici potest, quòd Pater in Filium transtulerit suam substantiam, quasi sic eam dederit Filio, quòd non retinuerit ipsam sibi, alioquin desiisset esse substantia. Patet ergo, quòd sine ulla diminutione Filius nascendo substantiam Patris accepit, & ita Pater & Filius habent eandem substantiam, & sic eadem res est Pater, & Filius, nec non & Spiritus sanctus ab utroque procedens.

Reprobatio hujus erroris.

Una substantia Patris, & Filij, & Spiritus sancti.

Cùm ergo veritas pro fidelibus suis ad Patrem orat, Volo, inquiens, ut ipsi sint unum in nobis, sicut & nos unum sumus: hoc nomen, unum, pro fidelibus quidem accipitur, ut intelligatur unio charitatis in gratia: pro personis verò divinis, ut attendatur identitatis in natura unitas, quemadmodum veritas alibi ait: Estote perfecti, sicut & Pater vester cœlestis perfectus est perfectione naturæ, utraque videlicet suo modo: quia inter creatorem & creaturam non potest tanta similitudo notari, quin inter eos major sit dissimilitudo notanda.

Joan. 17. Aliter unum sunt fideles Christi, aliter tres personæ divinæ. Matth. 5.

Si quis igitur sententiam sive doctrinam præfati Joachim in hac parte defendere vel approbare præsumpserit, tanquam hæreticus ab omnibus confutetur. In nullo tamen per hoc, Florentino monasterio, cujus ipse Joachim extitit institutor, volumus derogari, quoniam ibi & regularis institutio est & observantia salutaris, maximè cùm idem Joachim omnia scripta sua nobis assignari mandaverit, Apostolicæ Sedis judicio approbanda, seu etiam corrigenda, dictans epistolam, cui propria manu subscripsit, in qua firmiter confitetur se illam fidem tenere, quam Romana tenet Ecclesia, quæ cunctorum fidelium, disponente Domino, mater est & magistra.

Non ipse Joachim, sed ejus liber damnatur.

Reprobamus etiam & damnamus perversissimum dogma impii Amalrici, cujus mentem sic pater mendacii excæcavit, ut ejus doctrina non tam hæretica censenda sit, quàm insana.

Almaricus.

CON-

CONCILIUM LUGDUNENSE,

Pro unione Græcorum cum Ecclesia Latina sub Gregorio X.

Compromittitur electio Papæ in S. Bonav. Generalē Ord. Min.

IX. Ab obitu Clementis IV. vacua fuit Petri sedes 33. mensibus, dum inter sese Cardinales dissident, qui tandem in S. Bonaventuram Ordinis Minorum Generalem, etiamsi nondum Cardinalis esset, compromiserunt; hic verò nullum proposuit Cardinalem, sed Tribaldum Leodii Archidiaconum virum vitæ sanctimon à insignem, qui tum in Syria, belli sacri occasione versabatur. Huic nominationi cætus Cardinalium acquievit, & transmissis in Orientem literis factam de ipso electionem eidem significaverunt; hic asserto sibi Gregorii nomine omnem adhibuit sollicitudinem ad reducendum Græcos ad veritatis tramitem; idcircò misit Legatos Constantinopolim ad Paleologum Imp. *F. Hieronymum ab Ascalo*, qui postea Cardinalis S.R.E. ac tandem Pontifex evasit; *F. Remundum Berengarii, F. Bona gratiam* Dalmatam, & *F. Bonaventuram Mugellitanum* omnes Seraphici Ordinis S.P.N. Francisci Professores: Hi Legati cùm pio voto negotium perfecissent, persuasâ Græcia concordiâ, & ductis secum ad Pontificis pedes proceribus aliquot Græcorum, Gregorius Lugduni Concilium Generale celebravit Anno 1274. evocans ad illud Reges, Episcopos, Principes, &c. Viros præterea sanctitate & doctrinâ præstantissimos; inter hos f.ê.e S. Thomas Aquinas, qui dum ad Concilium proficiscitur, ex hac vita ad Dominum migravit: ac S. Bonaventura, quem Lugduni Cardinalem & Episcopum Albanensem creavit. Convenerunt igitur ad dictum diem præter Constantinopolitanum & Antiochenum Patriarcham Episcopi quingenti, Abbates, & inferiores Prælati permulti, adsuit quoque Jacobus Aragoniæ Rex, aliorum verò Regum & Principum Oratores complures. Quocircà prima sessio celebrata fuit die 1. Maii, Ann. 1274. nondum ad

Fratres Min. Legati Apostolici.

Moritur S. Thomas

Bonav. creatur Cardin.

tertiam sessionem perventum erat, jam miserunt F. Hieronymus, & F. Bona-gratia quasdam literas, de quibus D. Papa multùm gavisus fuit. Tandem cum prædictis Nunciis Apostolicis post tertiam sessionem Imperatoris Græcorum Legati advenerunt: atque honorificentissimè à summo Pontifice & Synodo universa sunt excepti: & in solemni Missa, quam summus Pontifex celebravit in festo SS. Apostolorum Petri, & Pauli in majori Ecclesia Lugdunensi S. Joannis, existente ibi totâ Concilii coronâ, lecta est Epistola in Latino & in Græco, & cantatum est Evangelium per D. Othabonum & quendam Diaconum Græcorum in habitu in quo Græci solent cantare, in Græco: & habuit B. Bonaventura mox sermonem ad Concilium proposito Themate, quod legitur Baruch. 5. *Exurge Jerusalem, sta in excelso & circumspice ad Orientem, & inde colliges filios tuos ab Oriente usque ad Occidentem.* Postea verò cantatum est Symbolum, scilicet: *Credo in unum Deum* in Latino, incipientibus Dominia Cardinalibus & prosequentibus Episcopis, & aliis ejusdem Ecclesiæ Canonicis; post hæc verò immediatè prædictus Patriarcha cum omnibus Græcis Archiepiscopis de Calabria, & F.V. de Morbeca Ordinis FF. Prædicatorum, & F. Joannes de Constantinopoli de Ordine Fratrum Minorum Pœnitentiarii Domini Papæ, qui linguam Græcorum noverunt, cantârunt solemniter, & alta voce prædictum Symbolum, & quando ventum est ad articulum illum, qui *à Patre Filioque procedit*, solemnissimè cum magna devotione, & totius Ecclesiæ præsentis exultatione ter cantaverunt, post hæc Missâ per Papam completâ, lectæ sunt literæ, quas per dictos Franciscani instituti Sedis Apostolicæ Nuncios transmisit Imperator Græcorum, suntque sequentis tenoris.

S. Bonav. in Concil. Lugdun. perorat.

Literæ Michaelis Palæologi Imperatoris Græcorum ad Gregorium Papam X.

Sanctissimo & Beatissimo primo & summo Pontif Apostol. Sedis Venerabili Papæ, & communi Patri omnium Christianorum, & Venerabili Patri Imperii nostri, D Greg. Michael in Christo Deo fideliter Imperator & Moderator Romæorum, Ducas, Angelus, Comnenus, Palæologus & spiritualis filius magnæ sanctitatis vestræ, convenientem honorem & reverentiam cum sincera & pura affectione, & orationum postulatione. Quoniam missi sunt à Magnitudine vestra ad Imperium meum Nuncii Deo placentis Ordinis Fr. Minorum, F. Hieronymus de Ascalo, F. Raymundus Berengar: F. Bonagratia de S. Joan. in Persiceto, & F. Bonaventura de Mugello; & obtulerunt literas magnæ sanctitatis vestræ Imperio meo: In quibus inter alia de confessione fidei, quam docet, & prædicat, & confitetur Sancta Romana Ecclesia, continebatur, & oportebat in his magna responsionem convenientem nos facere, ecce hoc facit Imperium meum: habet autem professio fidei in dictionibus taliter: Credimus sanctam Trinitatem, Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, unum Deum

Deum omnipotentem, totamque in Trinitate Deitatem coeſſentialem & conſubſtantialem, coæternam, & coomnipotentem, unius voluntatis, poteſtatis, & majeſtatis, Creatorem omnium creaturarum, à quo omnia, in quo omnia, per quem omnia quæ ſunt in cœlo, & in terra, viſibilia, & inviſibilia, corporalia, & ſpiritualia. Credimus ſingulam quamque in Trinitate perſonam, unum verum Deum, plenum, & perfectum. Credimus ipſum Filium Dei Verbum Dei æternaliter natum de Patre, conſubſtantialem, coomnipotentem & æqualem per omnia Patri in divinitate, temporaliter natum de Spiritu ſancto, & Maria ſemper Virgine cum anima rationali; duas habentem nativitates, unam ex Patre nativitatem æternam, alteram ex Matre temporalem, Deum verum, & hominem verum, proprium in utraque natura atque perfectum, non adoptivum, nec phantaſticum, ſed unum & unicum Filium Dei, in duabus, & ex duabus naturis, divina ſcilicet, & humana, in unius perſonæ ſingularitate, impaſſibilem, & immortalem divinitate, ſed in humanitate pro nobis, & ſalute noſtra paſſum verâ carnis paſſione, mortuum, & ſepultum, & deſcendiſſe ad inferos, ac tertia die reſurrexiſſe à mortuis verâ carnis reſurrectione : die quadrageſimo poſt reſurrectionem cum carne, quâ reſurrexit, & animâ aſcendiſſe in cœlum, & ſedere ad dexteram Dei Patris, inde venturus judicare vivos, & mortuos, & redditurum unicuique ſecundùm opera ſua, ſive bona fuerint, ſive mala. Credimus & Spiritum ſanctum plenum & perfectum verumque Deum ex Patre Filioque procedentem, coæqualem, & conſubſtantialem, & coomnipotentem, & coæternum per omnia Patri, & Filio. Credimus hanc ſanctam Trinitatem, non tres Deos, ſed unicum Deum, omnipotentem, æternum, & inviſibilem, & incommutabilem. Credimus ſanctam Catholicam, & Apoſtolicam unam eſſe veram Eccleſiam, in qua unum datur ſanctum Baptiſma, & vera omnium remiſſio peccatorum. Credimus etiam veram reſurrectionem hujus carnis, quam nunc geſtamus, & vitam æternam. Credimus etiam novi & veteris teſtamenti, legis, ac Prophetarum, & Apoſtolorum unum eſſe Auctorem, Deum ac Dominum omnipotentem. Hæc eſt vera fides Catholica, & hanc ſupradictis articulis tenet, & prædicat ſacroſancta Romana Eccleſia.

Porrò ad roborandam confeſſionem Græcorum ad mentem Pontificis, & Concilii definitionem, Græci, fidei Catholicæ profeſſionem emiſerunt in hac forma : Ego Gregorius Acropolita, & magnus Logotheta, Nuncius Domini noſtri magni Imperat. Græcorum Michaelis Angeli, Ducas Comneni, Paleologi, habens ab eo ſufficiens ad infraſcripta mandatum, omne ſchiſma prorſus abjuro, & ſubſcriptam fidei veritatem, prout planè lecta eſt, & fideliter expoſita, nomine dicti Domini noſtri, veram, ſanctam, Catholicam & orthodoxam fidem eſſe cognoſco, eam accepto, & corde, & ore profiteor : ipſamque prout eam veraciter tenet, fideliter docet, & prædicat ſacroſancta Romana Eccleſia, ipſam inviolabiliter obſervaturum, nec ab eo ullo unquam tempore receſſurum, quoquo modo deviaturum, vel diſcrepaturum promitto. Primatum quoque ipſius ſacroſanctæ Romanæ Eccleſiæ, prout in præmiſſa ſerie continetur, ad ipſius Eccleſiæ obedientiam, nomine ipſius, & meo, ſpontaneus veniens, pro ipſo, & pro me fateor, recognoſco, accepto, & ſponte ſuſcipio, & ipſum omnia præmiſſa, tam circa fidei veritatem, quam circa ejuſdem Eccleſiæ primatum, & ipſorum recognitionem, acceptationem, ſuſceptionem, obſervantiam, & perſeverantiam facturum, præſtito in animam ipſius, & meam corporaliter juramento promitto, & confirmo : ſic ipſum, & me Deus adjuvet, & hæc SS. Evangelia.

Ex eadem formula alius Nuncius pro reliquis Græcis, præſertim pro Metropolitis, qui in litera Prælatorum Græciæ, *apud Binium*, in hoc Concilio recitantur, profeſſus eſt ; quantum autem ad profeſſionem fidei contra errores Græcorum in ſpecie hæc fuit profeſſio : Fideli ac devota profeſſione fatemur, quòd Spiritus ſanctus æternaliter ex Patre, & Filio, non tanquam ex duobus principiis, ſed tanquam ex uno principio, non duabus ſpirationibus, ſed una ſpiratione procedit. Hoc profeſſa eſt hactenus, hoc prædicavit, & docuit, hoc firmiter tenet & prædicat, & profitetur, & docet ſacroſancta Romana Eccleſia, mater omnium fidelium, & magiſtra. Hoc habet orthodoxorum PP. atque Doctorum, Latinorum pariter & Græcorum incommutabilis, & vera ſententia. Sed quia nonnulli propter irrefragabilis præmiſſæ veritatis ignorantiam, in errores varios prolapſi ſunt; Nos hujuſmodi erroribus viam præcludere cupientes, hoc ſacro approbante Concilio damnamus, & reprobamus omnes, qui negare præſumpſerint, æternaliter Spiritum ſanctum ex Patre, & Filio procedere : ſive etiam auſu temerario aſſerere, quòd Spiritus ſanctus ex patre, & Filio tanquam ex duobus principiis, & non tanquam ex uno procedat.

CONCILIUM FLORENTINVM.

Sub Eugenio IV. Papa Anno 1438. eoque Præsidente, & Imperatore Orientis Ioanne Palæologo præsente.

X. HOc Concilium Florentinum Ferrariæ inceptum, ubi & habitæ sunt quindecim sessiones, postea pestilentia civitatem Ferrariensem invadente, Pontificis auctoritate, atque omnium consensu, Concilium Florentiam translatum est; & quia ibi post magnas difficultates quas Latini habuerunt cum Græcis pertinaciter in errore suo persistentibus, per diversos tractatus re diligentissimè discussâ, tum ex actis antiquorum Conciliorum, tum ex testimoniis Græcorum ac Latinorum sanctorum Patrum, tandem Græci in Latinorum sententiam venerunt, & maxima cum Pontificis, & Imperatoris Orientis Joannis Palæologi, atque omnium Patrum lætitia, cum Romana Ecclesia conjuncti sunt, prout statim ex ordine actorum referemus, ubi primò ponenda est confessio Latinorum Græcis transmissa.

CONFESSIO LATINORVM.

IGitur post longum examen, & acre dissidium partium *sess. 25. & ultimâ Florentiæ*, Latini, intendentibus Græcis, sententiam suam literis mandaverunt in hunc modum: *Quoniam Græci nos calumniantur, ac nobis objiciunt, duo principia, vel duas causas in sancta & consubstantiali Trinitate ponere, idcircò professionem nostram his literis mandamus. Credimus in unum Deum Patrem, & in unum Filium unigenitum, & ex Patre natum: Et in unum Spiritum sanctum ex Patre quidem habentem essentiam, quemadmodum etiam Filius, verùm ex Filio quoque procedentem, quandoquidem Patrem unicam Filij sanctique Spiritus causam profitemur; illius quidem per generationem, hujus verò per processionem. Porrò autem ne identitatem conjunctionemque divinæ substantiæ distribuere, ac ipsam eandem substantiam re, non autem sola ratione, ab hypostasibus, & personis differre, credere videamur: nec non ne quispiam credendo sanctum Spiritum ex solo Patre procedere, tres in partes unicam illam divinam substantiam dividi mente concipiat, idcircò verbum* ex Filioque *necessarium in symbolo duximus esse, profitentes sanctum Spiritum ex Patre Filioque, tanquam ab unico principio procedere.*

CONFESSIO GRÆCORVM.

SUpradictas litteras cùm Græci accepissent, toto biduo attentissimè expenderunt: dumque nollent ulla ratione concedere, quòd Filius Spiritus sancti causa esset, ipsi quoque sententiam suam litteris commissam ad Latinos hoc tenore transmiserunt. *Cùm Latini profiteantur, Patrem unicam Filii sanctique Spiritus causam esse, ac à nobis contendant, ut nostram sententiam, quidquid hac in re sentiamus, nostris literis declaremus, idcircò Patrem, Filii, sanctique Spiritus fontem, & radicem; Filium verò, & sanctum Spiritum, secundùm primam Oecumenicam Synodum, & magnum Basilium, & Cyrillum, divina germina profitemur esse, nec non Spiritum à Filio scaturire, haurire, prodire, emitti, ac profundi.*

His ad Latinos transmissis, urserunt Latini dolorem horum verborum, *profundi, emitti, scaturire, haurire* explanationem; tum Patres Græci, qui anteà vehementissimè Latinis repugnabant, cognoscentes quòd Latini vellent sanctum Spiritum *ex Patre Filioque* procedere, non tanquam ex duobus principiis, & causis, sed uno principio, & per unam spirationem Patri, & Filio communem, eamque fidem in sanctis Patribus tam Græcis, quàm Latinis, sanctisque Scripturis concordem invenirent, omnesque Patres Græci cum eorum Imperatore Palæologo, ut suprà intimatum fuit, transierunt in sententiam Latinorum, & utraque Ecclesia, tam Orientalis, quàm Occidentalis, sublato dissidii pariete, sibi unitæ sunt, quam unionem Græcia ac Latinis literis uno eodemque folio descriptam in parte dextra Latinè, ac summi Pontificis sigillo; ab altera verò parte Græcè, cum Græcorum item subscriptionibus, & Palæologi Imperatoris sigillo communitam, tam Græco, quàm Latino idiomate fecit promulgari, fuitque tenoris sequentis:

DEFINITIO VNIONIS
Sanctæ Oecumenicæ Synodi Florentinæ.

EU[illegible]us servus ser[illegible] Dei, [illegible] memori[illegible]m. C[illegible] [illegible] id [illegible] charissimo [illegible] Chr[illegible]sto Fi[illegible] [illegible] Pa[illegible] Ro[illegible] imp[illegible], [illegible] vocati [illegible] [illegible] Patriar[illegible] [illegible] O[illegible] [illegible] m[illegible] manibus. Læ[illegible] [illegible]. [illegible] est e[illegible] [illegible] O[illegible] [illegible] Ecclesia[illegible], & pax atque [illegible] Christo, [illegible] vinculo fortissimo cha[illegible] [illegible] parietem,& [illegible] copulante ac conti[illegible] [illegible] nebul[illegible], & [illegible] ingratamque [illegible] [illegible] unionis optatæ [illegible] illuxit. Gaudeat & mater Ecclesia, quæ filios suos ha-ctenus invicè dissidentes,jam videt in unitatem, pacemq; rediisse: & quæ anteà in eorum sepa-ratione amarissimè flebat, ex ipsorum modo mirâ concordiâ cum ineffabili gaudio omni-potenti Deo gratias referat. Cuncti gratu-lentur fideles ubique per orbem; & qui Chri-stiano censentur nomine, Matri Catholicæ Ec-clesiæ collætentur. Ecce enim Occidentales Orientalesque Patres, post longissimum dissen-tionis atque discordiæ tempus, se maris ac terræ periculis exponentes, omnibusque superatis la-boribus, ad hoc sacrum Oecumenicum Con-cilium desiderio sacratissimæ unionis, & anti-quæ charitatis reintegrandæ gratia, læti alacres-que convenerunt, & intentione sua nequaquam fr[illegible] sunt. Post l[illegible] labori[illegible]que in-daginem, tandem Sp[illegible] tûs S. clementiâ ipsam opta[illegible]am [illegible]mâque uni[illegible] con-cuti [illegible] Qu[illegible] dignas omni[illegible] Dei beneficii[illegible] gratias referre suffic[illegible]? Quis autem divinæ miserationis divitias non obstupescat? cujus vel ferreum pectus tanta supernæ pietatis magnitudo non molliat? Sunt ista prorsus di-vina opera, non humanæ fragilitatis inventa; atque ideo eximia cum veneratione suscipien-da, & divinis laudibus prosequenda. Tibi laus, tibi gloria, tibi gratiarum actio Christe fons misericordiarum, qui tantum boni sponsæ tuæ Catholicæ Ecclesiæ contulisti, atque in genera-tione nostra tuæ pietatis miracula demonstra-sti, ut enarrent omnes mirabilia tua. Magnum siquidem divinumque munus nobis Deus lar-gitus est, oculi que vidimus [illegible] quod ante nos multi, [illegible] vald[illegible] [illegible] non [illegible] [illegible] [illegible]tes enim Gr[illegible] & Latini in h[illegible] Oecume[illegible] no stud[illegible] in [illegible] cu[illegible] [illegible] ma cu[illegible] & assidua [illegible] one dis-

cute[illegible] ur. Prolatis vero testimoniis ex [illegible] Scripturis, plurimisque auctoritatibus [illegible] ctorum Orientalium, & Occidentalium, [illegible] bus quidem ex Patre, & F[illegible], quibusda[illegible] e[illegible] per Filium procedere dicen[illegible] n[illegible]um, & ad eandem intelligen[illegible] ad[illegible]ibus omnibus sub diversis [illegible], [illegible] quidem asseruerunt, quod id, qu[illegible] Spiritum sanctum ex Patre proc[illegible] non h[illegible] mente proferunt, ut excludant F[illegible] sed quia eis videbatur [illegible]) [illegible] Spiritum sanctum ex Patre, & [illegible] cedere [illegible]nquam ex duobus princ[illegible] & [illegible] bus [illegible] ationibus, ideo abstin[illegible] quòd Spiritus S. [illegible] & [illegible] tini vero affirmarunt [illegible] Spiritum sanctum ex [illegible] Filioque [illegible] ut excludant Patrem, qu[illegible] fons ac p[illegible] um totius Deitatis, Filii [illegible] ac Spiriti[illegible] ctû; aut quod id, quòd Spiritus sanctus p[illegible] dit ex Filio, Filius à Patre non habeat; sive quòd duo ponant esse principia, seu duas spirationes: sed unum tantum asserant esse principium, uni-camque spirationem Spiritûs sancti, prout ha-ctenus asseruerunt. Et cùm ex his omnibus unus & idem eliciatur veritatis sensus, tandem in [illegible] scriptam sanctam, & Deo amabilem [illegible] dem sensu eademque mente, unionem [illegible] miter concordârunt, & consenserunt. In n[illegible] ne igitur S. Trinitatis, Patris, & Filii, & Spi[illegible] S., hoc sacro universali approbante Flore[illegible] Concilio diffinimus, ut hæc fidei ver[illegible] nibus Christianis credatur, & [illegible] que omnes profiteantur, quod Sp[illegible] ex Patre, & F[illegible] æternal[illegible] & [illegible] su[illegible], [illegible]umque esse subsiste[illegible] ex [illegible] simul, & Filio, & ex utroque æter[illegible] quam ab uno principi[illegible], & [illegible] ce[illegible]. Declarantes qu[illegible] id, quo[illegible] ctores & Patr[illegible] dic[illegible] , e[illegible] per [illegible] proce[illegible] Sp[illegible] [illegible] gentiam [illegible] pe[illegible] [illegible] qu[illegible] que [illegible] Græ[illegible] quid [illegible] sam, [illegible] v[illegible] pri[illegible] [illegible] Spiritus [illegible], sicut [illegible] Et quo[illegible] omn[illegible], quæ [illegible] ingenito F[illegible] [illegible] quòd [illegible] Patrem, hoc ip[illegible] quòd [illegible] æterni[illegible] bet, à quo [illegible] genitus est. [illegible] [illegible] Filioque, ver[illegible] decl[illegible] & [illegible] tunc [illegible] [illegible] [illegible] ap[illegible] aiu.

CONCILIA NATIONALIA, ET PROVINCIALIA.

CONCILIUM TOLETANUM I.

Quod fuit XIX. Episcoporum tempore Anastasii, Honorii, & Arcadii, Stilico- [illegible] Consule, habitum Anno Domini 400. ut [illegible] betur *Tom. 1. Concil. editionis Venetæ, fol. 767.* & [illegible] *om. 1. editionis Coloniensis operâ Binii edito. fol. 596.* Præsidente Patrono Episcopo sub die septimo Idus Septembris. Est Provinciale, quod confirmatum fertur auctoritate Leonis Papæ. d. 20. C. de libellis.

ASSERTIO FIDEI EIUSDEM CONCILII.

Credimus in unum verum Deum, Patrem omnipotentem, & Filium, & Spiritum sanctum, [illegible] ium, & invisibilium factorem, per quem omnia [illegible] sunt in cælo, & in terra, unum Deum, & unam esse divinæ substantiæ Trinitatem. Patrem autem non esse Filium ipsum, sed habere filium, qui pater non sit: Filium non esse Patrem, sed Filium Dei de Patris esse natura. Spiritum quoque esse paracletum, qui nec Pater sit ipse, nec Filius, sed à Patre Filioque procedens. Est ergo ingenitus Pater, genitus Filius, non genitus Paracletus, sed à Patre, Filioque procedens. Pater est, cujus vox audita est de cælis: Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi bene complacui, ipsum audite: Filius est, qui ait: Ego à Patre exivi, & à Deo veni in hunc mundum. Paracletus est Spiritus, de quo Filius ait: Nisi ego abiero ad Patrem, Paracletus non veniet. Hanc Trinitatem personis distinctam, substantiâ unitam, virtute & potestate, & majestate indivisibilem, indifferentem: præter hanc nullam credimus divinam esse naturam, vel Angeli, vel spiritus, vel virtutis alicujus, quæ Deus credatur. Et mox infrà: *Si quis dixerit atque crediderit, Deum Patrem eundem esse Filium vel Paracletum, anathema sit. Si quis dixerit, vel crediderit, Filium eundem esse Patrem, vel Paracletum, anathema sit. Si quis dixerit, vel crediderit, Paracletum esse vel Patrem, vel Filium, anathema sit.*

CONCILIUM NATIONALE TOLETANUM III.

A totius Hispaniæ, & Galliæ Narbonensis Episcopis celebratum.

Hoc Concilium habitum fuit sub Pelagio Papa II. Imperatore Mauritio, & Flavio Reccaredo Rege, Anno Domini 589. in quo Gothi in Hispania abjuratâ hæreseos Arianæ perfidiâ cum Rege suo Reccaredo, post martyrium Hermenegildi Regis fratris, orthodoxam fidem profitentur, ut sequitur:

CONFESSIO FIDEI, EPISCOPORUM, PRESBYTERORUM, & Regis Gothicæ Gentis.

Omnis ergo, qui fidem, & communionem ab Ario venientem, & huc usque [illegible] tam, [illegible] hinc tenere desiderat, & de [illegible] dis intentione non damnat, anathe- [illegible]

[illegible] unque Filium Dei, Dominum Jesum C[illegible] negaverit à p[illegible] erna substantia sine [illegible], & æqualem Patri esse, vel cô- [illegible] sit.

[illegible] S. non credit, aut non [illegible] F[illegible] o p[illegible] edere, eum- [illegible] dixerit coæternum [illegible] Pa[illegible], & Filio, & coessentialem, anathema sit.

Quicunque in P[illegible]re, & Filio, & Spiritu S. & personas non distinguit, & unius divinitatis substantiam non ag[illegible], anathema sit.

Quicunque Filium Dei, Dominum nostrum Jesum Christum & Spiritum S. esse Patrem [illegible] orem asseruerit, [illegible] gradibus separaverit, creaturamque e[illegible] dix[illegible], anathema sit.

Quicunque P[illegible], & Filium, & Spiritu[illegible] [illegible] unius [illegible] omnipotentiæ, & æternitatis esse [illegible] on cr[illegible], anathema sit.

Quicunque nescire Filium Dei, quod Deus Pater sciat, dixerit, anathema sit.

Quicunque tantum Filio Dei, & Spiritui sancto deputaverit, anathema sit.

Quicunque Filium Dei, secundùm divinitatem suam visibilem, aut passibilem ausus fuerit proferre, anathema sit.

Quicunque Spiritum sanctum sicut Patrem, & Filium, verum Deum, & omnipotentem esse non credit, anathema sit.

Quicunque alibi fidem, & Communionem Catholicam, præterquam in Ecclesia universali, quæ Nicæni, & Constantinopolitani, & primi Ephesini, & Calcedonensis Concilii decreta tenet, pariter & honorat, anathema sit.

Quicunque Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, honore & gloria, & divinitate separat, & disjungit, anathema sit.

Quicunque Filium Dei, & Spiritum sanctum cum Patre non crediderit esse glorificandum & honorandum, anathema sit.

Quicunque non dixerit, Gloria Patri, & Filio, & Spiritui sancto, anathema sit.

Confitemur enim, nos ex hæresi Ariana toto corde, tota anima, & tota mente nostra ad Ecclesiam Catholicam fuisse conversos. Nulli dubium sit, nostros decessores errasse in hæresi Ariana, & fidem Evangelicam atque Apostolicam omne intra Ecclesiam Catholicam didicisse. Proinde fidem sanctam, quam religiosissimus Dominus noster patefecit in medio Concilii, & manu sua subscripsit, hanc & nos tenemus, hanc confitemur, pariter & suscipimus, hanc in populis prædicare, atque docere promittimus. Hæc est vera fides, quam omnis Ecclesia, dum per totum mundum tenet, Catholica esse creditur, & probatur. Cui hæc fides non placet, aut non placuerit, sit anathema, maranatha in adventu Domini nostri Jesu Christi.

Qui fidem spernit Nicæni Concilii, anathema sit.

Qui fidem Concilii Constantinopolitani centum quinquaginta Episcoporum, veram esse non dixerit, anathema sit.

Qui fidem Ephesinæ Synodi primæ, & Calcedonensis non tenet, & eâ non delectatur, anathema sit.

Qui Concilia omnium orthodoxorum Episcoporum, consona Conciliis, Nicæno, Constantinopolitano, primo Ephesino, & Calcedonensi non recipit, anathema sit.

Proinde & damnationem hanc pe[...] communionis Arianæ & omnium Co[...] rum hæresim Arianam fovennum, [...] athemate eorum, manu propria subsc[...]. Constitutiones verò san[...]torum Co[...] rum Nicæni, Constantinopolitani, Ephe[...], vel Calcedon. quas gratissima aure [...]udivimus, & consensione nostra veras esse pro[...]vimus, de toto corde, & de tota anima, & de tota mente nostra subscripsimus, nihil ad cognitionem veritatis lucidius arbitrantes, quàm quæ supradictorum Conciliorum continent auctoritates. De Trinitate autem, & unitate Patris, & Filii, & Spiritus sancti, nihil his verius, nihil lucidius unquam potest, vel poterit demonstrari.

CONCILIUM

TOLETANUM IV.

Septuaginta Episcoporum, & Presbyterorum Hispaniæ, & Galliciæ, & Galliæ Narbonensis.

XIII. QUo tempore hoc Concilium habitum fuerit, ambiguum reddunt Auctores, nam Joannes Magnus *l. 16. c. 17.* refert sub E[...]emio. Tomus editionis Venetæ refert fuisse sub Theodoro primo, Anno 643. die Nonarum Decembris. Tomus verò Binii, & recentioris Editionis Colon. ponit celebratum [...]b Honorio Papa I. Anno 633. Binius, *in not. hujus Concilii* ait: per[...]ram afferri Eugenium, & ver[...]ime ostendit fuisse sub Honorio. Præsedit hoc in Concilio sanctus Isidorus Episcopus Hispalensis, in quo præter[...]a fid[...] hæc statuimur, quæ ad n[...]stram materiam faciunt. Secundùm di[...]inas Scripturas, & doctrinam[...] a S. Patribus [...]epimus, Patrem, & Filium, & Spi[...]um [...] tum unius Deitatis atque sub[...]st[...]ia con[...]tur, in personarum diversitate Trinitatem [...]redentes, in divinitate unitatem prædicantes: nec personas confundimus, nec substantiam separamus. Patrem à nullo factum vel genitum dicimus: Filium à Patre non factum, sed genitum, aff[...]imus: Spiritum verò sanctum, nec creatum, nec genitum, sed procedentem ex Patre, & Filio profitemur. Ipsum autem Dominum JESUM Christum, Dei Filium & Creatorem omnium ex [...]bstantia Patris ante sæcula genitum, descend[...] ultimo tempore pro redemptione mundi à Patre, qui nunquam desiit esse c[...] Patre. Incarnatus est [...] ex Spiritu san[...], & gl[...]ro[...] sancta Dei [...] V[...]rgine MARIA, & natus ex ipsa, solus idem Dominus JESUS Christus, unus de [...]ncta Trinitate anima, & carne perfectus, sine peccato suscipiens hominem, manens quod erat, assumens quod non erat, æqualis [...] secun-

ſecundùm divinitatem, minor Patre, ſecundùm humanitatem, habens in una perſona duarum naturarum proprietatem. Naturæ enim in illo duæ, Deus, & homo. Non autem duo filii, & Dii duo, ſed idem una perſona in utraque natura, perferens paſſionem, & mortem pro noſtra ſalute, non in virtute divinitatis, ſed in infirmitate humanitatis.

CONCILIUM

TOLETANVM VIII.

Quod fuit Provinciale 52. Epiſcoporum.

XIV. HÆc Synodus Provincialis habita fuit Anno Chriſti 653. tempore Martini Papæ I. Conſtantis Imperatoris XII. Rege Hiſpaniæ Receſſuintho, præſide Orontio Archiepiſcopo Emeritenſi, confeſſionem fidei ut alia cc. identidem edidit, ut hic legitur:

CONFESSIO FIDEI EIVSDEM CONCILII.

CRedimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, factorem cœli & terræ, viſibilium omnium, & inviſibilium conditorem. Et in unum Dominum JESUM Chriſtum Filium Dei unigenitum, & ex Patre natum ante omnia ſæcula. Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero, natum, non factum, homouſion Patri, hoc eſt, ejuſdem cum Patre ſubſtantiæ, per quem omnia facta ſunt, quæ in cœlo, & quæ in terra. Qui propter nos, & propter noſtram ſalutem deſcendit, & Incarnatus eſt de Spiritu ſancto, ex MARIA Virgine, homo factus, & paſſus ſub Pontio Pilato, ac ſepultus, & tertia die reſurrexit. Aſcendit in cœlos, ſedet ad dexteram Patris, inde venturus judicare in gloria vivos, & mortuos, cujus regni non erit finis. Credimus & in Spiritum ſanctum, vivificatorem, ex Patre, & Filio procedentem, cum Patre, & Filio adorandum, & glorificandum. Qui locutus eſt per Prophetas. Et unam Catholicam, atque Apoſtolicam Eccleſiam. Confitemur unum Baptiſma in remiſſionem peccatorum. Expectamus reſurrectionem mortuorum, & vitam futuri ſæculi, Amen.

CONCILIUM

TOLETANVM XI.

PROVINCIALE,

XIX. Epiſcoporum ſub Adeodato Papa I. Anno DCLXXV. Wambano Rege, VII. Idus Novembris.

XV. HUjus Concilii Patres egregiam navarunt operam in explicando myſterio ſanctiſſimæ Trinitatis, cujus non fidem modò, ſed commentarium ediderunt, eſt in magno pretio & veneratione apud ſcholaſticos, & Papa Innocentius *in Epiſtola ad Petrum Compoſtellanum*, vocat *authenticum*, multa habet ſalutaria, quæ ad propoſitum noſtrum ſcopum faciunt, ex illo, ut ſequitur, excerpta Lectori ſtudioſo proponimus.

ASSERTIO FIDEI TOLETANI XI.

Profeſſio fidei. COnfitemur & credimus ſanctam, atque ineffabilem Trinitatem, Patrem, & Filium, & Spiritum ſanctum, unum Deum naturaliter eſſe, unius ſubſtantiæ, unius naturæ, unius quoque Majeſtatis atque virtutis. Et Patrem quidem non genitum, non creatum, ſed ingenitum profitemur. Ipſe enim à nullo originem ducit, ex quo & Filius nativitatem, & Spiritus ſanctus proceſſionem accepit. Fons ergo ipſe eſt & origo totius divinitatis. Ipſe quoque Pater eſſentia quidem eſt ineffabilis, ſubſtantiæ ſuæ Filium ineffabiliter genuit: nec tamen aliud, quàm quod ipſe eſt, genuit, Deus Deum, lux lucem. Ab ipſo ergo eſt omnis *Ephes. 3.* pater-

paternitas in cœlo, & in terra, Filium quoque de substantia Patris sine initio ante sæcula natum, nec tamen factum esse fatemur: quia nec Pater sine Filio, nec Filius sine Patre aliquando extitit. Et tamen non ut Filius de Patre, ita Pater de Filio: quia non Pater à Filio, sed Filius à Patre generationem accepit. Filius ergo Deus de Patre, Pater autem Deus, sed non de Filio. Ille autem Filius Patris, & Deus, de Patre: æqualis Deus per omnia Deo Patri, quia nec nasci cœpit aliquando, nec desiit. Hic etiam unius cum Patre substantiæ creditur, propter quod & homousios Patri dicitur, hoc est, ejusdem cum Patre substantiæ. ὁμὸς enim Græcè unum, ὀυσία verò substantia dicitur: quod utrumque conjunctum, sonat, una substantia. Nec enim de nihilo, neque de alia aliqua substantia, sed de Patris utero, id est, de substantia ejus, idem Filius genitus vel natus esse credendus est. Sempiternus quoque est & Filius, quoniam si Pater semper fuit, semper habuit Filium, cujus Pater esset, & ob hoc, Filium de Patre natum sine initio confitemur. Nec enim eundem Filium Dei, pro eo quòd de Patre sit genitus, defectæ naturæ portiunculam nominamus; sed perfectum Patrem, perfectum Filium, sine imminutione, sine defectione genuisse asserimus: quia solius divinitatis est, inæqualem Filium non habere. Hinc etiam Filius Dei, naturâ est Filius, non adoptione, quem Deus nec voluntate, nec necessitate genuisse credendus est: quia nec ulla in Deo necessitas cadit, nec voluntas sapientiam prævenit. Spiritum quoque sanctum, qui est tertia in Trinitate persona, unum atque æqualem cum Deo Patre, & Filio credimus esse Deum, unius substantiæ, uniusque quoque esse naturæ; non tamen genitum vel creatum, sed ab utrisque procedentem, amborum esse Spiritum. Hinc etiam Spiritus sanctus, nec ingenitus, nec genitus creditur: ne aut, si ingenitum dixerimus, duos patres dicamus: aut si genitum, duos filios prædicare monstremur: qui tamen nec Patris tantùm, nec Filii tantùm, sed simul Patris, & Filii Spiritus dicitur. Nec enim de Patre procedit in Filium, nec de Filio procedit ad sanctificandam creaturam: sed simul ab utrisque processisse monstratur, quia charitas sive sanctitas amborum esse agnoscitur. Hic ergo Spiritus sanctus missus ab utrisque creditur, sed minor Patre, & Filio non habetur, sicut Filius propter assumptam carnem, minorem se Patre, & Spiritu sancto esse testatur. Hæc est sanctæ Trinitatis relata narratio, quæ non triplex, sed Trinitas & dici, & credi debet. Nec rectè dici potest, ut in uno Deo sit Trinitas, sed unus Deus Trinitas. In relativis verò personarum nominibus, Pater ad Filium, Filius ad Patrem, Spiritus sanctus ad utrosque refertur, quæ cùm relativè tres personæ dicantur, una tamen natura vel substantia creditur. Nec sicut tres personas, ita tres substantias prædicamus: sed unam substantiam, tres autem personas. Quod enim Pater est, non ad se, sed ad Filium est: & quod Filius est, non ad se, sed ad Patrem est. Similiter & Spiritus sanctus non ad se, sed ad Patrem, & Filium relativè refertur, in eo quòd Spiritus Patris, & Filii prædicatur. Item cùm dicimus, Deus, non ad aliquid dicitur, sicut Pater ad Filium, vel Filius ad Patrem, vel Spiritus sanctus ad Patrem, & Filium: sed ad se specialiter Deus dicitur. Nam si de singulis personis interrogemur, Deum necesse est fateamur. Deus ergo Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus singulariter dicitur: nec tamen tres Dii, sed unus est Deus. Item & Pater omnipotens, & Filius omnipotens, & Spiritus sanctus omnipotens singulariter dicitur: nec tamen tres omnipotentes, sed unus omnipotens: sicut & unum lumen, unumque principium prædicatur. Singulariter ergo unaquæque persona unus Deus confitetur, & creditur una illis & indivisa atque æqualis Deitas, majestas sive potestas. Nec minoratur in singulis, sed augetur in tribus: quia nec minus aliquid habet, cùm unaquæque persona Deus singulariter dicitur: nec amplius, cum totæ tres personæ unus Deus enunciantur. Hæc ergo sancta Trinitas, quæ unus & verus est Deus, nec recedit à numero, nec capitur numero. In relatione enim personarum numerus cernitur, in divinitatis verò substantia, quid enumeratum sit, non comprehenditur. Ergo hoc solo numerum insinuant, quod ad invicem sunt: & in hoc, numero carent, quod in se sunt. Nam ita sanctæ huic Trinitati unum naturale convenit nomen, ut tribus personis non possit esse plurale. Ob hoc ergo credimus illud in sacris Literis dictum: Magnus Dominus noster, & magna virtus ejus, & sapientiæ ejus non est numerus. Nec quia tres has personas esse diximus unum Deum eundem esse Patrem, quem Filium: vel eum esse Filium, qui est Pater: aut eum, qui est Spiritus sanctus, vel Patrem, & Filium dicere poterimus. Non enim ipse est Pater, qui Filius: nec ipse Filius, qui Spiritus sanctus: nec Spiritus sanctus, ipse qui est vel Pater, vel Filius: cùm tamen ipsum sit Pater, quod Filius; ipsum Filius, quod Pater: ipsum Pater, & Filius, quod est & Spiritus sanctus, id est, naturâ unus Deus. Cùm enim dicimus, non ipsum esse Patrem, quem Filium, ad personarum distinctionem refertur: cùm autem dicimus, ipsum esse Patrem quod Filium, & ipsum Filium quod Patrem, ipsum Spiritum sanctum quod Patrem, & Filium, ad naturam quâ Deus

Quod definitum est adversus Elipandum in conc. Francoford.

Joan. 14.

Locus videtur ex Aug. super Psal. 68. serm. 1.

Psal. 146.

Deus est, vel substantiam pertinere monstratur, quia substantia unum sunt. Personas enim distinguimus, non deitatem separamus. Trinitatem igitur in personarum distinctione agnoscimus, unitatem propter naturam vel substantiam profitemur. Tria ergo ista unum sunt, natura scilicet, non persona: nec tamen istæ tres personæ æstimandæ sunt separabiles, cùm nulla ante aliam, nulla post aliam, nulla sine alia, vel extitisse, vel quidpiam operata esse aliquando ere-ditur. Inseparabiles enim inveniuntur & in eo quod sunt, & in eo quod faciunt: quia inter generantem Patrem & generatum filium, vel procedentem Spiritum sanctum, nullum fuisse credimus temporis intervallum, quo aut genitor genitum aliquando præcederet, aut genitus genitori deesset, aut procedens Spiritus Patre vel Filio posterior appareret. Ob hoc ergo inseparabilis & inconfusa hæc Trinitas à nobis & creditur, & prædicatur. Tres igitur personæ istæ dicuntur, juxta quod Majores definiunt, ut agnoscantur. Nam si attendamus illud, quod Scriptura sancta dicit de Sapientia, splendor est lucis æternæ: sicut splendorem luci videmus inseparabiliter inhærere, sic confitemur Filium à Patre separari non posse. Tres ergo illas unius atque inseparabilis naturæ personas, sicut non confundimus, ita separabiles nullâtenus prædicamus: quandoquidem hoc nobis dignata est ipsa Trinitas evidenter ostendere, ut etiam in omnibus quibus voluit singulatim personas agnosci, unam sine altera non permittat intelligi. Nec enim Pater absque Filio cognoscitur, nec sine Patre Filius invenitur. Relatio quippe ipsa vocabuli personalis, personas separari vetat. Quæ etiam non simul nominat, simul insinuat. Nemo enim audire potest unumquodque istorum nominum, in quo non intelligere cogatur & alterum. Cùm ergo hæc tria sint unum, & unum tria, est tamen unicuique personæ manens sua proprietas; Pater enim æternitatem habet sine nativitate, Filius æternitatem cum nativitate, Spiritus verò sanctus processionem sine nativitate. Sap. 7.

CONCILIUM RHEMENSE CONTRA GILBERTUM.

XVI. Hoc Concilium celebratum fuit Anno MCXLVIII. Præsidente Eugenio Papa III. Acta & Symbolum contra errores Gilberti cômodiùs producuntur Côtrov. 4. q. 2. a. 1. n. 174. ubi cum hæreticis assertionibus Gilberti, quæ ibidem proponuntur, ad infringenda argumenta Vasquez ad longum referenda videre licet.

XVII. Plura Concilia de Mysterio sanctissimæ Trinitatis ex Conciliorum Tomis, ubi omnia ad umbilicum reducta sunt, huc in apertum producere possem, sed quia sicut coincidunt quoad substantiam fidei; ita quoque ferè quoad confessionis Symbola, quorum faciem in allatis ceu speculo satis licet intueri: illud solùm restat hic advertendum me adduxisse ipsas fidei assertiones & decreta Patrum non ventilationes partium, quæ habitæ sunt in Conciliis, & quas adversarii, ut *Scoti* doctrinam de læsione hujus Mysterii suspectam reddant, veluti flosculos venditant pro fructibus, & ultimis Patrum sanctionibus producendo opiniones partis pro assertionibus fidei à toto Concilio & Romano Pontifice tandem definitis: quas cùm *Scotus* tam pugnaciter contra hæreticos & verbo & scripto propugnarit, & multi ex suæ scholæ asseclis proprium sanguinem pro hujus mysterii defensione effuderint; nemo, qui oculos habet, ut cum *Tertulliano* loquar, non videt, quam inani animadversionum strepitu illam aggressi fuerint: attamen mirum non est, aciem & visum obtundi à lucidissimæ doctrinæ radiis, quæ torvis & lippis inspecta fuit oculis. Quia verò qui hodie cæcutiens est, cras aciem melius ad videndum intendere potest; Hinc prædictam Scoti doctrinam de distinctione in hoc Mysterio diligentius relegendam, infra ob oculos pono.

DOCTRINA ET LITERA SCOTI DE Distinctione in divinis.

4. Eruditione ponderat. Doctor Subtilis 1. *Sentent.* D. 2. q. 7. admirabile illud sanctissimæ Trinitatis Mysterium aquilinis oculis & subtilissimo obtutu sublimius contemplans, ita supernaturalitatis celsitudinem ponderavit, ut non læderet fidem; ita altitudinis Majestatem expendit, ne tolleret illius credibilitatem; ita de illa pronunciavit, ut supernaturalitas esset supra lumen naturæ, ac pelagus omni infra Deum perspicacitate majus, non tamen contra evidentiam luminis naturalis: secundùm relationes scivit esse dictum: *In nomine Patris, & Filij, & Spiritus sancti, veniet autem Paracletus, quem mittet Pater in nomine meo, Quem ego mittam vobis à Patre,* &c. Hæc autem secundùm naturam dicta scivit, *Ego & Pater unum sumus. Philippe qui videt me, videt & Patrem meum. Omnia mihi tradita sunt à Patre meo. Ego in Patre, & Pater in me est.* Fide cognovit Mysterium hoc continere Trinitatem in Unitate, Unitatem in Trinitate, sanè unitatem in natura, Trinitatem in personis, diversitatem repugnare essentiæ, personis unitatem, nulli verò, salvis tot contradictoriis propositionibus, quæ de iis enunciabiles sunt, simplicitatem; hæc ob contra-

dictionis repugnantiam ante *Scotum*, & etiamnum multorum, qui extra scholam Scoti sunt, sive appellentur Thomistæ, sive Nominales, sive Neutrales, vel cujuscunque Principis scholæ asseclæ inveniantur, multorum loquam etsi eruditissimorum torquent ingenia Theologorum.

Distinctio Scoti inventum divinum. Scotus salvans in Unitate Trinitatem, in Trinitate Unitatem, in utroque simplicitatem dedit orbi litterario distinctionem non minùs solidam quàm subtilem, verè *inventum divinum*, non quod ex suo cudit ingenio, sed in Deo reperit, aliis hactenus evitandæ in Deo contradictionis repugnantiæ excogitatis, ut videbimus infra, præferendum.

Sed audiamus Doctorem, qui *loco cit. n. 41.*
5. post aliquot sepi. quæstionis partes §. *Sed hic restat ulterior difficultas, non enim intelligibile, quòd essentia non plurificetur, & supposita sint plura, nisi aliqua distinctio ponatur inter rationem essentiæ, & rationem suppositi: & ideo ad salvandum istam compossibilitatem prædictam, oportet videre de illa distinctione, Tunc* (nota modestiam Scoti, adverte castigatissimum & summè sobrium loquendi modum) *dico sine assertione, & præjudicio sententiæ melioris, quod ratio, quâ formaliter suppositum est incommunicabile, & ratio essentiæ, ut essentia, habent aliquam distinctionem præcedentem omnem actum intellectûs creati & increati.* Quod probat duobus argumentis, ac adducit Augustini auctoritates, moxque ait: *Secundò oportet videre qualis sit illa differentia, quæ ponitur præcedere omnem actum intellectûs*, infertque, *Ex his concluditur differentia hic intenta, quæ est immanifesta, nimirum quia minima est in suo ordine, id est, inter omnes, quæ præcedunt intellectionem*, paucisque interjectis, faciens amplius illius scrutinium quærit: *Sed nunquid hæc distinctio dicetur realis? Respondeo*, inquit, *non est propriè realis actualis, intelligendo, sicut communiter dicitur realis actualis illa, quæ est differentia rerum & in actu: quia in una persona non est aliqua differentia rerum propter simplicitatem divinam: & sicut non est realis actualis, ita non est realis potentialis: quia nihil est ibi in potentia, quod non est in actu. Potest autem vocari differentia rationis, sicut dicit Doctor quidam* (subaudi S. Bonaventuram in margine citatum, vel ut alii S. Thomam) *non quod ratio accipiatur pro differentiâ formatâ ab intellectu, sed ut ratio accipitur pro quidditate rei secundùm quod quidditas est objectum intellectus; vel alio modo potest vocari differentia virtualis: quia illud quod habet talem distinctionem in se, non habet rem & rem, sed est una res habens virtualiter, sive eminenter quasi duas realitates: quia utrique realitati, ut est in illa re competit illud proprium, quod inest tali realitati, ac si ipsa esset res distincta. Ita enim hæc realitas distinguit, & illa non distinguit, sicut si ista esset una res, & illa alia.*

Postea non contentus his, §. *in quinto gradu identitatis*; ultra identitatem realem, quam ab unitate unionis distinguit, & quòd in eâ identitate reali consistat simplicitas divina, tradit alium gradum unitatis & identitatis formalis, sicque ait: *in quinto est unitas simplicitatis, quæ est verè identitas: quidquid enim est ibi, est realiter idem cuilibet, & non tantùm est unum illi unitate unionis, sicut in aliis modis, ita adhuc ultra omnes est identitas formalis. Voco autem identitatem formalem, ubi illud, quod dicitur sic idem, includit illud, cui sic est idem, in ratione suâ formali, & per consequens per se primo modo.* Tunc amplius pergit, *in proposito autem, essentia non includit in ratione sua formali proprietatem suppositi, nec è converso; & ideo potest concedi quod ante omnem actum intellectûs est realitas essentiæ, quo est communicabilis, & realitas suppositi, quâ suppositum est incommunicabile. & ante actum intellectûs hæc realitas formaliter non est illa, vel non est eadem formaliter illi sicut priùs expositum est, quid est formaliter esse idem.*

Postea iteratâ interrogatione sciscitatur: *nunquid igitur debet concedi aliqua distinctio? Respondeo*, inquit, *meliùs est uti istâ negativâ, hoc non est formaliter idem, quàm hoc est sic & sic, distinctum.*

Sed nonnè sequitur A. & B. non sunt idem formaliter, ergo sunt formaliter distincta? Respondeo quòd non oportet sequi, quia formalitas in antecedente negatur, & in consequente affirmatur; puta, quia aliqua non sunt idem formaliter, & tamen non distinguuntur formaliter, ut gradus intrinsecus non est idem formaliter cum eo, cujus est & tamen non sequitur, ergo distinguuntur formaliter, vide quæ diximus *Tom 1.*

Ut porrò validissimè hanc non identitatem inculcaret, & ne quis putaret quod solùm distinctionem rationis ratiocinatæ probasset, confestim subjicit, *Breviter igitur dico, omittendo illa verba de distinctione rationis, & de distinctione virtuali: non quia sint malè dicta, sed quia non oportet eis uti*, fortè quia possent gignere confusionem suæ sententiæ cum sententia aliorum; vel quia posset una distinctio sumi pro alterâ, non enim asserendo hanc mediam, negavit Doctor distinctionem rationis ratiocinatæ, ait igitur: *Dico quòd in essentia divina ante actum intellectûs est entitas A, & est entitas B, & hæc non est formaliter illa, ita quòd intellectus paternus considerans A, & considerans B habet ex natura rei, unde ista compositio*, id est, propositio, *sit vera A non est formaliter B; non autem præcisè ex aliquo actu intellectûs circa A & B.* Ecce distinctio formalis inexistens objecto, etiam in ordine ad intellectum divinum qui non fallitur. Denique in eodem textu infra: *Est igitur identitas relationis ad absolutum in divinis.* Et post pauca verba: *Unum eorum non est de ratione formali alterius, sed extra eam, & per consequens non est idem formaliter alteri.* Et infert: *Et tamen ex hoc non sequitur simpliciter diversitas, vel non identitas realis.*

Distinct. 8. demum q. 1. agens de divina simplicitate prout opponitur compositioni ex partibus sive essentialibus, sive quantitativis, sive ex subjecto & formâ, eaque vel substantiali vel accidentali, & *q. 2.* de compositione creaturarum, *Scotus.*
& *q. 3.* utrum Deus sit in genere. & *q. 4* tandem inquirit dicens *Quartò quæro, utrum cum simplicitate Dei possit stare aliquo modo distinctio perfectionum essentialium, præcedens aliquo modo omnem actum intellectûs ad tollendam dubitationem? ad qua-*

quaestionem respondeo, & dico, quòd inter perfectiones essentiales non est tantùm differentia rationis, hoc est, diversorum modorum concipiendi idem objectum formale: talis enim distinctio est inter sapiens & sapientiam & nunquam major inter sapientiam & veritatem, nec est ibi tantùm distinctio objectorum formalium in intellectu, quia ut arguitum est prius, illa nunquam est in cognitione intuitivâ, nisi sit in objecto intuitivè cognito: est ergo ibi distinctio tertia praecedens intellectum omni modo: Et ne quis dicat, quod haec distinctio sit solum virtualis, mox subjungit: *& est ista, quòd sapientia est in re ex natura rei, & bonitas est in re ex natura rei, sapientia enim in re formaliter non est bonitas in re*, quod probat & infert; *est igitur aliqua non identitas formalis sapientiae & bonitatis, in quantum earum essent distincta definitiones, si essent definibiles; definitio autem non tantùm indicat rationem causatam ab intellectu, sed quidditatem rei, ergò non est identitas formalis ex parte rei*. Idque perfectius volens exprimere, dicit: *& intelligo sic quòd intellectus componens istam*: Sapientia non est bonitas formaliter, *non causat actu suo collativo veritatem istius compositionis, sed in objecto invenit extrema, ex quorum compositione fit actus verus*, & ne haec viderentur paradoxa, adjungit: *& istud argumentum de non formali identitate dixerunt antiqui Doctores ponentes in Divinis aliquam esse praedicationem veram per identitatem, quae tamen non esset formalis: ita concedo per identitatem veritatem esse bonitatem in re, non tamen formaliter veritatem esse bonitatem*.

Accidit huic textui ex primo Sententiarum alius ex *Quodlib. 5. §. circa tamen*, ubi relata sententia D. Thomae & Henrici, docentium paternitatem & spirationem solùm per rationem differre, idque sufficere, ut una de altera non praedicetur, ait: *aliter dicit alius*, id est, Varro, *& rationabilius, ut videtur, & ad propositum, quòd proprietates in eadem persona differant ex natura rei, praeter considerationem intellectus, quia ad hoc sufficit disparatio, licèt non sint opposita, & propter hoc praedicatio unius de altera in abstracto non est vera*; quomodo autem sit vera vel non vera, ut hic dicitur praedicatio unius de alio in abstracto, alibi.

Herrera, Lamorra, Sichen Scotum interpretantur

Ex hactenus allata litera, manifestè patet germanus Scoti sensus de distinctione sua formali, & media inter alias vulgares, quam ex ipsius Scoti fontibus deprompsam, tum veteres, tum etiam recentiores Scotistae unanimi & perpetuo consensu intrepidè invictèque propugnarunt, nec apud ullum ex nostris contrarium reperitur, exceptis pauculis, puta Herrera *Tom. 1. d. 8. q. 13. & d. 14. q. 1.* & Joanne Maria Lamorra *tit. 3. de Deo, q. 15. a. 3.* quibus adde Sichen *d. 3. Metaphysices a. 3. §. 1.* ubi huic, distinctionem rationis ratiocinatae in connotatis fundatae utverioiem saltem probabiliter in creatis substituit; nec mirum, quia hi Authores aliarum scholarum principiis imbuti, postmodum effecti in ordine Seraphico, nobiles & praestantissimi scholae nostrae proselyti, eruditionis suae monumenta typis celebrando, velut scribae docti de sapientiae suae thesauris pro diversitate haustae doctrinae, protulerunt nova & vetera, & sic placuit illis interpretari Scotum cum Josepho Augustino *1. parte S. Thom. q. 13. a. 5. §. 3. n. 44.* & cum aliis nonnullis antiquis, quos refert Gregorius Ariminensis *1. d. 8. q. 1. a. 5.* & Gilius *de Deo l. 2. Tract. 1.* quod non tenuerit distinctionem ex natura rei, ante intellectum actualem, eò quòd illam appellarit rationis, & virtualem, & quia nunquam dixit, eam esse actualem, imò nec esse propriè realem pronunciavit *loco supra cit. §. Respondeo, non est propriè realis, mox: potest autem vocari differentia virtualis*, &c. quasi verò non se satis explicuerit, quo sensu possit & non possit dici realis & actualis, & quid intelligat nomine rationis, cùm expressè addat, non oportere appellare illam *distinctionem rationis, aut virtualem*, & toties exprimat eam esse ante actum intellectûs, imò illos, qui illam resolvunt in meram distinctionem intellectûs, ibi quasi perstringendo conveniat dicens: *ad quid Doctores, qui tenent oppositam opinionem, implent tot quinternos ostendendo unum attributum ex alio, si non est inter ea nisi differentia relationum rationis*.

tantùr ex opinione antiquâ.

Quare Suarez *1. parte l. 1. de essentia Dei c. 10.* dicentem de sensu Scoti, *incertum esse, & verba illius ad meliorem sensum trahi posse*, &c. quasi melior sensus esset negare distinctionem formalem ex natura rei, & supponere illi distinctionem rationis, & *Vasquez* qui honori Scoti consuli existimat, si temperassent illum, non de actuali distinctione interpretantes, unde desiderat Scotum ab eo sensu liberare, si per scholam Scoti liceret: patet manifestè Scotum non legisse in proprio fonte, sicut enim non poterat modestius & castigatius loqui, ita nec clarius, quando introduxit hanc distinctionem, eamque *non virtualem, non rationis*, sed ante opus intellectûs, utpotè veritati propositionum in divinis ante omnem intellectûs operam independenter contradictoriarum necessariam pronunciavit.

CONTRO-

CONTROVERSIA PRIMA DE SIMPLICITATE DIVINA; ET

An sicut illi compositio, ita distinctio omnium minima earum, quæ sunt ante operam intellectûs, vulgò distinctio Scoti ex natura rei formalis, opponatur divinæ simplicitati.

SUMMARIUM.

1. *Qua observantia & usu accipiendum sit nomen simplicitatis in Deo. n. 7. & 25.*
2. *Resolvitur quid sit simplicitas divina: & ejus natura explicatur. n. 9. & seq.*
3. *Simplicitas Dei non est inimica distinctioni Scoti, sed compositioni, quod ex PP. fusè ostenditur art. 2. per tot.*
4. *Pluralitas formalitatum in Deo non inducit compositionem*, nec militat contra attributum simplicitatis divinæ. n. 34 & seq.
5. Quæ sint conditiones ad compositionem requisitæ. n. 35.
6. Specialiter convenitur & revincitur P. Coner à n. 36. usque ad 40.
7. *Doctrina Doctoris subtilis confertur cum doctrina Doctoris Angelici. art. 2 per tot.*
8. *Ratio Scotistarum, quâ à Deo compositionem arcent, validior est ratione Thomistarum, quæ robur suum mutuat à ratione Scotistarum. art. 3 per totum.*
9. Objectiones Thomistarum illustrant potiùs quàm impugnent sententiam Scoti. art 4. per tot.
10. Expenduntur argumenta & in Adversarios retunduntur. à n. 55. usque ad 60.
11. Eadem denique infringuntur & extinguuntur.

1. ACcipimus Dei simplicitatem in eo sensu quo illam asserterunt sancti Patres, & recta ratio asserere debet de Deo, nam si, ut Seneca Philosophus *l. 7 Natural. quæst. c. 30. ex Aristotele monet, nunquam nos verecundiores esse debere quàm cùm de Diis agitur. Si intramus templa compositi, si ad sacrificium accessuri vultum submittimus, togam adducimus, si in omne argumentum modestia fingimur, quanto hoc magis facere debemus cum de Deorum naturâ disputamus, ne quid temere, ne quid impudenter, aut ignorantes affirmemus, aut scientes mentiamur*, certè ita non licet Christiano Philosopho, cum de Deo agitur, hoc nomen simplicitatis ad alienam & spuriam detorquere significationem, [illegible] usurpari debet, non [illegible] ac pec[illegible] & nummis utimur proprio jam [illegible] & legali æstimatione de[illegible]um & [illegible] in forma quod adeo verum est, ut [illegible] significatio hujus nominis vigore consuetudinis & usu Patrum evaserit quasi naturalis. quare merito de nonnullis, quos infra convellemus, qui nomen simplicitatis, quam lumine naturali, nedum fidei certum est Deo convenire, confundunt cum identitate ac unitate cujuscunque non identitatis & pluralitatis exclusivæ, ut ex quavis distinctione, quantumvis omnium, quæ præcedunt intellectûs operam minima, deducant seu inferant compositionem, id Hilarii *de Trinitate* dici potest: *extiterunt enim plures, qui cœlestium verborum simplicitatem pro voluntatis suæ sensu, non pro veritatis ipsius absolutione susciperent aliter interpretantes, quàm dictorum virtus postularet.* & paulò inferius eosdem perstringens ait. *ita & imperitos*, puta lectores, *perdunt, & audientes*, puta discipulos, *fallunt*, dum naturas nominibus [illegible]munt, quia nomina non possunt auferre naturis; sed de his sit

Margin notes: Seneca. — Simplicitatis nomine non esse abutendum.

QUÆSTIO PRIMA.

An, & quid sit simplicitas divina?

SUMMARIUM.

1. Schola Doctoris Angelici & Subtilis duæ ... n. 8.
2. ... inter simplicitatem, Unitatem & ... n. 9.
3. ... quæstionum quæ de identitate & simplicitate fieri solent, ostendunt diversitatem quæstionis ibidem.
4. Deum esse simplicissimum fide tenetur, Patribus probatur, & rationibus stabilitur. à n. 10. usque ad 15.
5. Placitum P. Poncii expenditur & rejicitur. n. 13.
6. Simplicitas formaliter importat quid positivum connotans negationem. n. 10. usque ad 14.
7. Afferuntur argumenta in oppositum, & solidantur assertio. n. 14. & 15.
8. Simplicitatem Dei excludere distinctionem Scoti, nec probatur authoritate Patrum a. n. 17. usque ad 20, nec ostenditur evidentia rationis à n. 20. ad 25. usque.

8 DE divinæ simplicitatis perfectione, dum pertractant scholæ D. *Thomæ*, & *Scoti*, velut duæ acies castrorum contra se directæ, & calamis ac labiis ad pugnam congrediuntur: in eo conveniunt, Deum non obstante prædicatorum multiplicitate esse simplicissimum; sed ab eo ipso, in quo sunt convenientes, arma sua sumunt, ac in certamen abeunt, imò ruunt. Thomistæ siquidem cum suo Magistro non volunt ea prædicata distingui aliter, quam per rationem, non ratiocinantem quidem & sine fundamento, sed per eam, quam ratiocinatam vocant quæ habet fundamentum in re: Scotistæ verò cum suo Magistro econtra volunt illa multiplicia prædicata realiter quidem eadem, at formaliter sint in sua ratione formali diversa ante operationem intellectûs. Divus *Thomas* cum ... difficile censuit admittere prædicatorum diversitatem propter Dei simplicitatem; Scoto econtra studio tuendæ veritatis illorum, durum visum fuit excludere diversas formalitates, aut illa non reperiri in Deo secundùm proprias suas & distinctas rationes formales, omnia proinde Divi Thomæ argumenta fermè petuntur à Dei simplicitate; omnia Scoti ferè sumuntur à prædicatorum contradictoriorum multiplicitate. Sectatores Scoti sententiam ejus tuentur citra reprehensionem contrariæ, nullamque notam illi inurunt; asseclæ Divi Thomæ econtra non contenti, ut tueantur Magistrum, insuper perstrepunt in Scotum; Scotistæ adversariorum sententiam à censuris immunem & tutam esse sinunt, Illi econtra Scotistarum millepondus periculorum obnoxiam, ideoque centipedalium criminationum imposturis onustam esse volunt: quas etsi Scotistæ veluti paleam eventilent, quo jure tamen Thomistæ id velint, videamus.

Thomistæ ... ratem, Scotistæ verò ex natura rei formaliter distinguunt, idque à contradictoriorum multiplicitate.

ARTICULUS PRIMUS.

Resolvitur generaliter quæsitum, an & quid, &c.

NOn est quod prænotemus (nisi obiter ob mox dicenda) quod toto Tractatu ostendetur, discrimen scilicet inter *simplicitatem* græcè ἁπλότης nuncupata, quæ opponitur compositioni; ac *unitatem*, quæ dicitur ἕν, quæ opponitur multitudini, & *identitatem*, græcè ταὐτόν, quæ opponitur distinctioni, perindeque non esse confundendam simplicitatem cum identitate & unitate, esto subinde aliqui *Patres* declarent simplicitatem per exclusionem distinctionis seu multitudinis, quatenus nimirum loquuntur de distinctione constituentium, qualis est inter actum & potentiam, ex quibus non consurgit per identitatem sed per unionem; absolutè tamen aliud est simplicitas, aliud identitas, cùm apud multos simplicitas sit attributum negativum ... unitas positiva unitas plurium, & diversorum, quæ disparet in ... quæstionibus ostenditur aliud esse, quod aliquid sit ex multis rebus compositum, aliud autem esse, quid in se distinctum, & sanè si Sancti *Thomæ* asseclæ propriam suæ doctrinæ methodum oculatius expenderent, utpote qui cum Magistro suo S. *Thomâ in quæst. de simplicitate Dei, q. 3* primùm quærunt, utrum Deus sit corpus, aut compositus ex materia & forma, aut ex essentia aut persona, aut ex essentia & existentia, aut ex genere univoco propriéque dicto, & ex differentia, subjecto & accidentibus, aut ex partibus quantitativis, & omnibus hisce compositionibus negatis concludunt, Deum esse summè simplicem: deinde priùs separatâ quæstione inquirunt, an & quomodo attributa inter sese & ab essentia, & essentia à personalitatibus, & vicissim distinguantur, omninò palparent, quod aliud est esse compositum ex multis rebus, aliud habere in se distinctionem aliquam vel non identitatem. Ita simpliciter non est unitas idem, quod simplicitas, potest enim aliquid esse unum, & tamen non simplex, sicut dicitur in Symbolo Athanasii, *sicut anima rationalis & caro unus est homo, ita Deus & homo*

unus

unus [illegible] *stus*. Hac [illegible] in Summa *art. 28. q. 1. 5. Dionysium* [illegible] cit de cœlesti hierarchia Deum esse *μονάδα* & *ἑνάδα*, latinè sing[illegible]em seu unicitatem & unitatem, explica[illegible] Hugone Victorino *l.* [illegible] *Eruditionis Didas[calicæ]* [illegible] *19. omnes* inquit, *quæstiones de Dei simplicitate pertinent ad ejus unitatem, quæ duplex est, una singularitatis* [illegible] *quæ opponitur multitudini* *seu* [illegible] *tati, alia simp*[illegible]*, quæ opponitur mul*[illegible]*to seu composito ex pluri*[illegible], & exponens Dionysium, subd[it]: *Monas*, magis unitatem significat, quæ secundùm distinctionem dicitur *Enas* verò illam, quæ secundum simplicitatem vocatur, omne enim quod simplex est, unum est, non autem omne quod unum est, simplex est.

ASSERTIO.

Fide tenendum est Deum perfectissimè ac omnino simplicem esse; simplicitas autem illa Dei licet a nobis nonnisi per negationem explica[ri] queat, non tamen dicendum eam formaliter in negatione consistere; sed probabilius, quod importet de formali quid positivum connota[n]s talem negationem, sitque probabiliter quædam peculiaris Dei perfectio ab aliis Dei perfectionibus in eadem natura divina fundatis, distincta formaliter.

10. PRimum asserti definitur in Concilio Lateran. *cap. Firmiter* in quo decernitur *substantiam divinam esse indivisibilem, utpotè omninò simplicem*. Idipsum tenent omnes Doctores & Theologi cum universo sanctorum Patrum cœtu, quos infra copiosè *n. 17. usque ad 20.* adductos ad hoc propositum legere licet. Hîc sufficiat S. Augustinus *l. de Quantitate animæ c. 11.* (*Augustinus.*) omninò præponendum est, quod omninò dividi non potest, & omni compositione caret. & Anselmus *Monol. cap. 17. & de Incarnatione Verbi cap. 6. omne simplex* (*Anselmus.*) quà simplex est perfectius *composito*. Ratio hujus deducitur ex summa Dei perfectione. Deus est ens perfectissimum, utpote quo nullum cogitari fingique potest melius vel perfectius, ergo est simplex. Antecedens patet: consequentia tenet quia enti perfectissimo tribuendum est, quidquid perfectionem redolet sine imperfectione, ut S. Ambrosius *l. 1. de fide cap 7. quidquid religiosius sentiri* (*Ambrosius.*) *potest, quidquid præstantius ad decorem, quidquid* [illegible]*mius ad potestatem, hoc Deo intelligas convenire*; sed *natura simplex*, ait Bernardus *l. 5. de consideratione cap. 7. multiplici anteferrur*, ergo ut (*Bernardus.*) ibidem concludit, *non est compositus Deus, merum simplex est*. Idem habet *serm. 80. in Cant. Sola summa & increata Natura hunc sibi vendicat meram singularemque suæ essentiæ simplicitatem*. Plures rationes ad longum tùm generales, cùm et tam particulares ad probandam Dei simplicitatem, lege infra *n. 20. usque ad 24.*

11. Secundum asserti pronunciatum plus disputationis habet, tenetur tamen à S. *Bonaventura d. 8. a.* [illegible] *q.* [illegible] *ad primum. Scotus eâdem distinct. q. 1. n. 6. ad primum argumentum dico*. Smising. *Tract. 2. d. 2. n. 43.* & alii contra *Pontium* nostrum [in] Theologia *d. 3. q.* [illegible] *n. 14.* [C]um Maytonio *q. 7. & Aureolo quæst. 3. in eâdem distinct.* qui volunt cum aliis [sim]plic[it]atem forma[li]ter dicere neg[a]tion[e]m [illegible] ejus contrarium omninò exprimunt loca adducta SS. Patrum, ut patet illa serò considerantij; nam Patres loquuntur de simplicitate formaliter sumptâ, nam simpli[citas] fundamentaliter seu materialiter solùm intellecta, prout pro ipsa supponit natura, non negat, nec opponitur ex se magis compositioni & multiplicitati, quam aliis rationibus pugnan[ti]bus cum natura Dei, quæ est fundamentum simplicitatis: ergò ex judicio & mente SS. Patrum simplicitas est peculiaris Dei perfectio, quæ compositionem neget & multiplicitati repugnet, proinde est quid positivum; nam omnis negatio, ut docet Doctor subtilis, quæ necessariò repugnantiam importat, fundatur in aliquo positivo, quod repugnantiæ hujus principium est, nisi enim esset speciale hujus negationis principium, in natura tali distinctæ a[c]tionis ab eo quod est in aliis rebus non habentibus negationem illam, non necessa[rio] [illegible]s negatio conveniret ipsi: [sed] di[vina] simplicitas secum importat repugnantiam formalem oppositionis & multiplicitatis ergo [s]upponit pro aliquo positivo, quæ sit peculiaris Dei perfectio & hujus repugnantiæ principium.

(*Quid S. Patres de hoc?*)

Probatur secundò ratione ex *Scoto loc. cit.* simplicitas est perfectio simpliciter simplex; ergo non potest esse negatio, etiamsi per illam explicetur, & pro nunc aliter intelligi nequeat: antecedens patet, ex descriptione perfectionis simpliciter, quia simplicitas divina est melior ipsa quàm non ipsa, seu quàm compositio et opposita. consequentia probatur, quia omnis perfectio ut sic, in ente rato & positivo fundatur, non in negativo: ergo nulla negatio dici potest perfectio simpliciter. (*Secun[da] prob[atio].*)

Dices cum Maytonio *1. d. 24. q. 3.* non esse inconveniens dicere, quòd aliquæ negationes, quæ negant imperfectiones sint meliores in quolibet ipsæ, quàm non ipsæ: ergo in hoc sensu possunt dici perfectiones simpliciter negativæ, quia melius est imperfectiones non habere, quàm habere.

Contra primò, Scotus *1. d. 8. q. 7.* expresse tenet nullam negationem esse perfectionem simu-

[illegible], Secundo. Nulla perfectio est malig- [illegible] [illegible], sed negatio ex genere suo, est [illegible] naturæ: ergo implicat quod ne- [illegible] dici possit perfectio simpliciter, etsi enim [illegible] perfectionem, quia tamen formali- ter con[illegible] erata, non significat aliquod ens, nul- lam [illegible] dicit perfectionem, constat enim quam[illegible] earum in Deo absolutè spectato esse talem, ut verè & positivè sit melior ipsa quàm non ipsa in supposito entis.

Confirmatur: Infinitas & immensitas divi- na, etsi per negationem à nobis explicantur, de formali tamen censentur importare quid positivum, ergò idem judicium ferendum est de divina simplicitate. Consequentia patet à paritate, quia simplicitas divina, secundùm Scotum non secùs est modus intrinsecus Natu- ræ divinæ, quàm infinitas & immensitas, at- qui modus intrinsecus est quid positivum, quia spectat ad primum modum dicendi per se, esto non in [illegible] no gradu primi modi, quia inest in [illegible] one dicente *quid est* subjecti, puta in quiddi- tate adæquatè concepta, quod profectò non con[illegible] negationi.

Occ[illegible] hujus secundæ rationis speciali- [illegible] considerandа venit doctrina *Poncii di- sputatione tertia Cursus Theologici quæstione secun- da, conclusione prima, numero decimo quarto*, de divina simplicitate ita pronunciantis: *Nega- tio, quam dicit simplicitas natura cujuscunque, qua est simplex, præsupponit aliquid positivum, ad quod necessariò sequitur, non tamen distin- ctum formaliter ab ipsa natura. Hæc*, inquit, *mihi videtur extra controversiam*. Et mox in probatione, si esset simplicitas modus posi- tivus, vult illum necessariò sequi ac pullulare ab [illegible] natura, ac minimè æquè primò illi [illegible] ire, *quomodo quæcunque alia prædicata essentialia, quia aliàs non haberetur ullum ex principiis [illegible], quibus colligi possit distinctio for- malis aut modalis, ad probandum quod distin- guantur ab aliis prædicatis essentialibus propriis [illegible] natura*: quod verum est esse extra con- [illegible] versiam, sed quòd simplicitas de formali [illegible] negationem, imò quod amplius est, [illegible] negatio sit modus intrinsecus Essentiæ di- vinæ, sicut concedit in responso ad objectio- nem his verbis: *Respondeo negando consequen- tiam, quia posset dici modus intrinsecus, quate- nus diceret formaliter negationem, qua sequitur ex intrinseca ratione Essentia divina, cùm sit talis natura, ut exigat talem negationem, possit vocari modus istius essentia, quia est conditio aut modus ejus, quod habeat necessariò talem nega- tionem annexam*, tam parum est extra con- troversiam, quàm parum in ratione & au- ctoritate fundatum: si enim negatio, jam non est modus intrinsecus, prout Poncius di- sputatione tertia, numero primo de simplicita- te & aliis perfectionibus, quæ vocantur at- tri[illegible] Dei negat[illegible], expressè tradit dicens: illa [illegible] ptionem modi intrinseci datam à Scoto 1. *disputatione octava, quæstio- ne tertia. Ad primum principale*, quod sit, *qui non variat rationem rei, cujus est modus*, nec est, ut addit ibidem, *proprietas sequens ad ip- sam, atque talis modus*, ut supra, *est quid po- sitivum, & modificato intimior proprietatibus suis*, ut Doctor *Quodl. 5.* expressè, quia, ut mox *numero duodecimo* dictum, extenditur ad pri- mum modum dicendi per se, esto non in gra- du primi modi, quomodo igitur hic Author *disputatione tertia, quæstione secunda, numero deci- mo quarto*, sibi constat ponendo simplicitatem in negatione, quæ nequit esse de adæquato conceptu modificati, quod tamen omnes Sco- tistæ cum suo tenent Magistro, de modis in- trinsecis; nec videtur verisimile *Poncium* contra propria sua principia velle dari negationes ine- xistentes subjecto, quæ non sint distinctæ ab ente positivo: vel enim hujusmodi negatio non esset distincta ab ente positivo, quod per illam negatur; vel ab ente positivo, cui à parte rei ine- xistit negatio, quomodo v.g. negatio leonis in hac opinione esset ipse homo, prout dicit in- compossibilitatem ingibilitatis [illegible]: *non pri- mum*, quia sic simplicitas Naturæ divinæ in re- cto esset compositio negata; cum Deo realiter identificata, quod malè sonat in viri *Scotis*: dein- de compositio negata quoad formalitatem, est negatio compositionis, quæ cùm sit malignan- tis naturæ, negat & destruit illam, quomodo tunc erit ipsum, quod destruit, consequenter quomodo talis compositio negata erit realiter identificata naturæ divinæ? nunquid non ens est realiter ens? *non secundum*, quia tunc divina simplicitas esset ipse Deus in recto, consequen- ter falsò diceretur à *Poncio supra*, primò quòd es- set modus intrinsecus Dei, secundò, quòd illa præsupponeret aliquod positivum, ad quod ne- cessariò sequeretur, Deo enim nihil præsuppo- nitur. Plura alia de his consultò hic prætereo, cùm non sit hujus loci agere de negationibus.

Addidi in assertione, *connotant talem negatio- nem*, per illam siquidem explicamus simplicita- tis naturam, quomodo per indivisionem à se & divisionem ab alio, explicamus unitatem, quia scilicet unitas ex consequenti indivisionem à se, & divisionem dicit à quolibet alio, quocum ta- men stat, esse quoddam positivum respectu en- titatis, cujus est unitas, ita simplicitas ex conse- quenti dicit negationem compositionis, ultra illam tamen dicit aliquid positivum respectu en- titatis cujus est, quod positivum est principium negationis, cùm per illud convenit illi negatio & repugnet affirmatio compositionis.

Denique tertiò probatur assertio, solvendo argumenta pro adversantium opinione à no- stro *Poncio* allata, neque ulla est, aut suppetit, q[illegible] contrarium evincat, *primò non illa*, quod sufficiat ipsamet Natura divina ad fundandum negationem illam, adeoque frustra poni aliam formalitatem distinctam ad eam ponendam, nam, *ut supra*, ipsamet Natura divina de se & absolutè est tantùm ratio essendi ens perfectis- simum, quod ex se non opponitur magis com- positioni & multiplicitati, quàm aliis quibus- cunque [illegible] repugnantibus, simplici as ve [illegible] est [illegible] [illegible] dicatum Naturæ divinæ, & SS. Patribus assertum, velut proximior ratio repu- 14.

gnantiæ ad comp[illegible] [illegible] tali ratione opponitur ac repu[illegible] [illegible]positioni, ergo ex ipso quod si[illegible] [illegible]s fundamentaliter & materialiter eu ip[illegible] Natura divina ex se non oppunantur ma[illegible]s c[illegible]tiom, qu[illegible] al is sibi repugna[illegible] ibus, & q[illegible] o[illegible]t constare de natura mad[illegible]q iaté cō-cepta, [illegible] re d ibi[illegible]m esse, an dicat r[illegible] ugnantiam [illegible] co npositionem n[illegible]c ne, quo pa[illegible]o apud omnes s[illegible]nper inconfesso fuit, v. g. humanam naturam in [illegible] consi[illegible]tere, quod est, esse a-ni[illegible] rati[illegible] nale, [illegible] hunc habuerunt veteres Philosophi, [illegible] homo componatur ex materia & forma, ut testatur Philosoph[illegible] in Primo *Naturalis auscultationis*, & *Primo Metaphysice secundo*, & modò [illegible] physica homini compo[illegible] tione constat [illegible] d Metaphysica diffinitum est, [illegible] an genus & [illegible] enim solum virtualiter aut formaliter ex n[illegible]ra rei distincta componant, mox itaque c[illegible] [illegible]tur simplicitatem formaliter sumptam [illegible] illa [illegible] dicere specialem positivum, quod & si p[illegible] [illegible]pium proximum & immediatum i[illegible]ius negationis, talem specialem repugnantiam involveuts, & quòd omne dubium de simplicitate divina statim dispellat.

15. Similiter imbellis est secunda ratio *Poncii*, quòd natura quælibet composita ex [illegible] ipsa habeat, quod sit composita, & non à formalitate aliqua superaddita, ergo naturâ simplex talis est sine superaddita aliqua entitate, simplicitatis imbellis, inquam, & nondum probato innixa supposito, quòd compositiò non importet modum superadditum, quia ut *Smising libro primo, numero quadragesimo quarto* verè importat modum, seu talem rationem entitatis, quæ composita dicitur, ut secundùm illam sibi vendicet actum & potentiam, seu partes invicem congeneo sibi ordine adunatas; entitas compositi enim, & partes habet constituentes, & ordinem entitatis constitutæ ad partes, & part[illegible] ad totum; isque ordo est modus intrin[illegible]ecus tam in toto, quàm in partibus, consequens totalem

[illegible] [illegible] *Fr[illegible]* [illegible]

D[illegible]um itaque eadem a[illegible] [illegible]strum, quòd simpli[illegible]tas importet [illegible] o-nem entis, secundùm qua[illegible] [illegible] dicat sibi illud ens indivisionem [illegible] & actum, seu negationem componib[illegible] [illegible]lis ratio seu talitas entis est modus [illegible]us qui dicitur simplicitas.

His addo magnum chaos esse inter cœlum & terram, nam esto verum esset, quod[illegible] compositio in creatis non addat aliqu[illegible]m entit[illegible]n aut modum intrinsecum quidditati com[illegible]tæ, non sequitur inde [illegible] ergo nec simpl[illegible] itas, quidditati divinæ, compositio enim imperfectionis est, & quæ magis compo[illegible] [illegible]un[illegible] minus pe fecta, ut pat[illegible] [illegible] homine respe[illegible]u Angeli, simplicitas verò p[illegible] [illegible]hosi[illegible] [illegible]ne quæ consistit in p[illegible] sitivo, loquendo de si[illegible] [illegible] quæ refugit [illegible]mpositionem & compo[illegible]bil[illegible]em, ut excludamus simplicitatem [illegible] quæ no[illegible] ad rem, [illegible], simplicium actuabilium, quæ [illegible] am imperf[illegible] ionem dicit, quails est in p[illegible]s p[illegible] metaphysicis, qua si [illegible] sta[illegible] or est ip a compositio, ut [illegible] [illegible]ct in plures partes adunatas & [illegible]tas [illegible] importans substantiam compleram & [illegible]vam per modum principii totalis unde D[illegible] *loc. cit. §. ad primum argumentum dico*, ait [illegible] quòd omnis creatura simplex [illegible] [illegible]ior creatura non simplici, ou[illegible] tali[illegible] [illegible]icitas non est simplicitet perfectionis, alias melior [illegible] set res habens ipsam quatu non habens & [illegible] materia prima, & à fortiori, anima r[illegible] [illegible] esset perfectior homine: [illegible]plic[illegible] quæ est perfectio simpliciter [illegible] [illegible] na-turæ particulari actuabilium & [illegible], non esset tamen illi perf[illegible]io, [illegible] sequ[illegible]c talis naturæ esset perfec[illegible]ior re [illegible]acunq[illegible] non simplici: sicut canis non esset [illegible] nis perfectus, si esset sapie[illegible], quia re[illegible] [illegible] apiétia. Videat Doctoré *loc. cit.* qui[illegible] ura desiderat.

ARTICULUS SECUNDUS.

An simplicitas Deo debita & articulo superiori generatim descripta abjiciat, & dicat Scoti distinctionem naturæ suæ inimicam?

16. Distinctionem ex natura rei omnium minimam, quam Scotistæ simplicitati divinæ aiunt esse, validissimis ostendunt rationibus, omnibus viribus Thomistæ inimicam esse volunt. Hinc magnâ vi Scoto opponunt Sanctos Patres, nos illis vices rependamus, ac in quo [illegible]nsu sancti Patres acceper[illegible] simplicitatem Dei ostendend[illegible], palam [illegible]aciamus omnia quæ contra distin[illegible] [illegible]em Scoti ex SS. Patribus congesserunt, non officere, sed [illegible]mare illam, pro quo sit

§. I.

§. I.

ASSERTIO.

Simplicitas Deo debita, si authoritas Patrum spectetur, nullatenus excludit distinctionem ex natura rei formalem inter attributa & essentiam, inter essentiam & personalitates, nec attributorum inter se.

17. PRobatur, quia sancti Patres in exponenda divina simplicitate, opponunt illam compositioni ex pluribus rebus, & aliquando separabilitati & mutabilitati, & quidem multi ex iis, qui senserunt Angelos esse compositos ex materia & forma, unicè ex hoc principio senserunt, quia judicabant, si eâ compositione carerent, simplices & actus puros fore, & in hoc similes ipsi Deo, consequenter judicabánt, præter compositionem nihil esse, quod pertineret ad simplicitatem Dei destruendam. Patres verò qui ideo statuêrunt, Angelos esse compositos ex materia & forma, magno numero adducit Macedo 1. *Sentent. coll.* 3. *ff.* 2. *sect.* 4. *Origenes. Cæsarius.* Primus est Origenes *libro* 1. *periarch.* Cæsarius 1. *Dialogo qui habetur* 2. *Tomo* Gregorii *Cretensis.* Nazianzeni fratris sui. Elias Cretensis *in prima* *Tertullianus.* *Oratione Nazianzeni.* Tertullianus *libro* 2. *con-* *Hilarius.* *tra Marcio.* Hilarius *cap.* 5. *in Matthæum*, ubi omnia creata vult in substantia esse corporea. *Cassianus* Cassianus *coll.* 7. *cap.* 13. Augustinus *libro* *Augustin.* 3. *de Genesi ad litt. cap* 10. & *libro de Trinitate*, & *libro* 11. *de Civitate capite* 23. dæmonibus corpora tribuit. *Epistola* 3. & 15. & *in Psal.* 85. & 145. Angelis assignat æterea & sub- *Bernardus.* tilia corpora. Sanctus Bernardus *libro* 5. *de Consi-* *Rupertus.* *derat.* & Rupertus Abbas *cap.* 11. & quod amplius est septima Synodus Universalis ita visa est sentire. Nam cum Therasio Alexandro Patriarcha Præside probat sententiam Joannis Thessalonicensis Episcopi, Angelos corpo- *Cajetan.* reos esse affirmantis. Ex recentioribus *Cajeta-* *Eugubinus.* *nus in caput secundum Epistolæ ad Ephesios. Eugubinus libro* 8. *de perenni philosophia cap.* 27. dæmones componi ex materia & forma asserit. In hac *Vives.* sententia fuit *Michael Psellus* de dæmonibus, & *Ludovicus Vives* de Angelis Comment. in libro 15. de civitate cap. 23. sancti Augustini, ex eodem principio hanc eandem opinionem de Angelis, novissimè vir eximiæ eruditionis *Au-* *Lazari.* *tonius Lazari* Provinciæ Bosnæ Croatiæ Minorum Observantiæ Regularis Custos actualis me præsente, & in hanc rem disputante, Labaci in Carniolia Metropoli cum plausu de- *Alensis.* fendit. In hanc sententiam noster Alensis 1. *partis, quæstione* 20. *m.* 2. §. 1. Item sanctus *Bonaventura.* Bonaventura 2. *d.* 3. *p.* 3. *q.* 2. Richardus *Richardus.* *articulo* 2. *quæstione* 2. in Angelis constituerunt compositionem quandam ex certa materia potentiali, ex certa forma actuante illam, de qua non constaret, an conveniat univocè *Henricus.* cum nostra sublunari, vel non; *Henricus* *Tertius secundus R. P. Stumelij.*

demum *Quodlibeto quinto, quæstione vigesima sexta* tradit, Angelos etsi careant materia & forma, ex potentia tamen & actu constare, nimirum ne natura simplices essent, ac Deo simplici in simplicitate similes. Ex quibus manifestum evadit Patres & Scholasticos in exponenda simplicitate Dei illam opponere compositioni ex pluribus rebus factæ, adeoque simplicitatem probare per exclusionem compositionis, quia aliàs non esset rationabilis illatio, quòd eâ exclusâ seu negatâ compositione in Angelis, esse Angelos simplices seu similes Deo in simplicitate evasuros, ergo per negationem non compositionis simplicitati oppositam Patres comprobarunt soli Deo debitam esse simplicitatem, ac propter compositionem omni creaturæ indebitam.

Confirmatur argumentum ex *Divo Thoma*, *Thomas.* 18. qui *prima parte, quæstione quinquagesima, articulo secundo* inquirens, num Angeli sint compositi ex *An Angeli sint actus puri.* materia & forma, ita pro tertio argumento scribit: *Forma est actus, quod ergo est forma tantùm, est actus purus, sed Angelus non est actus purus (hoc enim solius Dei est:) ergo non est forma tantùm, sed habet formam in materia*, & respondet *ad tertium: dicendum, quòd licet in Angelo non sit compositio materiæ & formæ, est tamen in eo actus & potentia*, ecce hic expressè *sanctus Thomas* ad excludendam ab Angelo puritatem & simplicitatem Dei recurrit ad compositionem ex actu & potentia, & dicta magis probans subjungit: *quod quidem manifestum esse potest ex consideratione rerum materialium, in quibus invenitur duplex compositio. Prima quidem forma & materia, ex quibus constituitur natura aliqua; natura autem sic composita non est suum esse, sed esse est actus ejus, unde ipsa natura comparatur ad suum esse sicut potentia ad actum, subtractâ ergo materiâ, & posito quòd ipsa forma subsistat non in materia, adhuc remanet comparatio ad ipsum esse, ut potentia ad actum. Et talis compositio intelligenda est in Angelis, & hoc est, quod à quibusdam dicitur, quòd Angelus est compositus, ex quo est, & quod est, vel ex esse, & quod est, ut Boetius dicit: nam quod est, est ipsa forma subsistens, ipsum autem esse, est quo substantia est; sicut cursus est, quo currens currit; sed in Deo non est aliud esse, & quod est, ut supra ostensum est, unde solus Deus est actus purus.* His sancti Thomæ dictis omninò consonant illa Augustini *l.* 11. *de Trinit. c.* 10. Ideo simplex dicitur, quoniam quod ha-

habet, hoc eſt, ſicut dicitur vivens habendo vitam, & eadem vita ipſe eſt. Propter hoc igitur Natura dicitur ſimplex, cui non aliud ſit habens, aliud quod habet. Et *libro 6. capite 6.* poſtquam dixiſſet, *ſi autem quæritur, quomodo ſimplex ſit illa ſubſtantia*, puta Dei, animadvertendum eſt primò, *creatura quare ſit multiplex, nullo autem modo verè ſimplex*, & diſquirens per univerſi hujus creaturas tam ſpirituales, quàm corporales, ac inveniens in omnibus his compoſitionem ex rebus ſeparabilibus, de quavis creatura ſic concludit: *Manifeſtum eſt non ſimplicem, ſed multiplicem eſſe naturam, nihil enim mutabile eſt; omnis autem creatura mutabilis*: itaque ambo ſancti Doctores compoſitionem opponunt ſimplicitati, ſive illa ſit ex materia & forma, ſive ex potentia & actu, cùm ad excludendam ſimplicitatem ſufficiat tale eſſe, quod ſit potentiale ad eſſe id, quod eſt, ſeu quod ſit compoſitum ex quo eſt, & quod eſt, & aliud ſit habens, & aliud quod habet, ut ait *Auguſtinus*. Patet ergo Patres in exponenda ſimplicitate Dei illam opponere compoſitioni, & mutabilitati creaturarum, quod ultrò ex adverſariis fatetur Ruiz *de Trinitate d. 11. ſectione 5. num. 9.* dicens: Patres paulò inferius citandi & citati *d. 8. ſect. 7.* quando comparant Dei ſubſtantiam ſive cum attributis, ſive cum relationibus aut perſonalitatibus ad ſummam Dei ſimplicitatem pertinere dicunt, ut habens, & id, quod habetur, ſit realiter unum & idem; & mox *num. 10.* iidem Patres notant ad ſummam Dei ſimplicitatem pertinere, quòd Deus non participet ullam perfectionem ab aliqua entitate realiter diſtincta, ſed à ſeipſa, & meritò, nam ſi illud eſſe quod habet compoſitum, non penderet ab alio, ipſum eſſet ſuum eſſe, atque adeò actus purus ſicut eſt Deus; cùm igitur creatura non eſt à ſe, ſed à Deo, certè eſt in potentia ad ſuum illud eſſe quod habet, ecce in confeſſo eſt quòd ſit recurrendum ad compoſitionem, ne videatur omninò eſſe ſimplex, ac proindè Deus.

Ruiz ſubſcribit Scotiſtis.

§. II.

Patres qui ad ſalvandam ſimplicitatem unicè excludunt compoſitionem.

19. Sed adducamus Patres, qui ad ſalvandam Dei ſimplicitatem diſertis verbis & unicè removent ab eo compoſitionem. Sanctus Irenæus *l. 2. adverſus hæreſ. cap. 16.* *Deus ſimplex eſt, non compoſitus.* Juſtinus Martyr, aut quiſquis author *qq. & Reſponſionum exiſtit q. 129.* inquit, *nam qui neminem habet, qui ſe fecit, & compoſuit, neque factus eſt, neque compoſitus*: & mox ſubinfert: *propterea in Deo quidem dicimus æternam eſſe coexiſtentiam, non autem compoſitionem.* Sanctus

Irenæus.

Juſtinus.

Hilarius *l. 7. de Trinitate: non humano modo compoſitus eſt Deus, non eſt compoſitus Deus, qui vita eſt, neque qui virtus eſt, ex infirmis continetur*, & iterum *lib. 8. de Trinitate, non humano modo compoſitus eſt Deus, ut in eo aliud ſit, quod ab eo habetur, aliud ſit ipſe qui habeat, ſed totum quod eſt, vita eſt, natura perfecta & abſoluta & infinita, & non ex diſparibus conſtituta, id eſt, ex partibus diſtinctis*, quemadmodum natura creata. Sanctus Cyrillus Alexandrinus *in Dial. 1. de Trinitate. Deus ſimplex eſt, neque compoſitus omninò, at corporea omnis natura ex partibus quibusdam componitur.* & iterùm *lib. 3. Theſaur. cap. 2. Deum appellat ſimpliciſſimum, atque incompoſitum.* & *l. 14. c. 1. ſimpliciſſimum & ab omni compoſitione remotiſſimum.* & *lib. 7. de Trinitate, ſimplex & incompoſita eſt divina natura.* Sanctus Baſilius *libro 1. contra Eunomium* ſic ait: *indiviſibile & ſimplex cùm idem ſint, indiviſibile enim eſt, quod ex partibus non componitur, pariter ſimplex eſt, quod ex pluribus non conſtat*, & ſic concludit: *ſimplex omninò Deus eſt, & incompoſitus, & penitus liber ab omni compoſitione.* Item *libro 2. contra Eunomium; quomodo non incompoſitus eſt, qui ſecundùm ſubſtantiam ſimplex eſt.* Sanctus Ambroſius *libro 1. de fide Trinit. cap. 7. Deus naturæ ſimplicis eſt non conjunctæ, neque compoſitæ, cui nihil accidit, ſed ſolum quod divinum eſt in natura habet ſua.* Sanctus Damaſcenus *lib. 1. de fide cap. 4. Deum, ait, non habere differentiam ſubſtantialem, eò quòd ſimpliciſſimus ſit, differentia autem in compoſitis ſolum invenitur.* Item *cap. 12. Deus ſimplex eſt & incompoſitus.* Rupertus Abbas *lib. 1. in Exodum cap. 14. Deus eſt ens ſimplex vel incompoſitum.* Vigilius Epiſcopus Tridentinus de Chriſto & fide ſanctiſſimæ Trinitatis. *nunquid diverſitate virtutum compoſitus erit? nequaquàm.* Sanctus Bernardus *lib. 5. de conſiderat. non eſt compoſitus Deus, merum ſimplex eſt.* Albertus Magnus *in Summa. Tract. 4. quæſt. 20. num 4. Vita, quæ eſt actus ſimplex non poſſet prædicari ſubſtantialiter de Deo ſi compoſitum eſſet, &c. componentia enim infirma ſunt.* Richardus Victorinus *libro 2. de Trinitate cap. 17. quod ex pluribus compoſitum eſt, naturaliter diviſibile eſt, & quod naturaliter eſt diviſibile, naturaliter eſt commutabile, & ubi eſt commutabilitas, non poteſt eſſe æternitas, & ſic nec vera felicitas, ſed in bono, quod univerſaliter perfectum eſt, nihil horum deeſſe poteſt.*

Hilarius.

Cyrillus Alexand.

Baſilius.

Ambroſius.

Damaſcenus.

Rupertus.

Vigilius.

Bernardus.

Albertus M.

Richardus Vict.

Jam dicant nobis Adverſarii, cur ſancti Patres tam potenter & unanimi conſenſu recurrant ad compoſitionis excluſionem, ut nos doceant Dei ſimplicitatem? ſanè non aliam ob cauſam, quia compoſitio ſimplicitati inimica eſt, non diſtinctio illa quæ compoſitionem omnem excludit, proinde nec ſummæ Dei ſimplicitati quidquam detrahit. Sed videamus num illam excludat ſimplicitas Deo debita, quatenus fundatur & probatur ex lumine fidei & naturæ.

ASSERTIO.

Simplicitas Deo debita, si spectemus rationis evidentiam, quâ illam probant de Deo Scholastici, minimè excludit distinctionem Scoti ex natura rei formalem inter essentiam & attributa, inter essentiam & relationes, neque attributorum inter se.

[illegible] simplicitate Dei, non ex- [illegible] Scoti

PRobatur: Doctores Classici, vel absolutè de Deo demonstrant simplicitatem rationibus evidenter [illegible] ibus, vel demonstrant illam cum [illegible] creaturarum, ut soli Deo propriam [illegible] non posse aliquid aliud præter Deum [illegible] sibi vendicare; atqui quascumque probationum rationes pro ea proferunt, per solam concludunt compositionem [illegible] neque in minimo nostram redolent distinctionem: ergo spectando rationis evidentiam, quâ Dei probatur simplicitas, non attingitur distinctio Scoti ut inductiva compositionis. min. prob. ex statim afferendis Doctorum rationibus tum generalibus, tum particularibus, ut ne eluxato quidem intellectu, nemo unquam compositionem detorquere [illegible] sit in nostram distinctionem formalem, ut [illegible] quæ stat cum Dei primitate, stat cum Dei æternitate, stat cum reali identitate: & denique cum summa ejus actualitate; futiliter [illegible] tur ex illa compositionis aut compossibilitatis [illegible] turam [illegible] e voluerunt. Sed progrediamur ad rationes, quibus eam soli Deo propriam esse concludunt, potissimum in sequentibus constituunt.

§. I.

PLerique Thomistarum cum S. Thoma, *1. part quæst 3 art 4. & quæst 50 art. 2. & lib. 2. contra gentes cap. 49.* recurrunt ad medium à compositione desumptum, ideo illam excludendo à creaturis, quia omnis creatura sit ex actu & potentia composita, vel ex participante, & participato, vel ut in cam scholasticis subtilis: quia [illegible] creatura [illegible] composita vel

Primò ex positivis, ut ex materia & forma, aut ex genere & differentia, aut ex natura & subsistentia, dato, quòd hæc consistat in positivo, aut ex subjecto & accidente; vel est compossibilis cum alio positivo, ut materia cum forma, & vicissim forma cum materia, quod argumentum coincidit cum illo a [illegible] proponi solito: omnis creatura aut est substantia, aut accidens; si accidens, exigit recipi, consequenter compositioni cum subjecto: si est substantia, vel est constituta ex partibus [illegible] ter [illegible] stinctis, vel non: si primum, propriissimè erit composita, & minimè simplex: si secundum, aut erit completa substantia [illegible], aut incompleta. si incompleta, exigit [illegible] parte compleri ad faciendum co [illegible], quomodo [illegible] materia pri [illegible] & sicut [illegible] si de [illegible] que completa, poterit in se recipere accidens, consequenter componit cum accidente compositum per accidens, quia omnis creatura, etiam perfectissimè spiritualis, est in potentia ad recipiendas novas perfectiones accidentales, respectu quarum est componibilis ex sua natura creata & perfectibilis, igitur nulla creatura est simplex & pura, cùm semper sit apta ad certas novas formas, quæ ei possunt advenire, quomodo non est lux pura, quæ caret aliquo gradu lucis.

Secundò; Vel omnis creatura est composita vel componibilis, non ex te & positivis sed ex te positiva & privatione, & hanc compositionem dupliciter explicant: *primò*, quia omnis creatura caret aliquâ perfectione, quam in aliis creaturis relucere conspicimus, ut, verbi gratia, quanquam homo totius universi compendium & μικρόκοσμος sit, quia habet esse cum lapidibus, vivere cum plantis, sentire cum animalibus, intelligere cum Angelis, & propterea ut S. Gregorius *homilia 29. in Evangel.* in verba Christi, *prædicate omni creaturæ*: sit quasi omnis creatura; attamen certum est, quòd careat multis aliarum creaturarum perfectionibus, etiam homo omni modo perfectissimus, intellige tamen secundùm gradum entis, quia talium perfectionum non capax est ut homo, vel quâ tale ens, sed ut ens est, quod est quasi potentiale ad omnem perfectionem, quæ natæ sunt competere enti in se, quomodo, ut ait *Scotus*, talpa dicitur cæca, seu habere privationem visus, nempe privationem secundùm genus, quia nata est habere visum secundùm rationem animalis, non secundùm rationem talpæ, juxta Philosophum *5 Metaph. cap. de privatione*; ita quælibet creatura secundùm transcendentem entis capacitatem potest dici privata perfectione alterius entis crean, & sic componi cum illâ privatione alterius perfectionis. *Secundò* explicant, quia constat omnem creaturam involvere actum & potentiam objectivam, id est entitatem actualem, & non repugnantiam ad non esse, nihil enim est creatum, quod non possit redire in momento in nihilum sui, cùm tesi lvatur in ens infinitum, tanquam principium sui esse, indubie potest ab illo accipere esse, & non accipere, nihil enim præter Deum est ens necessarium: ergò à primo ad ultimum, rationes naturales quibus probatur simplicitas soli Deo debita, innituntur fundamento compositionis vel componibilitatis absque insimulatione nostræ distinctionis formalis.

§. II.

22. *Probatur absolute sine respectu ad creatura.* RAtiones quæ [illegible] absolutè sine respectu ad creatura [illegible] simplicitatem de Deo comprobant, sunt etiam [illegible] multiplici differentiæ, aliæ sunt generales, aliæ particulares: generales potissimum sunt [illegible] & prima sumitur ex ratione *primæ causæ*. Prima causa nullam [illegible] causam habere potest; sed omne compositum habet causam, quæ partes conjungat & uniat, quæ enim [illegible] diversa sunt in aliquod unum non conveniunt nisi per aliquam causam adunantem: ergo Deus, cùm sit prima causa non est compositus. *Secunda* est priori valdè affinis, desumpta *ab intrinseca Dei æternitate*: omne compositum præsupponit [illegible] item prioritate naturæ partes quibus constituitur, partes enim conveniunt ad constitutionem totius, suntque velut ipsius causa, causa vero saltem instanti naturæ præcedit suum effectum, consequenter partes constituentes compositum, debent esse composito priores: atqui nihil est Deo naturâ prius, ergo neque compositus. *Tertia* ratio [illegible] ut *ex identitate Dei*: in omni composito sunt partes, quæ non sunt ipsum compositum, verbigratia, nulla pars hominis est homo, [illegible] Christus quà homo compositus ex corpore & anima non fuisset mortuus, cùm partes componentes manserunt unitæ verbo; [illegible] nihil est in Deo quod non est Deus, ergo non est compositus. *Quarta* desumitur *à Dei infinitate*: Si Deus esset compositus, esset vel ex partibus finitæ perfectionis, vel infinitæ. non ex partibus finitis, quia plura finitæ perfectionis non possunt efficere aliquod infinitè perfectum, sed quoddam finitum determinatæ perfectionis proportionatæ ad determinatam partium perfectionem, ita ut totum tantum sit perfectius partibus seorsim sumptis, quantum finitæ perfectionis una pars alteri superaddit, & nisi hoc dicatur, frustra fieret compositio, quandoquidem [illegible] pars absque consortio alterius tam perfecta foret, quàm ipsum totum non etiam ex pluribus partibus infinitis, quia, ut statim, cùm compositum sit perfectius qualibet suâ parte seorsim sumpta, sequeretur unum infinitum intensivè esse perfectius altero, etiam intensivè infinito, cum unum aliud excederet, consequenter non involveret omnem perfectionem, nempè illam in qua excederetur, proinde infinitum esset finitum, quod implicat, consequenter & compositio in Deo, ubi sunt omnia infinita: igitur ex Dei infinitate concluditur [illegible] illum esse incompositum & summè simplicem. *Quinta* desumitur *ex summa Dei actualitate, essendi necessitate*, eo quod [illegible] contra rationem [illegible] esse quod non sit in omni [illegible] actualitate omnem excludente potentialitatem [illegible] ita necessitatem [illegible] actualitatem, quia [illegible] potest cum ea est consequenter alter [illegible] per aliam [illegible] inter se invicem ut compo[illegible] potentiarium, pars siquidem quæ [illegible] naretur & actuaretur ab altera non [illegible] sua ultima actualitate, sed in potentia ad alteram ordinata scilicet ad eam ut compars ejus. Ad hæc certum est, quòd Deus non sit componibilis ex partibus quarum unum [illegible] necesse [illegible] & reliquum vel utrumque possibile, nec est componibilis ex partibus, quarum utraque est necesse esse, quia essent plura entia necesse esse, quod est contra unitatem Dei, & aliunde absurdum, quia sequeretur Deum esse necessarium propter aliquam partem, quâ tamen ablata adhuc [illegible] necesse esse, quod implicat. Duas ultimas, quartam & quintam ipsemet Scotus adducit *1.d.8.q.2.*

§. III.

SEd descendamus ad rationes particulares [illegible] quibus determinatos, a Deo excludunt Compositionis Doctores compositionis modos, [illegible] vocant compositionem *ex his*, in qua [illegible] dicunt ordo totius ad partes; quàm [illegible] tionem *cum his*, in qua spectatur [illegible] xus partium inter se. unde illa denominatur componi *ex his*, quæ constant partibus [illegible] omnis, quomodo species componuntur [illegible] nere & differentia, *cum his* componi [illegible] tur, quæ licèt in se non sint composita [illegible] que partibus constent, benè tamen [illegible] id est, ordinantur ad compositionem [illegible] rius, & hæc denominatur [illegible] sivè c[illegible] non compositum, ut constat in materia & forma, quæ licèt non sint in se composita, ordinantur tamen ad compositionem alterius. sic genus & differentia ad constituendam speciem ordinantur [illegible] materia & forma ad componendum corpus. Priorem *ex his* vocant compositionem intrinsecam & passivam, quia per eam res constituuntur. Posteriorem, *cum his*, activam & extrinsecam, quia [illegible] aliud cum alio componit, breviter & [illegible] cum *Scoto* priorem alii vocant compositionem simpliciter, posteriorem vocant componibilitatem, id est, non nisi cum alio [illegible] componere posse.

Excludunt itaque Theologi omnem omnino compositionis modum à Deo.

Primò ob insanam [illegible] Æ [illegible] ca tempora Theodosii I. ex [illegible] quorundam Audianorum, quos ἀνθρώπους, quod est homo & μορφὴν, quod formam significat, eo quod Deum instar hominis figurabant, anthropomorphitas vocamus [illegible] bant Deum [illegible] lem, totum [illegible] monstrant tum [illegible] tali te[illegible] tum [illegible] ab independentia & [illegible] Dei, ut [illegible]

vi[illegible]

... ... Claudius Frassen de ... d. 4. q. 1.

... bant Deum non esse composi... potentia & actu, genere & differentia, ... consurgunt ex rationibus in re li... s, quarum una pendet per alteram, ut po... per ... seque imperfectionis co... plementum actuari, & perfici, Deus autem est actus purissimus, & totus actualissimus.

Tertiò. Nec esse compositum ex essentia, & ex ... a, est enim esse per essentiam.

Quartò. Nec ex natura & hypostasi, est enim ... completa in essendo, & ipsum essendi ... s, quod nescit fundum perfectionum, ... inde nec potentiam receptivam unionis, seu ... litatem ... personalitate, quà cum natura ... unum est per identitatem, non ... nem ex hac eadem ratione.

...ntò. Natura, vel personalitas divina non est ... mpossibilis naturæ, aut personalitati crea... licèt econtrà natura creata, & secundum ... opinionem personalitas creata, si ... ctitio constat, sit unibilis personali... o secundum aliquos etiam naturæ divi... considerata, quia ens creatum ... limitatem & limitationem unionis ... ratione talis entis finiti hoc vel illud ... unioni ... repugnet, nulla tamen ... est capax ... subjectum unionis ... summam suam actualitatem, sed solum ut ... uus, ut in materia de *Incarnatione*. & in 3d ... *trov*. 2. q. 4. n. 88. usque ... 5. inclusivè.

Sextò. Nec ex subjecto, & accidentibus, nec ... ex partibus integrantibus, & quantita... quæ omnes compositionis modi optimè ... à Deo ente simplicissimo & a...

... nobis interrogare Adversarios, ... compositionis modum inducat distin... *Scoti*, dum asserunt eam officere divinæ simplicitati; distinctio ista est ... relinquit, ad omne complementum essentiæ in tota latitudine entis illi compossibile sufficientissimam ... actualissimam, & in omni genere entis infinitatam, intellectum & voluntatem ad intelligendum omne verum, & volendum omne bonum, potentiam ad omne factibile, & sic de cæteris perfectionibus divinis in suo genere: omnes perfectiones divinas relinquit propter singularem Dei ... tem inter se, & cum essentia realiter identificatas, ita ut cum illa stet summa identitas realis, & summa & ultima actualitas omnium quæ in Deo sunt perfectionum absolutarum. Ex quàm ... Ipse proinde supposito Gonet *Tom. 1. d. 4. de attributis divinis in particulari a. 1. n. 14.* inter compositionis gradus à Deo removendos, recenset compositionem ex essentia & attributis, *quia ut suprà contra Scotum*, inquit, *ostendimus, non datur in Deo distinctio formalis*, quasi verò etiam data hâc distinctione in Deo daretur compositio sine componibilitate, unio sine partibus, distinctio realis in identitate reali, finitas partium in ente infinito, quæ pugnant contra rationem, & contra ipsum *Gonet*, qui, ut mox infrà, seipsum proprio & sui Magistri confutat argumento, cui tamen & alii, qui satis imbellè contendunt solvi simplicitatem divinam per distinctionem formalem. ut plenius satisfaciamus, lectionem D. Thomæ, quam libenter auscultabunt, *q. 3.* proponemus, salvat enim S. Doctor simplicitatem Dei per remotionem conditionum ad compositionem requisitarum: quare ut nihil superesit quo impugnent Scotum, & Scotistas, nisi etiam velint ipsum D. Thomam impugnare, perspicuè ostendemus omnes compositionis conditiones secundùm Subtilis doctrinam procul arceri à Deo. Sit prius de simplicitate Dei in speciali.

QVÆSTIO II.

in qua

Resolvitur speciatim, quid importet simplicitas divina.

SUMMARIUM.

ASSERTIO.

Divina simplicitas tantoperè a Patribus propugnata, à Theologis per Dei independentiam,necesse esse,ac infinitatis rationem demonstrata,omni compositioni & componibilitati opposita, non est alia, quam quæ in identitate reali a Scotistis est asserta, cui non repugnet *simplex multiplicitas,* ut loquitur S. *Augustinus*, perfectionum ex natura rei formaliter tantùm distinctarũ,& cum summa coexistendi necessitate sibi realiter identificatarum; alia econtra ab Adversariis allata,ac in identitate formali imbibita,imperfectio potiùs est Deum dedecens, [illegible] perfectio simpliciter simplex, estque simplicitas dicenda non tam major quam nulla,ideoque Deo repugnans existimanda.

25. HÆc assertio,quæ SS.Patribus concordat, ut patebit *toto Tractatu secundo*,per unicam & solam, quam præstabimus *quæst.seq.* remotionem omnium earum conditionum, quas S. Thomas, & schola Thomistarum ad compositionem requirit, ab omnibus est expedita argumentorum telis,quæ à distinctione, & compositione petuntur, adeòque secura,certa, indubitata, & sententiæ oppositæ, tam ex ratione, quàm authoritatum pondere & numero præferenda.

26. Probatur: Ratio naturalis dictat, & fide creditur, Deo competere omnem perfectionem simpliciter simplicem: atqui illa sola simplicitas fundata in identitate reali excludens compositionem ex pluribus partibus distinctis,& propriam sigillatim existentiam habentibus,talis est; econtrà alia sumpta cum summa identitate non solùm reali, sed etiam ex natura rei formali minimè est talis. Major patet, min. probatur ex descriptione perfectionis simpliciter ab Anselm *in Monol. c. 14. quòd sit melior ipsa quam non ipsa*. id est, quàm alia perfectio sibi incompossibilis in eodem supposito seu magis et ipsa quàm non ipsa in unoquoque supposito, non ut tale suppositum est, [illegible] ut ens est; sed evidens est simplicitatem, ut *cons[illegible]* eam propugnant, ipsam meliorem esse non ipsa, id est,omni compositione sibi incompossibili, quomodo idem Anselmus *l. de Incarnat. c.3.* ait *simplicia præstare compositis.* Et S. Bern[illegible]dus supra,*natura simplex vero judicio multiplici anteferetur.*& S.Thomas *i.contra gentes, c.18. in quolibet genere tantò aliquid est melius, quanto* [illegible] prout econtrà ab Adversariis astruitur, non est melius ipsa quàm non ipsa, nec præstat compositio, ut *Anselmus*, neque natura [illegible]lex tali simplicitate ve[illegible] jud[illegible] [illegible]tur multipli[illegible], ut *Bernardus* neque [illegible] tò al[illegible] [illegible] elius est,qu[illegible] [illegible] ut D.*Thomas*. [illegible] hoc hæc [illegible] [illegible] [illegible] q. [illegible] [illegible] [illegible] [illegible]

Quid sit perfectio simpliciter Anselm.

Bernardus. Thomas.

Identitas rea[illegible] optima sunt.

nes,puncta respectu qua[illegible] & [illegible] sanè non præstant compo[illegible]s, ex S. [illegible] *p.q.* [illegible]*a.7.* secundum de[illegible] libus [illegible] *apud nos composita, sunt meliora simplicibus* [illegible] *quia perfectio bonitatis creaturæ non invenitur in uno simplici.*

S[illegible] indubiè reponen[illegible], argume[illegible] non [illegible] pro[illegible] *per cætera paria,* [illegible] non p[illegible] 27.
dem[illegible] [illegible]onem [illegible] rio [illegible] ben[illegible] inferend[illegible]um, [illegible] esse [illegible]mentis pe[illegible]iora, [illegible] perf[illegible]iora suis partibus, [illegible] forma. Secund[illegible] retorquen[illegible] [illegible] dentitatem realem [illegible] realis, quò [illegible] lior [illegible] sa quàm non ipsa,quia [illegible] exclud[illegible] po[illegible]tionem [illegible] potent[illegible] & [illegible]tu.

Sed videamus,qui[illegible] val[illegible] req[illegible] beatum, [illegible] contra: simplicitas [illegible] identit[illegible] h[illegible] in [illegible] Deo no[illegible] est melior [illegible] ipsi [illegible] manet argume[illegible] *per cat*[illegible] Probatur antecedens [illegible] cit[illegible], præter remotionem c[illegible], in qua qui[illegible]um [illegible] reali [illegible] venitur, insuper talis est per ul[illegible] teriorem remotionem distinctionis ex natura rei usque a[illegible] [illegible]nem per[illegible]um, [illegible] formaliter ex natu[illegible] [illegible] usque deveniatur ad irref[illegible] tatem in plures rationes objectivas, sive ad rationes [illegible] turæ rei [illegible] divina essen[illegible] immultiplicabiles; [illegible] talis simpl[illegible] lutè [illegible] Deo non est m[illegible] ipsa quam [illegible] Major est [illegible]dens; min[illegible] probatur [illegible] mentum [illegible] sequi nat[illegible] [illegible] let per pro[illegible] & [illegible] hujus attributi dep[illegible] ctualitat[illegible] alt[illegible] [illegible] [illegible] tecti[illegible] [illegible] [illegible]atem [illegible] divinæ [illegible] [illegible] Quo[illegible] vi[illegible] Divin[illegible]

muri[illegible]

mum; ergo talis Deum dedecet, nec tam melior est eâ, quàm Scotistæ asserunt, quin potiùs nulla: id quod probatur ex propria eorum doctrina: apud ipsos inconfesso est, de facto in divina natura, non solùm proprietates relativas existere à parte rei actualiter, & secundùm proprias rationes formales, sed etiam perfectiones attributales absolutas, cùm enim secundùm propriam & formalem rationem dicant perfectionem simpliciter, & quælibet perfectio simpliciter sit actualiter & formaliter in Deo, ut expressè D. Thomas 1. Sentent. d. 2. q. 1. a. 2. in corpore, loquens de attributis, ait: *unumquodque eorum est in Deo secundùm sui verissimam rationem, & ratio sapientiæ, non est bonitatis, in quantum hujusmodi, relinquitur quòd sunt diversa ratione, non tantùm ex parte ipsius ratiocinantis, sed ex proprietate ipsius rei.* Quâ ratione Deus ab ipsis formaliter denominatur v. gr. sapiens, justus, bonus, ad differentiam perfectionum secundùm quid, quæ solùm virtualiter & eminenter in Deo reperiuntur, non secundùm rationem formalem propriam, unde non denominant Deum formaliter talem, sed virtualiter tantùm, & eminenter, quomodo nunc igitur simplicitas Dei per Adversarios in identitate formali subsistens erit, ita ut ex natura rei una ratio formalis, non sit aliquo modo, id est formaliter extra rationem formalem alterius, sed omnes sint unica formalitas à parte rei? numquid in schola eorum potest aliquid simul esse, & non esse? vel si sint unica formalitas, quomodo dicit S. Thomas, unumquodque eorum est in Deo secundùm sui verissimam rationem, & ratio sapientiæ, non est ratio Bonitatis in quantum hujusmodi? sed quòd sint diversa non tantùm ex parte ipsius rationis ratiocinantis, sed ex proprietate ipsius rei?

28. *Confirmatio & instantia priorum.* Faciamus instantiam ita: Identitas formalis, quam simplicitas ab ipsis definitivè asserta imbibit, est, & concipitur per consensum in omnibus prædicatis, seu per repugnantiam ad prædicata contradictoria, est enim remotâ intellectus operâ unica formalitas omnem etiam minimam excludens à parte rei distinctionem, insuper simul est per non repugnantiam, seu quod maximam dicit imperfectionem in Deo, conciperetur per capacitatem ad prædicata contradictoria de Deo, qualia verificabilia esse de Deo, nemo salva fide negare potest: sed hoc dicit manifestam implicantiam contra evidentissimum, & primũ omnium principiũ *impossibile est idem simul esse, & non esse*; ergo talis simplicitas à Deo proscribenda. Min. patet, maj. probatur, in eo differt identitas formalis ab identitate reali, quòd formalis talis sit per consensum & indistinctionem in omnibus prædicatis, adeoque per repugnantiam ad prædicata contradictoria, quia non ponuntur contradictoria inter seipsum, & seipsum sibi omnimodo intrinsecè idem; realis econtrà per non repugnantiam & distinctionem ex natura rei formalem ad prædicata contradictoria: ergo ubi est talis identitas formalis, est talis repugnantia ad prædicata contradictoria, & habetur primùm, *quod sit*; secundùm quod etiam non sit per repugnantiam ad contradictoria, seu sit insuper per non repugnantiam & capacitatem ad illa, etiam manifestum est, quia sine tali capacitate ad prædicata contradictoria, quæ de Deo divi fide creditur, non essent contradictoria verificabilia de Deo, & sic non est opus Scotistis, ut ostendant adversariis implicantiam suæ opinionis v. gr. sapientiam, bonitatem, justitiam, secundùm eam opinionem [esse] & non esse in Deo, ostendendo primò quòd sint secundùm proprias rationes formales, & actu in Deo perfectiones simpliciter, habentes suam ultimam, & formalissimam actualitatem, quâ differunt ab essentia in sua item formalitate, essentia siquidem non est attributum, sed in illâ concipitur attributum extare. Secundò etiam, quòd non sint, quia actualitatem suam virtute identitatis formalis, quam asserunt, deponunt, & inveniunt formalissimè eandem, imò ipsissimam formalissimamque actualitatem essentiæ, & vicissim; talis enim implicantia, supposito quòd sint contradictoriè enunciabilia prædicata, de re aliqua omni modo eadem, id est realiter & formaliter eadem, ex ipso termino identitatis formalis patet.

29. Frustrà hæc eludere, ac repugnantiam conati sunt evadere, absque vera distinctione ante opus intellectûs, aut distinctionem rationis, quia hanc ad sufferendum à parte rei, seu realis contradictionis ictum insufficientem esse, ostensum satis in materia de distinctionibus, Tomo 1. Contr. 5.

Frustrà alii quoque recurrunt ad distinctionem virtualem extrinsecam, seu per connotata, aut ad virtualem intrinsecam, quæ tamen actu non sit distincta, sed identitas distinctorum; frustrà ad distinctionem realem in tertio, ad æquivalentiam, perindeitatem, & similia, hisque consanguinea, quorum insufficientiam ad sufferenda contradictoria à parte rei verè enunciabilia ex dictis similiter videre licet *Tom. 1. contr. 3. & 5. & 6. & 7.* quæ hîc relegendæ, non rescribendæ sunt.

30. *Quæ simplicitas Deo tribuenda.* Probatur assertio secundò: Ex opinione adversariorum sequeretur Deum non esse simplicem, vel saltem non esse præditum simplicitate perfectissima: atqui utrumque est absurdum. Sequela majoris probatur, nulla perfectio in Deo asserenda, nisi ea, quæ ipsi convenit secundùm præstantissimum gradum; atqui ex hypothesi quòd illa simplicitas in formali & strictissima identitate sit perfectissima, ut contendunt adversarii, non convenit Deo simplicitas secundùm perfectissimum gradum. Maj. patet, cùm enim Deus sit ens perfectissimum, quo nihil melius perfectiusque cogitari, aut fingi potest, nihil in se potest admittere, nisi quod præstantissimum est. min prob. convenit Deo pluralitas relationum originis, Trinitas personarum, identitas essentiæ cum pluralitate suppositorum; ergo dicendum esset Deum non esse simplicem absolutè, vel non esse simplicem

ea

ea simplicitate, quæ esset præstantissima, & strictissima, quidquid ad hoc argumentum afferunt *Thomistæ*, ipsis reponent *Scotistæ*, quia simplicitas cum identitate formali, si sit præstantissima, tam militat contra Trinitatem, quàm contra distinctionem formalem; sit ergo, ut nos fides docet, perfectior est illa simplicitas, quæ remanet in pluribus indivisa, & non multiplicata, quantò enim magis est aliquid unum, eò simplicius; major autem unitas, & perfectior e[illegible]n pluralitate personarum, quia perfectiu[illegible] esse in pluribus, & in eis non multiplicari, quàm solùm esse unum in uno, vel multiplex in multis: similiter ergo perfectior, & major est illa simplicitas quæ remanet in pluribus formaliter ex natura rei distinctis, indivisa, & non multiplicata. sed talis est, quæ asseritur à Scotistis cum distinctione solùm formali, seu quæ stat cum pluralitate & collectione omnium perfectionum attributalium formaliter ex natura rei ab essentia, & inter se distinctarum, Deumque cum essentia quasi in esse physico & adæquato statu constituentium, ergo cùm summa unitas & simplicitas est in pluralitate personarum, illa tanquam summa Deo attribui debet, quæ est in pluralitate attributorum, non tantùm ab imbecillitate nostri intellectûs, sed ex natura rei differentium, quam pluralitatem *S. Augustinus* vocat *multiplicem simplicitatem, & simplicem multiplicitatem*, igitur ab opposito non illa Deo attribuenda in identitate strictissima, quæ non inveniretur in pluribus à parte rei, adeoque nec est simplex multiplicitas, sed una in realiter & formaliter uno, velut simplex simplicitas, quæ ut suprà visum est, & ut rem ruminanti patet, dicit imperfectionem.

Realis identitas præstantissima.

31. *1. Objectio* *Dices*: Pluralitas emanans ex sola origine, quâ fit ut una persona producta ab alia, differat & distinguatur ab ea, non repugnat simplicitati; pluralitas econtrà perfectionum attributalium, ex natura rei differentium repugnat simplicitati: ergo argumentum non urget. Probatur anteced. quia pluralitas originis nullam ponit compositionem, sed ordinem duntaxat & respectum unius ad aliud; multiplicitas attributorum verò eo ipso quo sunt ex natura rei distincta, inducit compositionem, ergo ista solvit simplicitatem, non prima.

2. Objectio. *Secundò*. Argumentum allatum nimium probat, quia extra omnem dubitationem est, primam radicem Dei constitutivam, putà rationem entis, per essentiam seu ipsam asealem & essentialem existentiam divinæ quidditatis, quam consequitur primò negatio, *non essentialis ab alio*, esse formalissimè simplicem, atqui non alia simplicitate, quàm quæ sumitur cum identitate formali, nam prima radix Dei constitutiva concipitur metaphysicè absque omnibus attributis, ergo illa non erit simplex simplicitate cum identitate reali.

Pluralitas stat cum simplicitate. Respondeo ad primum, in quo concedunt Adversarii quod intendimus, nimirùm quòd simplicitati secundùm se non officiat pluralitas, & quòd perfectior sit simplicitas, quæ remanet indivisa in pluribus, sicut ergo in tribus personis ponitur unus numero & simplex Deus, neque Trinitas officit illius simplicitati, & vicissim in uno simplici numero Deo, tres distinctæ personæ; ita in multis attributis, quemadmodum & uno numero infinitas saltem radicalis, una numero ponitur simplicitas, quæ vicissim multa attingit in reali identitate per infinitatem inter se realiter identificata attributa, de quibus gratis dicitur pluralitatem eorum ex natura rei repugnare simplicitati, eò quòd compositionem inducat, nam contrarium illius constabit totâ *quæst. seq.* & infrà *Controv. 2. q. 3. & 4.* quo Lectorem, sicut & pro responso ad retorsionem suprà *n. 27.* in replica repositam, remitto.

Ad secundum respondetur, ipsorum potiùs argumentum non valere, cùm non sit sermo de simplicitate fundamentaliter, seu materialiter sumpta, sed de formaliter tali: respondetur item illud potiùs nimium probare, quod & seipsum involvit: si enim essentia strictè in sensu ac statu metaphysico accepta pro radice Deitatis primò constitutiva concipiatur formaliter simplex, jam concipietur cum attributo simplicitatis formaliter ab eadem distincto, quod verissimum est in sententia illa, quæ vult, quòd consistat simplicitas in aliquo positivo; sed neque valet in sententia quæ constituit simplicitatem in aliquo negativo, cùm enim divina fœcunditas ingrediatur ipsam divinam essentiam abstractissimè sumptam, prout est prima radix constitutiva Dei, imò ipsa sit prima fœcunditas, sequitur necessariò essentiam quâ talem, non esse conceptibilem, nisi qua est radicale & universale principium processionum ad intra, & ad extra involvens ad sui conceptum perfectum infinitam essentiæ fœcunditatem, plenitudinem formarum idealium, quas, ut suo loco, D. Thomas distinguit, continentias eminentiales, aliaque innumera lumina, de quibus Tom. 1. parte 2. A quibus si quis vellet abstrahere rationem rei primò constitutivam, imperfectissimè eam, imò nihil conciperet, cùm ne quidem sic inadæquatè potest concipi, quomodo conciperetur apprehensa sine modis intrinsecis, quare simplicitas prætensa esset summa imperfectio, & non melior ipsa quàm non ipsa, ita ut hoc genus posterius simplicitatis, sumptæ cum strictissima & formali identitate, non solùm nullam Deo perfectionem afferat, sed sit insuper summæ permixtum imperfectioni, gratis, nec sine petitione principii ab adversariis fictum, cùm neque in Patribus habeat fundamentum, & involvat repugnantiam cum lumine naturali, alia econtrà mirabili, & perfectissimo modo Deum constituit *simplici* (ut S. *Augustinus* l. 6. de Trinit. c. 4.) *multiplicitate, & multiplici simplicitate simplicem*, atque ut S. *Damascenus* l. 1. fidei, c. 1. *pelagus quoddam substantiæ infinitum*. & ex hoc

Probatur Assertio nostra tertiò: Divina essentia metaphysicè spectata, in sua formali, & 32.
quiddi-

qu[illegible] iva ratione,ut præscindit ab attributalibus & [illegible]onalibus, dicitur pelagus omnium p[illegible]ionum,& habet infinitatem non solu[illegible]alem propriam, sed etiam primam & tad[illegible]alem, quia e[illegible] non habet dunt[illegible]xat ex se, sed etiam a se, & proinde dicitur infinita formaliter,& radicaliter,habens plenitudinem totalitatis simpliciter,& non tantùm in certo genere,ut v.gr. sapientia in genere sapientiæ, justitia in genere justitiæ, sed dicitur infinita in to[illegible]entis latitudine,estque tanquam pelagus,à quo [illegible]uet fluunt, & dimanant omnes perfectiones simpliciter, quæ sunt in essentia extantes: & insuper habet ob istam infinitam perfectionem vim singulis formalitatibus [illegible] formaliter distinctis se communicandi infini[illegible], illasque reddendi Deum, estque hæc communicatio cum summa identitate possibili,quæ indubiè est illa realis non formalis, quia tal[illegible] perfectiones per infinitam sui communicationem realiter sibi identificat; minimè tamen i[illegible]as resorbet ad identitatem formalem, qu[illegible] unius actualitas reciprocando transeat formaliter in actualitatem alterius,& omnium simul una formali identitate,abeat in actualitatem formalissimam essentiæ & principii unde fluxerunt,talis siquidem transitus,ut supra, unius in aliud implicantiam habet,quia perseverarent in Deo perfectiones simpliciter, in suis propri[illegible] rationibus formalibus, & simul non p[illegible]erarent,putà quia amitterent illas, dum [illegible]beretur in formalissimam alterius actua[illegible],seu hæc actualis formalitas v.gr. sapi[illegible]tiæ [illegible]bsorberetur, & transiret in actualem [illegible]malitatem justitiæ,essentiæ,&c.ut eveniat il[illegible] parte rei vera identitas formalis. Vide Tom.1.Controv.10.q.1.n.87.

Resolutionem, & Q. hanc principalem d[illegible] qua plura egimus Tom.1.parte 2.hisce conclu- dor. quòd sicut ex [illegible]o, quia unitas melior est, quam multitudo, quilibet seponens Evangelium,diceret meliorem esse doctrinam,quæ profiteretur Deum unum unitate naturæ, & personæ,de quo vide *Controv.5.qu 1. Ad Argumenta &c.* in qua contineretur, quidquid perfectionis fingi posset in pluribus eandem naturam habentibus, nec indigere ad sui complementū consortio alterius, imò de facto aliqui sunt in errorem lapsi, ex hoc ipso principio, quod unitas præstat multitudini, singularitas perfectione vincat copiam, traxeruntque personarum discrimen ad essentiam,ut Sabellius, & alii. Et sic mihi olim,quod ad calcem refero, cum docto Judæo Confluentino, Medicinæ Doctore disputanti in *Emps* ad fluvium *Lanam*, ac Regiam Trinitatem probanti, in infidelitatis suæ subsidium respondebatur. Ita cæteris paribus, quamvis citra talis erroris periculum, multi demum videntur in sententia ista, quæ simplicitatem formali omnium perfectionum identitati individuam vult, quia primo obtutu hujusmodi simplicitas cùm omnem distinctionem à parte rei excludat, adeóque strictiorem imbibat, imò strictissimam omnium identitatem,perfectior veriorque esse putatur; verùm si res penitius consideretur, & quòd omnes perfectiones simpliciter in Deo sint secundùm suas rationes proprias formales,non virtualiter tantùm & eminenter, ea opinio corrigenda venit, *per cætera paria*, si non involvat imperfectionem, si non sit melior ipsa quàm non ipsa, si possit vitari à parte rei repugnantia, & similia contra lumen naturæ non obsistent. De quibus Tomo 1. solidè actum suo loco.

35. *Unde consurgat error quorundam.*

QVÆSTIO III.

An,& cur pluralitas formalitatum in Deo distinctarum distinctione formali ex natura rei non inducat compositionem? ubi consequenter, an earum multiplicitas militet contra attributum simplicitatis divinæ?

SUMMARIUM.

1. *Thomistarum præpostera opinio de doctrina Scotistarum.* n.34.
2. *Conditiones ad compositionem necessaria, recensentur.* n.35.& 45.
3. *Palmaria conditio omittitur* à Gonet, *& quare.* n.36.
4. *Attributales Dei perfectiones non identificantur in tertio.* [illegible]
5. *Non est compositio sine actu & potentia.* n.37.
6. *Evacuatur fundamentum* [illegible] n. 8.
7. *Philosophando incedit quo placet, non quo consequentia trahit ducit.* n.39.
8. *Conditiones* à S.Thoma *ad compositionem relata confirmantur* à SS.PP. n.40.
9. *Concluditur pro Scoto,quòd nec vestigium compositionis ex sua doctrina sequatur.* à nu. 41 usque ad 47.
10. *Doctrina Scotistica est lapis lydius dogmatis* Thomistarum à nu.47.usque ad 52. inclusivè.
11. *Ex quo principio Scotista relegant à Deo compositionem.* n.47.
12. *Quare omne componibile habeat rationem partis, & infinitum pars esse nequeat.* n.49.

13.Deum

13. *Deum non habere causam efficientem.* n. 50.
14. *Independentia ab agente extrinseco de se non removet immediate compositionem.* ibid.
15. *Congeruntur argumenta contra Scotum* n. 53. & seq. *retunduntur in ipsos adversarios* à n. 55. usque ad n. 59. inclusivè. *tandem diluuntur* à n. 60. usque ad n. 68. inclusivè.
16. *Deus virtualiter multus non excludit compositionem in via Aversi.* à n. 56. usque ad 59. inclusivè, ubi n. 59. *quare virtualis distinctio inferat compositionem.*
17. *An duæ realitates necessariò coalescant per compositionem, & quando.* n. 60. & seq.
18. *Ex distinctione formali non procedit potentialitas.* ibid. & n. 61. & seq. *ubi quòd compositio non convertatur cum distinctione in tota generalitate.* 62.
19. *Quæ sit functio infinitatis in divinis.* ibid.
20. *Deo nequit componi negatio suarum perfectionum.* ibid.
21. *Emanativa causalitas non est causa identitatis realis.* n. 63.
22. *Tantò magis per se unum effici, quantò magis sunt ultima actualitate, quomodo verum?* n. 68.

54. *Propositæ opinio Thomistarum de Scotistarum doctrina.* Thomistæ in proposita quæstione jugiter, & junctim clamitant, Scotistas compositionem in divinis evitare non posse, eò quòd distinctionem ex natura rei statuant, & quidem novissimè P. Gonet ad id persuadendum omnem adhibuit conatum, *tom. 1. de Deo d. 4. a. 1. §. 1.* quem, ut cum suis consortibus fortiùs prosternamus, S. *Thomam*, quocum non pugnabunt, illis objiciamus, & quidem *Gonet* nisi ipse S. Doctoris argumentum cassare, ac consequenter seipsum, cum illud *d. 4. supra cit. a. 1. §. 1. n. 3.* ad probandam conclusionem suam, Deum esse simplicissimum, & omnis compositionis expertem, suum fecerit, volet retractare, Scotistis ampliùs non resistet, quin potiùs manus dabit, diversas Scoti formalitates cum Dei simplicitate tutissimas esse; argumentum illud quod mox ex *Gonet* adducemus, consistit in compositionis conditionibus à Deo proscriptis, seu in negatione conditionum, quæ ad compositionem requiruntur.

ARTICULUS I.

Quæ sunt conditiones ad compositionem necessariò requisitæ?

§. I.

55. *Conditiones ad compositionem requisitæ.* EAs recenset Gonet *loco mox cit. n. 3. Primò*: quia omne compositum est posterius suis componentibus, & dependens ab eis, sed Deus est primum ens, & in eo nihil est prius & posterius, nec ab alio dependens, ergo est simplex, & non compositus. *Secundò*: Omne compositum causam habet, quæ conjungat extrema, quæ enim inter se diversa sunt, in aliquod unum non conveniunt, nisi per aliquam causam adunantem. at Deus causam non habet, sed est prima omnium causa; ergo non est compositus. *Tertiò*: In omni composito est aliquid, quod non est ipsum, nulla enim partium est homo, nec aliqua pars pedis est pes: sed in Deo nihil est, quod non sit Deus: ergo in illo nulla est compositio. *Quartò*: Quidquid ex pluribus componitur, ex imperfectis conflatur, ut ait Damascenus *l. 1 fidei orthodoxæ.* At in Deo nihil potest esse imperfectum: ergo & nihil compositum.

Digressio Parenthetica ad P. Gonet circa hîc relatas ab ipso compositionis conditiones.

§. II.

56. *Gonet, & opinio illius.* PAlmariam conditionem compositionis Gonet omisit, quam tamen addit S. Thomas his verbis: *quòd in omni composito oporteat esse potentiam, & actum.* Ubi interim gratulemur Gonet, quòd agnoverit hanc conditionem non posse cadere in infinitas formalitates secundùm Scotum in Deo distinctas, adeòque non posse ex illis consurgere illam compositionem, qualis est ex actu, & potentia, neque enim præterit eam, putans illam conditionem de actu, & potentia, quasi continuè in aliis id se recentiis, quin potiùs de industria & consulto ad suæ doctrinæ consequentiam, etsi non conformiter ad S. Thomam [illegible] transeundo tacuit; maluit siquidem Magistri sui doctrinam dissimulare, quàm Scotum non impugnare, vel ut melius dicam, Scotistarum responso pressus *d. 3. de attributis divinis in communi, a. 2. §. 2.* ad succurrendum imbecillitati argumenti sui ibidem contra Scotum, quia alia expectat, nulliter id novi adinvenit, vel in *Raphaele Aversa 1. p. q. 3. a. 5.* legit, non requiri essentialiter, quòd partes componentes inter se componantur per modum actûs, & potentiæ. *Comparatio*, inquit, *per modum potentiæ & actûs, vel requiritur ex conceptu compositionis abstrahentis à per se tali, & tali per accidens: aut ex conceptu compositionis talis per se: neutrum dici potest* ergo illa non requiritur.

Minor

Minor quantum ad primam partem est evidens : nam compositum per accidens resultat ex extremitatibus non comparatis per modum potentiæ, & actus. Probatur verò quantum ad secundam : *Compositio per se, differt à compositione per accidens , in eo quòd in hac extrema non uniuntur per se in tertio, benè autem in illa : ergo datâ hâc perseitate unionis extremorum in tertio, etsi non comparentur ut actus & potentia , resultabit compositio per se.* Ita ille : ubi & manifestè contra S. Thomam pugnat, & duo affert meritò improbanda, unum eorum supponit, alterum dicit, neutrum probat, utrumque contra Scotum detorquet : id quod supponit, est, quòd putet formalitates divinas conjungi in tertio, in eo siquidem distinguens compositionem per accidens à compositione per se, hanc in Deo ex doctrina Scoti infert : *quia,* inquit, *datâ hâc perseitate unionis extremorum in tertio, etsi non comparentur ut actus & potentia, resultabit compositio per se*; ecce quàm falsò ex supposito conjunctionis formalitatum divinarum in tertio, cujus contrarium in Scoto, non uno solùm, *ut infrà*, loco videre licet, compositionem concludit, tota schola Scoti cum Magistro docet divinas formalitates ratione propriæ suæ infinitatis sibi immediatè identificare quascunque alias compossibiles, nullatenus ratione tertii ; incassum ergo ruit argumentum *Gonet*, ac in aërem scripsit.

Perfectiones attributales in Deo non identificantur in tertio.

57. Secundùm quod insuper dixit ad suæ doctrinæ valorem , quòd illa quæ in tertio coeunt in unum , non importent essentialiter actum, & potentiam, prorsus falsum est : cùm enim una pars, veluti communior , contrahi debet per alteram, ut per formalitatem minùs communem, putà, per quam est hæc altera perfectibilis, eò quòd de se habeat indigentiam illius perfectionis, per quam est perfectibilis pars in ratione partis , in qua prima radix componibilitatis consistit, dicit potentiam ad illam perfectionem, ut ad actum; potentialitas enim essentialiter consistit in ordine partium, seu unius formalitatis ad alteram, cum indigentia illius rationis, quæ se habet *ut quo*, vel per modum formæ, quæ illam, ceu actus contrahit, & qualificat.

Non dari compositionem sine actu & potentia.

Dicendum proinde, sicut ex natura sua intrinseca partes sunt ordinabiles ad constitutionem alicujus tertii, ita intrinsecè ex propriis rationibus suis formalibus ordinantur inter se, ut actus, & potentia, ut videre est apud Aristot. 2. *de Anima*, & 7. *Metaph.* & ex ipso Gonet inferius *d. 4. art. 1. §. 1. num. 2.* distinguente compositionem in intrinsecam, & extrinsecam, neque enim potest esse compositio intrinseca, seu *ex his*, & passiva, nisi sit priùs compositio activa *cum his* & extrinseca, id est, componibilitas partium ut partium, quarum ex conceptu suo, una sit potentialis, & determinabilis ab alia, tanquam actu determinante, alioqui cùm tanto minùs aliqua per se unum efficiunt , quantò magis sunt in ultima actualitate , non constituerent unum, nisi per aggregationem, quod nec Gonet astruet, & de per se uno unitate entitatis falsissimum est.

58. Exempla quæ adducit *Gonet* in suæ doctrinæ robur , *primò* de composito ex partibus integrantibus ex una parte ; *secundò* & ex subsistentia verbi, & humana natura ex altera parte, nihil omnino ad rem faciunt.

Objectio.

Non primum : quia non agitur hîc de compositione continui, ubi necesse est unamquamque entitatem esse sibi mutuò integrantem, etsi nec aliundè hoc exemplum stringat, præsertim in Thomistarum opinione, qui negant partes actu in continuo dari , in quo consequenter non potest esse compositio quæ exigit partes actu, nisi fortè similitudinaria, quæ non est ad rem. Si dicas esse argumentum ad hominem ; adhuc non stringit, licèt enim partes continui non sint in potentia respectu suarum compartium, referunt tamen potentialitatem respectu indivisibilis unitivi connectentis, vel componentis partiales entitates in aliquod unum.

Resp.

Adde pro *Scoto*, si de essentia hujus v.g. extensionis vel intensionis esset habere per realem identitatem alteram compartem , non componeretur etiam cum illa, nec etiam cum indivisibili continuativo , ad quod aliàs est in potentia.

Non etiam secundum ad rem facit ; quia non agitur de composito, ubi alterum extremum est tantùm terminativum, ut de Verbo Incarnato docetur in materia de Incarnatione, sed de composito vero, & intrinseco , ubi venitur in compositionem alterius per modum partis materialis, aut formalis intrinsecè componentis, & non solùm per modum termini extrinsecè complentis.

Incidenter hîc interrogarem *Gonet* , esto subsisterent illa, quæ explosa sunt, cur, & quâ doctrinæ consequentiâ tantoperè urgeat ex distinctione *Scoti* compositionem in Deo fieri, cùm ipse similiter *Tom. 1. de Deo, d. 3. a. 2. §. 2. num. 9.* admittat distinctionem in Deo fundamentalem seu virtualem , ab ipsa rei proprietate ante conceptus nostros petitam, eâdem item *disp. art. 3. §. 2. num. 31.* ponit distinctionem in illo rationis ratiocinatæ, & cum fundamento in re; tandem his non obstantibus *d. 4. de simplicitate Dei a. 1. §. 3. n. 12.* excludit omnem à Deo compositionis rationis ex hisce fundamentis, & benè. 59.

Primò : Deus est actus purus , ergo non componitur, &c. atqui etiam Deus in sententia *Scotistarum* est actus purus juxta *Gonet*, cùm non sit opus, ut comparentur ex sua doctrina perfectiones Dei, ex quibus, ait, resultare compositionem inter se, ut actus, & potentia ; detersâ ergo potentialitate, & illæ sunt actus puri.

Secundò : Mox in responso ad objectionem Nominalium respondet : *ut aliqua na-*

tura componat, debet habere aliquid potentialitatis, & aliquid actualitatis, quod actus puro repugnat, superius dixerat, non requiri, ut extrema se haberent ut actus, & potentia ad compositionem per se, ut illam contra Scotistas inferret, hic contrarium sonat, & sic ubi placet illi, compositionem ponit, ubi non placet, negat illam.

Tertiò denique *n.14.* sumit allatam rationem à priori, ex Dei infinitate, etiam apud *Scotistas* communem, scilicet impossibile est, quòd essentia simpliciter & in genere entis infinita constet genere, & differentiâ, sed essentia divina est simpliciter, & in genere entis infinita. Minor prob. quia impossibile est, id quod est infinitum in aliquo ordine constare rationibus in eodem ordine finitis & limitatis, id est rationibus per modum partis componibilis, quia pars ut pars potest excedi, infinitum verò ut tale nequit excedi in eo genere in quo est infinitum: nam sicut nequit dari linea infinita, quæ tamen citra implicantiam propriis sit terminata terminis & punctis, adeòque excedi posset per aliam, quæ non est terminata propriis terminis, ita repugnat aliquam substantiam esse in genere entis infinitam, si sit terminata propriis terminis essentiæ, sed ut optime *Gonet*, termini essentiæ sunt genus, & differentia, sunt namque quid finitum & limitatum: ecce quàm appositè hic Author, cùm distinctio formalis Scoti (ut apud omnes inconfesso est, nec est qui unquam dubitavit de hoc) non destruat infinitatem perfectionum ex natura rei distinctarum, omnes in Deo sibi perfectissima identitate realiter adunantem, adeòque omnem potentialitatem in Deo prævertentem, concludit potiùs pro Thesi Scotistarum, & sibi ipsi bellum indicere ab ipsa cogitur veritate, culicem compositionis rationis volebat à Deo colare, elephantem econtrà compositionis realis non recusat devorare, utrobique Deus est actus purus, utrobique habet infinitatem, utrobique admittuntur distinctiones; ex Scotistarum formali infert realem, econtrà ex distinctione rationis in Deo negat compositionem rationis, cùm rationes, quare illa negari debeat allatæ, ut mox infrà, stent æquè pro Scoto? ergo quàm consequenter arguat Scotistas, viderit ille: præsertim cùm compositio rationis sit tantùm denominatio extrinseca resultans in objecto ex mera negotiatione nostri intellectûs, idem pluribus conceptibus inadæquatis dividentis & componentis, nullam prorsus in objecto supponens imperfectionem; compositio realis econtrà imperfectionem maximam dicat, non itaque pondere argumenti, sed pro suo arbitrio libuit *Gonet* ex distinctione *Scoti* cudere compositionem, eamque recensere inter eas, quæ divinam solvunt simplicitatem, sed quia hæc *ὡς ἐν παρόδῳ* mittamus jure, ut aiunt, cervellorico hîc scribentem discipulum, & redeamus ad Magistrum.

Gratis nō ex ratione eruitur compositio ex Scoti doctrina.

Confirmatio conditionum ad compositionem requisitarum à S. Thoma, ob quas à Deo removet compositionem.

40. *SS. Patres D. Thomæ concordant.* PRima *conditio* erat, quod omne compositum sit posterius suis componentibus. *Secunda*, omne compositum causam habet. S. Doctoris doctrinam commendant alii SS. Patres. Primò Author libri de cognitione veræ vitæ c.7. apud *Augustinum Tom.9.* *Augustin.* *Omne quod partibus conjungitur, vel in partes resolvitur ab aliquo utique conjunctionem vel resolutionem patitur.* Et *S. Cyrillus* Alexandrinus, *in libro Thesauri c.13.* *Cyrillus Alexand.* volens à Deo excludere compositionem, eodem respexit, dicens: *Cùm ergo nihil ante principium cogitari queat, nulla ex parte continget illi, ut sit compositum, quandoquidem quidam simplicium concursu efficit.* Idem confirmat *Justinus* Martyr *quæst. 129.* ad orthodoxos, ubi ait: *Justinus martyr.* *Qui neminem habet, qui se fecit, & composuit, neque factus est, neque compositus. Propterea in Deo quidem dicimus æternam esse coexistentiam, non autem compositionem.* Quam rationem denique poëticè illustravit Prudentius *lib.2. contra Symmachum*, *Prudent.* Deum sic loquentem adducit:

Sum substantia simplex,
Nec pars esse queo. Solis divisio rebus
Compositis factisque subest, me nemo creavit,
Ut scindi valeam cunctorum Conditor unus.

Tertia conditio à S. Thoma posita erat illa, *S. Thomas.* quam Gonet omisit, à nobis suprà adducta, & probata. *Quarta*, apud Gonet tertia, quòd omne compositum sit aliquid, quod non conveniat alicui suarum partium. S. Thomas exemplificat ibi in corpore. *Primò* in heterogeneis, seu dissimilibus, *nulla pars hominis est homo.* *Secundò* in homogeneis, *pars aquæ non est tota aqua, non enim sequitur*, inquit, *tota aqua est bicubitalis, ergo & pars ejus.* Hæc porrò conditio egregiè confirmatur à sancto Bernardo *serm. 80. in Cant.* *S. Bern.* *Sola*, inquit, *summa, & increata natura hanc sibi vendicat moram; singularemque suæ essentiæ simplicitatem, ut non aliud & aliud, non alibi quoque & alibi, sed ne modo quidem & modo inveniatur in ea, nempe in semet manens, quod habet est, & quod est semper, & uno modo est in ea, & multa in unum, & diversa in idē rediguntur, ut nec numerositate rerū sumat pluralitatem, nec alteratione de varietate sentiat.*

tiat. Ultimã demq; Conditionem compositionis, propter quam à Deo removetur apud ipsum Gonet S.Hilarius *7.de Trinit.* his verbis astruit: *Non ex compositis atq; inanimus Deus, qui vita est, subsistit, neq; qui virtus est, ex infirmioribus continetur: neque qui lux est, obscuris coarctatur: neq; qui spiritus est, ex disparibus formabilis est: totum quod in eo est, unum est.*

S.Hilar.

Secundùm S.Doctorem Thomam ergo aliosque Patres, illa erit compositio, quæ præfert, & secum affert istas conditiones, loquitur autem de compositione, quæ repugnat simplicitati divinæ, de qua ibi agit, illam astruendo ob exclusionem harum conditionum, oam iis remotis rotundè statuit simplicitatem Dei. Jam accedamus quæsitum principale.

ARTICULUS II.

Applicatio Superiorum ex D. Thoma cum doctrina Doctoris subtilis.

§. I.

ASSERTIO I.

Ne vestigium alicujus conditionis ad compositionem requisitæ, nec consequenter vel vestigium compositionis alicujus, ex distinctione nostra formali ex natura rei inter perfectiones attributales, & essentiam, inter relationes & essentiam inferri potest.

41. Hanc assertionem probare, est factu facile, quia prorsus nulla eorum in eas quadrare potest conditionum, quas S.Thomas requirit ad compositionem.

Non prima & ultima Conditio.

42. In illum enim, qui illas, utpote sui *non esse* involventes, vellet Deo attribuere id cadit, *Ps.13. Dixit insipiens non est Deus.*

Nulla conditio ad compositionē requisita cadit in Scoti doctrinam.

Non secunda.

Quia non habent causam efficientem per veram & realem efficientiam causantem, de qua ibi agit S.Thomas, cùm sic addat: *Deus non habet causam, cùm sit prima causa efficiens.*

43. *Objectio.* Si dicas cum Suarez *l.4. de Trinit.c.4.* quòd secundùm Scotum attributa potiantur non ratione nostrâ, sed ex natura rei distincta, eaque pullulare ab essentia divina, hoc utique erit per causam efficientem, quia ex creaturis constat, ut aliquid dicatur causa per veram, & realem efficientiam, sufficere distinctionem ex natura rei. *Respondetur*, dimanationem, quâ attributa, & relationes in Deo ab essentia divina pullulare dicuntur, non explicari per veram, & realem efficientiam, quæ habeat rationem influxus physici, sed per fluxum metaphysicum, quomodo communiter dicuntur fluere proprietates ab essentia subjecti, cui identificantur, absque ulla prorsus causalitate propriè dictâ, inter quam suumque effectum necessariò requiritur distinctio realis, qualis non est inter causam metaphysicam, & emanationis effectus, quæ emanatio in hoc solùm consistit, ut unum sit ratio alterius à parte rei, absque eo quòd existat vera causa illius per physicam efficientiam, ad quam sufficere distinctionem ex natura rei formalem asseritur à Suarez absque ullo fundamento, ut alibi. Vide de hac pullulatione divinorum attributorum infrà n.63. & alibi.

Resp.

Sed neque formalitates ex natura rei in Deo distinctæ habent causam illas in unam adunantem, tanquam diversas, cùm sint inter se, & cum essentia per summam identitatem realiter unitæ.

Non tertia.

Quam S.Thomas requirit, ut partes se habeant ut actus & potentia, quod tacitè Gonet fatetur per exclusionem hujus conditionis tanquam non necessariæ ad compositionem inferendam in Deo, ut vidimus *suprà*. Si enim in Scoti sententia potuisset invenire hanc conditionem, nunquam exclusisset illam ab aliis, seu non omisisset velut non necessariam ad compositionem. 44.

Nec quarta conditio compositionis à S. Thoma requisita, in Deo locum habet in sententia Scotistarum.

45. Demum nec quartã compositionis conditionem quadrare in essentiam, & perfectiones attributales, satis patet ex suprà allatis, *quia nihil est in Deo, quod non est Deus*, omnesque prædicationes etiam in abstracto de Deo, ut infrà ex Scoto *nu.52. & 63.* videbitur, veræ sunt, ut *Deus est sapientia, Deitas est paternitas*, & è converso; ubi licèt unum non sit formaliter alterum ex se, tamen est alterum per identitatem, nam Deitas, in quantum est ens infinitum, identificat sibi realiter omnem perfectionem simpliciter, & prætereà omnem rationem sibi compossibilem, licèt de formali non dicat perfectionem, ut nostra Schola tenet de relationibus divinis per identitatem, proinde unum est alterum in prædicatione in abstracto, de quo dixit S. Bernardus *l. de Consid. serm.80.* veriorem, & sanlorem esse prædicationem in divinis in abstracto, quàm in concreto, quia per hanc, in qua nunquam prædicatur forma realiter distincta de subjecto, magis excluditur error Gilberti de distinctione reali inter personam, & naturam divinam, ut pluribus patebit *Controv.4. per totum.*

46. *Prædicatio in abstracto.* Ex his evidenter patet, Professores ad S. Gallum, *Tom.1. tract.2. sect.1. qu.2 p.109. Curs. Theol.* deceptos, non legisse Scotum, dicunt enim quòd propositiones in abstracto de Deo: *Deus est sapientia, Deus est veritas, seu falsas tenetur admittere is, qui sentit attributa divina inter se distingui formaliter, sive ex natura rei.* Nam licèt juxta Scotum verum sit, quòd abstracta finita de se invicem prædicari non possint, si formaliter distinguantur, & ideò negat, ejusmodi propositiones esse veras, *animalitas est rationalitas, risibilitas est humanitas*, falsò tamen id Scoto, & suæ scholæ affigitur, loquendo de abstractis infinitis, nam ut optimè Lychetus *1.d.8.quæst.4. in textum*, ibi, *Ad argumentum principale, in Comm.* & Poncius in *Curs. Philos. d.71. quæst.2 num.72.* Ratio disparitatis est, quòd abstracta finita habeant tantùm unam rationem, propter quam possint de se invicem identicè prædicari, nimirùm convenientiam in eodem supposito, unde quando abstrahuntur ab illo supposito, non possunt prædicari de se invicem, si sint distincta formaliter; sed abstracta infinita præter convenientiam in supposito habent aliam rationem identitatis, nempe infinitatem, & propterea quamvis abstrahantur à supposito, possunt tamen prædicari adhuc de se invicem identicè, nisi etiam abstrahantur ab infinitate, de quibus relegantur, quæ dicta sunt *suprà*, & infrà *num.52.* & alibi frequenter. Videntur citati Professores ad S. Gallum eò respexisse, quòd hæ propositiones, *Deus est sapientia, Deus est veritas*, non debeant accipi in sensu identico, sed in sensu formali, seu prædicatione per se primo modo; sicut hæ: *Deus est vita, est spiritus*, vel quando Patres dicunt Filium produci per intellectum, & non per voluntatem, viderunt illos intelligendos in sensu formali, imò & ipsi Scotistæ sic ipsos intelligunt, & non in sensu identico, ita quando attributa de Deo prædicamus, *Deus est sapientia, Deus est veritas, justitia, & misericordia*; voluerunt eas accipiendas in sensu formali, & non identico; sed hunc intellectum neque ex sanctis Patribus, neque ex Conciliis, de omnibus universim propositionibus de Deo enunciabilibus docere possunt, quin potiùs colligimus per rationem veram, cùm in Deo reperiatur formaliter omnis perfectio simpliciter simplex, secundùm propriam rationem suam formalem, ita ut una non destruat aliam, quasi absorbens rationem formalem hujus in suam propriam, neque destruit illas infinitas, quin hæc formaliter non sit illa, ut ait *Scotus*, consequenter justitia non sit misericordia in sensu formali, sed in sensu identico, & propterea dum dicunt Patres: *misericordiam esse justitiam, Deum esse sapientiam, veritatem*; debent intelligi in sensu identico, non in sensu formali, in quo hoc esset falsum: quando verò dicunt, quòd Filius non producatur per voluntatem, sed per intellectum, quia hoc esset falsum in sensu identico, colligitur, quòd non debeant intelligi in sensu identico; & quia id est verum in sensu formali, debent intelligi in sensu formali, ut benè Poncius *suprà*.

ARTI-

ARTICULUS III.

in quo

Comparando doctrinam cum doctrina, manifestatur, eam Scotistarum, in Deo compositionis exclusivam, Thomisticâ validiorem esse.

ASSERTIO II.

Tam solidè tamque valido fundamento Scotistæ in doctrina & sententia Doctoris Subt. compositionem à Deo proscribunt, ut ex illo velut lydio lapide probari debeat doctrina Thomistica de simplicitate divina, roburque suum mutuare; & quòd formalis ipsorum identitas cum distinctione virtuali ab illis asserta, non magis, imò minus excludat compositionem divinæ simplicitati repugnantem, quam identitas Scotistarum realis cum distinctione eorum formali, nisi recurratur ad rationem & solutionem Scotistarum, per quam tanquam per causam à priori declarari, & explicari debet ratio & solutio Thomistarum consistens in remotione conditionum à Deo, quas S. Thomas suprà requirit ad compositionem, divinæ simplicitati adversantem: consequenter quòd Scotistæ fortius, & immediatius de Deo demonstrent simplicitatem, quam Thomistæ, qui id præstant solùm à posteriori.

47. Lepida res est: Adversarii, velint nolint, ad *Scoti* lyram stare, & cum Scotistis intonare debent, si simplicitatem salvare velint per rationes, quibus arcent compositionem à Deo, quod mox, revidendo illas rationes, evidenter demonstrabitur in censum tanti zeli, quo illi, & asseclæ eorum non sunt contenti, ut exquirant & audiant à Scotistis, cur formalitatum pluralitas in Deo non inferat compositionem divinæ simplicitati repugnantem, sicut infert v.gr. in homine animalitas, & rationalitas; sed insuper satagant subvertere fundamentum, & rationes, ob quas Scotistæ cum *Scoto* excludunt à Deo compositionem. Veram quidem & propriam rationem, cur pluralitas attributorum illam in Deo non inferat, Scotistæ assignant infinitatem, & summam illam, & perfectissimam relationum, attributorumque cum divina essentia identitatem, ratione infinitatis, cujus munus est in ente infinito identificare illi omne realiter identificabile, ita ut secundùm Scotistas, cùm omnia in Deo per infinitudinem sibi sint perfectissimè identificata, realis illa identitas impedit, & excludit omnem componibilitatem, & quasi componibilitatem, cujus contrarium est in creatis, & finitis ex ratione infrà mox *n. 50.* & iterum *art. 4. à n. 60. ad 68.* & alibi referenda. Hic solùm ad præsens quæsitum producamus verba *Scoti* ad literam *1. d. 5. q. 2.* ubi ait: *Qualiter autem stat, quòd ratio relationis in re non sit formaliter eadem rationi essentiæ, & tamen in eodem concurrentes, non constituunt compositum, vel compositionem, hoc est, quia ista ratio est eadem perfectè illi: propter enim infinitatem unius rationis, quidquid potest esse cum ea, est idem perfectè sibi: perfectio enim identitatis excludit omnem compositionem & quasi compositionem, quæ identitas est propter infinitatem, & tamen infinitas non tollit formaliter rationes, quin hæc formaliter non sit illa. Non est igitur ex istis quasi compositum, & ideò nihil est ex eis quasi compositum ex actu, & potentia, sed est unum simplicissimum ex istis, quia una ratio est perfectè, imò perfectissimè eadem alteri, & tamen non est formaliter eadem; non enim sequitur, sunt perfectè eadem, etiam identitate simplicitatis: ergo sunt formaliter eadem, sicut tactum est, d. 2. & tangetur inferius d. 8. & eadem perfecta identitas excludit omnem aggregationem, quia idem non aggregatur cum seipso.* Ita Doctor. Hanc identitatem realem divinarum perfectionum stante distinctione formali, negant sufficere ad excludendam compositionem, an, & quàm solidè, videbimus in subjecto discursu de rationibus, quibus Thomistæ simplicitatem Dei tuentur.

Cur relegenda compositio à divinis in via Scotistarum.

Scotus.

48. *Prima ratio*, Cur dedeceat Deum omnis compositio, est, quòd compositum dicat dependentiam intrinsecam à partibus componentibus. *Secunda*, quòd compositum per dependentiam extrinsecam habeatur à causa efficiente. *Tertia*, quòd requirat actum & potentiam, quæ consistit in imperfectione partium modo explicato, *suprà n. 37.* & *infrà Controv. 3 per tot.* *Quarta*, quòd compositio in ordine partium ad totum, & totius ad par-

tes considerata dicat inadæquationem eorum in essendo, quæ non decet Deum. *Quinta* denique, quæ revocari potest ad tertiam, quia constituentium imperfectio non cadit in Deū. Has *suprà n.35.* recensuimus.

49. Hæ rationes, quibus Thomistæ probant de Deo simplicitatem, robur suum mutuant à ratione Scotistarum: nam *prima*, quæ non qualemcunque, sed intrinsecam dependentiā à partibus componentibus involvit, per se, & immediatè per rationem infinitatis velut formalem & propriam de Deo demonstratur à Scoto sic: Omne componibile habet rationē partis, at infinitum non habet rationem partis, quia pars ut pars potest excedi, contra rationem autem infiniti est posse excedi: ergo infinitum non est componibile: ergo quòd Deus non est componibilis ratione primæ cōditionis ad compositionem à S. Thoma requisitæ, & à Deo proscriptæ, est propter recursum ad infinitatem, nimirùm quia cùm infinitas quidquid est in Deo, non tollendo formaliter rationes formales eorum, quin hoc formaliter non sit illud, realiter & perfectissimè inter se identificat, fit ut talis perfecta idētitas realis excludat omnem compositionem & quasi compositionem, & licèt hæc eadem compositionis conditio à Deo benè removetur per rationem, & medium à Gonet *suprà loc. cit.* aliisque deductum à Dei primitate, *quòd sit primum ens, & in eo nihil prius & posterius, nec alio dependens*, ea tamen, cum secunda, non hæc prima conditio importet dependentiam è causa extrinseca efficiente, non est immediata, seu ab intrinseca contradictione, & ratione incomponibilitatis petitâ, hanc quippe ut à priori ex sola infinitate omnis partis nesciæ sumere, & sic simplicitatem divinam demonstrare oportet.

Justificatio primæ conditionis per rationē Scoti.

50. Nec secunda ratio, quòd *omne compositum habeat causam, qua conjugat & adunet extrema, quæ inter se diversa sunt*, Deus autem non habeat causam efficientem probat simplicitatē immediatè, quod probatur, nam vis illius argumenti consistit in hoc: causalitas eorū, quæ sui productionem & efficientiam physicam terminant, v.g. materiæ, & formæ, nō est simpliciter prima (necessariò enim præsupponit causalitatem efficientis priorem) ergo si Deus esset compositus, v.gr. ex materia, & forma, præsupponeret causalitatem causæ efficientis, non autem hujus, quia idem non efficit se cōjungendo materiam suam cum forma: ergo alicujus efficientis prioris, consequenter Deus non est compositus. Hoc argumento ipse Scotus *1.d.8.q.1.n.2.* probat, Deum non constare materiâ, & formâ, quod & subtiliter prosequitur ibi: subsumo, atqui vis hujus argumenti se non extendit ad exclusionem cujuscunque, sed ad summum, si ad aliquam, ad exclusionem talis, quæ vel immediatè est eorum, quæ sui productionem & physicā terminant efficientiam, ut materiæ, & formæ, & quæ eâ mediante ad eorum nexum consurgit, putà quæ est ex genere, & differentia, non tamen eorum quæ sunt in Deo, & quæ non sic terminant sui physicam efficientiam, & alterius generis compositionem habere possent: ergo non probat hæc ratio simpliciter simplicitatē Dei. Min. prob. Quia stante independentia ac prioritate Dei de facto aliqua sunt, ut relationes, & attributa, quæ à Deo infinitarum perfectionum pelago, velut causa emanativa pullulant, atqui si non esset aliud obstaculum compositionis in Deo, quàm independentia à causa extrinseca, compositio simplicitati contraria, evadi non posset: ergo &c. Prob. min. non solùm ex dictis *supra q.1.a.2.n.43.* sed & quia non est contradictio, quòd si ratio depēdentiæ separaretur à compositione, ut esto v.g. homo esset independens, & à se, risibilitas à rationalitate emanans, quia adhuc constitueret cum suo subjecto compositionem simplicitati contrariam, cùm homo in tali hypothesi esset verè risibilis: ergo quòd de facto sic non componant attributa & relationes, non est propter independentiam, sed infinitatem, sicut econtrà risibilitas, esto homo esset à seipso, adhuc componeret cum illo ob suam finitatem, & naturam limitatam.

Justificatio secunda per eundem Scotum.

Independentia à causa extrinseca non removet de se compositionem.

Confirmatur primò: Sic posset quis admittere relationes & relationes & attributa ab essentia realiter distingui, & nihilominus tenere talem unionem, & pluralitatem rerum non facere in Deo compositionem simplicitati repugnantem, eò quòd talis unio esset in Deo per independentiam ab influxu causæ extrinsecæ, esto sit plurium realiter distinctorum.

Confirmatur 2. Quòd aliqua extrema petant inter se identificari in uno supposito, quòdve eorum identitas talis vel talis sit, habetur à propriis rationibus suis formalibus; ergo quòd relationes, & attributa inter se, & cum essentia taliter identificentur in ente primo ut excludatur compositio, nō oritur præcisè & immediatè ex dependentia, vel non dependentia à causa efficiente extrinseca; sed vel ex infinitate extremorum, vel ex eorum limitatione, ratione cujus non identificantur, nisi imperfectè, & propter tertium. Probatur anteced. Quia non stat à causa extrinseca, dum extrema conjungit, ut quasi κατ' αὐτοκρατορίαν & ex præjudicio suæ causalitatis ad libitum in rebus compositionem faciat, & talem vel talem identitatem, sed *quando*, & *qualis* solùm ex eis nata est fieri, sic v.gr. ut scite *Mastrius* quāvis anima rationalis conjungeret se corpori absque ulla dependentia à causa efficiente extrinseca, verè faciet compositionem cum illo, propter intrinsecam & formalem suam rationem: ergo & propter eandem cum illo conjungi sic quoque causa extrinseca; similiter quando conjungit accidens cum subjecto nō potest efficere, ut illa compositionem per se efficiant, & non per accidens, qualis nempe ex eis fieri nata: quid ergo refert ad hoc dependentia vel independentia ad causam extrinsecam? Itaque ut teneat secunda ratio Thomistarum, quare à Deo excludatur omnis compositio, & simplicitas astruatur, resolvi debet,

& de-

& declarati ad infinitatem, quæ per realem, quam inducit, identitatem, omnem pervertit componibilitatem.

Dixi, *immediatè & præcisè*, puta tanquam per medium à priori seu rationem formalem & per se immediatam, nam per independentiam à causa extrinseca, eò quòd Deus sit independens & ens à se, probari quidem potest simplicitas divina, sed materialiter tantùm & mediatè, quatenus ex independentia rectè infertur infinitas, quomodo ipse Scotus *Quodl. 1. a. 1 & Quodl. 5. & Quodl. 7* probat Deum esse ens infinitum & illimitatum, quia, inquit, est prima omnium entitas à se in toto ordine entium, quod autem habet à se aliquid, habet illud in tota plenitudine, quæ sibi competere potest, nihil enim habenit limitatè in aliquo, nisi habeatur ab aliquo agente illud determinante ad certum gradum, unde si quid ex hoc inferri posset ad probandam ex independentia simplicitatem, non tamen nisi mediatè & remotè.

Scotus.

51. Quantum ad tertiam rationem de actu & potentia similiter per rationem infinitatis excluditur à Doctore *d. 8. q. 1. n. 5.* Omne componibile caret perfectione illius, cum quo componitur (per hanc carentiam Doctor potentialitatem exprimit) ita quòd illud aliud componibile non habet in se omnem perfectionem & omnimodam identitatem cum illo, quia tunc non posset cum illo componi: nullum autem infinitum caret eo, cum quo potest aliquo modo esse idem, imò omne tale habet in se secundùm perfectam identitatem; quia aliàs posset intelligi perfectiùs, puta, si haberet illud in se, sicut compositum habet, & istud infinitum non habet, contra rationem autem infiniti est simpliciter, quod ipsum possit intelligi perfectius, vel aliquid perfectius ex eo. Ecce quàm egregiè Doctor excludit à Deo potentiam & actum per rationem infinitatis, & *ex hoc*, inquit, *sequitur ulterius, quòd sit omninò incompositum*, puta Deus, *quia si sit compositum aut ex finitis aut ex infinitis: si ex infinitis, nullum tale est componibile ex probatis; si ex finitis, ipsum non erit infinitum, quia finita non reddunt aliquid infinitum in imperfectione, puta, potentia & actus*, &c.

Scotus. *Justificatio tertia.*

52. Quarta ratio Thomistarum, quòd in omni composito est aliquid, quod non est ipsum, adeoque à Deo excludenda compositio, utique resolvitur in infinitatem, quâ summam & perfectissimam infert omnium identitatem, hoc modo; in omni composito sunt partes, quæ non sunt ipsum compositum, sed in Deo nihil est, quod non est Deus, adeò ut in divinis est vera prædicatio per identitatem in abstracto: hujus rationem, quare id non contingat in creatis, Doctor assert *1. d. 8. q. 4 n 25.* dicens: ratio hujus differentiæ est ista: quia concipiendo abstractum ultimâ abstractione, concipitur quidditas absque habitudine ad quodcunque, quod est extra propriam rationem quidditatis; sic igitur concipiendo extrema, nulla erit veritas uniẽdo ea, nisi præcisè quidditas unius extremi sit eadem quidditati alterius extremi. Hoc autem non contingit in creaturis, quia ibi abstrahendo illas realitates, quæ sunt in eodem, puta realitatem generis & differentiæ, & considerando eas præcisissimè, utraque est finita, & neutra est perfectè eadem alteri. Non enim sunt alio modo eadem inter se, nisi propter tertium, cui sunt eadem, & ideò si abstrahantur à tertio, non remanet causa identitatis eorum, & ideo nec causa veritatis proportionis unientis extrema illa. *Hæc igitur est falsa, animalitas est rationalitas, & è converso, & hoc quacunque prædicatione: quia non tantùm extrema non sunt formaliter eadem, sed nec verè eadem: quidditas enim hæc præcisè est potentialis ad quidditatem illam*, & non est eadem illi, nisi propter identitatem ad tertium, à quo abstrahuntur: ergo abstractio illa tollit causam veritatis affirmativè unientis ea. *Scotus.*

Oppositum est in Deo, quia abstrahendo sapientiam à quocunque quod est extra rationem sapientiæ, & bonitatem similiter abstrahendo à quocunque quod est extra ejus rationem formaliter, remanet utraque quidditas, præcisè sumpta, formaliter infinita. Et ex quo infinitas est ratio identitatis eorum, factâ tali abstractione præcisissimâ, remanet ratio idẽtitatis extremorum, non enim hæc erant eadem præcisè propter identitatem eorum ad tertium, à quo abstrahuntur, sed propter infinitatem formalem utriusque. Hactenus Doctor, de quibus plura vide supra *n. 46.* infra in Responso ad objectionem *n 63. & 66. & 67.* unde quantumcunque quis abstrahat paternitatem à Deitate, Deitatem à bonitate, bonitatem à justitia, hæ semper sunt verissimæ, Deitas est paternitas. Deitas est bonitas, bonitas est justitia, & sic de aliis, quia infinitas est ratio sufficiens extremorum, adeoque cùm propter identitatem inclusam in utroque vel altero extremo salvetur earum veritas, consequens est nihil esse in Deo quod non sit Deus, seu quod non cadat in Deum. *Quarta conditio compositi, quòd in omni composito est aliquid quod non est ipsum*, igitur habetur ex ratione à *Scoto* adductâ, id est, ab infinitate ipsius Dei desumpta, robur quartæ rationis Thomistarum, sicut & ultimæ rationis, quæ ob imperfectionem quam compositum involvit illud à Deo per infinitatem arcetur, ut patet evidenter. Ex his videat Lector non constare sibi Thomistas, ut in Scotum invehantur, nam larvâ jam detectâ apparet firmiori stationis gradu militare Scotistas pro Dei simplicitate, quam Authores eum suis rationibus per Scoti rationem justificandis, quod amplius patebit afferendo & diluendo argumenta contra doctrinam Scoti inaniter allata.

Quarta conditionis robur est ab infinitate.

ARTICULUS IV.

IN QUO

Occasione primæ & secundæ conditionis adductæ supra, proponuntur objectiones in contrarium, ubi multa congeruntur argumenta, quæ ut in responsionibus patebit, illustrant potiùs, quàm impugnant sententiam Scoti.

§. I.

53. Contra hæc, quoad secundum, quâ diversitatem infert, & tertiam, iis surgunt Adversarii, assumi à nobis non esse diversas illas formalitates, quas *Scoti* distinctio infert, cùm ex natura rei sint distinctæ, proinde cùm duæ realitates nō possint coalescere in unam rem, quæ sit simpliciter una, nisi una se habeat, ut potentia, & altera, ut actus, sequetur compositio in Deo, quantum sufficit ad destruendam summam illius simplicitatem; si non physica, saltem metaphysica: sequela probatur: quia *compositio est distinctorum unio*, quæ si sint distincta realiter, erit compositio physica per se, vel per accidens, vel saltem per aggregationem; si verò sint distincta formaliter, secundùm arbitrium *Scotistarum*, compositio erit metaphysica, qualis est inter animalitatem & rationalitatem: realitas enim animalitatis & rationalitatis, ideò compositionem faciunt, quia una est potentialis ad aliam, unam autem esse potentialem respectu alterius, ideo est, quia formaliter distinguuntur: ergo si attributa & relationes ponantur ex natura rei formaliter distingui, essentia erit potentialis ad sua attributa & relationes.

Objectiones diversæ.

Confirmatur: Essentia divina in esse primario & quidditativo non includit illa attributa, sed tantùm quasi in esse secundario, quia dicuntur perfectiones secundariæ: ergo in primo signo naturæ erit in potentia ad illos: & cùm esse divinum ut prius attributis non sit per ea perfectum, erit ab iisdem perfectibile.

54. Instant amplius & urgent Scotistas, destruendo eorum principale fundamentum, quod refert Smising *tract. 2. d. 2. de simplicitate divina, q. 2. n. 2.* & alii Scotistæ passim dicentes, quòd compositionem à divinis arceat; & nos *supra n. 47.*

Primò: summa attributorum & relationum identitas, cum essentia & inter se orta ex infinitate eorum. *Secundò*: summa & ultima eorundem actualitas ac totalitas in essendo: ad compositionem verò requiri, ut realiter distinguantur, aut non sint in ultima actualitate, sed se habeant veluti actus & potentia; sed hæc nullatenus subsistunt.

Aureolus, Non primum, quia nulla identitas, seu ut ait Aureolus *1. d. 1. a. 2. fol. 75.* nullus transitus in identitatem, tollit compositionem, nisi quæ est illius generis cum transitu, ut si sit transitus secundùm rem, tollit compositionem solùm realem; si secundùm rationem, tollit compositionem rationis: sed attributa & relationes transeunt in identitatem secundùm rem, & retinent distinctionem formalem: ergo ille tollit compositionem realem, & relinquit formalem, ex natura rei, ut manifestè patet in gradibus metaphysicis animalitatis & rationalitatis, quæ non obstante tali transitu in identitatem realem, metaphysicam seu formalem ex natura rei, constituunt compositionem; nec juvat Scotistas infinitas, quia secundùm Scotum *1. d. 5. n. 14. Infinitas formaliter non tollit rationes, quin hæc formaliter non sit illa*: ergo nec tollit, quin hæc sit potentia, & alia actus.

Non secundum, quia quæ adunantur inter se tanto minus unum per se efficiunt, quanto magis sunt in ultima actualitate, sed constituunt unum per aggregationem, sive unum per accidens constans rebus coacervatis, ergo attributa & relationes si à parte rei sint distincta ab essentia, magis conferrent ad unitatem Dei, si haberent se ut actus & potentia, quàm omnia ponendo in ultima actualitate.

§. II.

Responsio prima ex mente Divi Thomæ.

Errant Adversarii, dum supponunt hæc vocabula *diversa*, græcè ἕτερα & diversitas ἑτερότης semper in rigore sumenda, & sic semper importare distinctionem realem strictè, & destruunt suppositionem S. Thomæ, qui ut ex sua doctrina colligitur, admittit in simplici formalitates diversas, id est, distinctas formaliter, sed non ut partes, quales sunt in composito, sed quales pro subjecta materia admitti exigitur, ad quid enim S. Doctor in secunda conditione posuisset, *quæ secundùm se diversa sunt*, nisi possent esse alia distincta, non tamen taliter diversa, quibus distinguebar illa *diversa* propria compositi. simile huic habemus ex verbis S. *Gregorii Nysseni l. 12. contra Eunomium*, qui volebat compositum fore, si ex divinorum significatione nominum distinctas in Deo perfectiones assereremus, & *Nyssenus* non obstante hac distinctione, esse identificatas in Deo perfectiones, nec ea reali distinctione distinctas, quæ est in nominibus & notitiis nostris, nec unam excludi à coexistentia alterius asserebat, dicens: *Quæ ita stupida* 55.

est,

Non quævis distinctio arguit compositionem.

est, ut ignoret divinam quidem naturam quidquid tandem secundùm essentiam est, esse unam & uniformem atque compositionis expertem, nec ullo modo in una quadam compositione spectari. Cum Nysseno S. *Thomas* concordat supra, quid de adunatis, & unitate compositionis, quæ sola & propriè secundùm se diversa sunt; & de adunatis unitate identitatis tenendum, sic nimirum poterat consequenter in tertia conditione dicere, quòd *illa diversa se debeant habere ut actus & potentia*, quia nimirum alia essent propter potentiam & actum, quæ non efficerent compositum: & in quarta, *quod non convenit alicui suarum partium*, quasi possit aliud totum inveniri quod conveniret, qui termini omninò significant S. Doctorem velle quod detur aliquod totum quod non sit compositum ex defectu illarum partium propriarum compositi, si enim nullum aliud totum esset constans quasi partibus, satis fuisset sancto Thomæ dicere omne compositum est, quod habet partes, & omne id, quod habet partes, est compositum, &c. non itaque exclusit universim omnem pluralitatem seu multiplicitatem quasi partium, sed qualitatem illarum, & dixit tales partes efficere compositum, illudque compositum esse, quia ex talibus fieret, quidquid tamen sit de hoc, convincuntur Adversarii aliunde, pro quo fit ad mentem Thomistarum responsio secunda,

§. III.

Responsio secunda ad hominem. Identitatem formalem cum distinctione virtuali non cribrare difficultatem à Thomistis allatam.

56. RESpondeo secundò: Adversarios sibi ipsis non constare, ut in Scotum invehantur, nam simili stylo & pari jure totum hoc argumentum in ipsos retorqueri potest, eâdem quippe ratione distinctio eorum virtualis ab ipso Deo petita, quatenus per illam reipsâ, secluso respectu ad creatures, sit virtualiter multus, id est, multas habens virtualiter entitates, faciet compositionem, quantum sufficit ad lædendam Dei simplicitatem, si non physicam, saltem metaphysicam, quia juxta illos ad illam tantum exigitur distinctio virtualis sive ratiocinatæ rationis, accepto fundamento ab ipsis rationibus, quæ inter se componuntur, ut videre est in animali & rationali, quæ propter solam virtualem distinctionem perficiunt compositionem metaphysicam; ergo secundùm Thomistarum opinionem continuò etiā in Deo astruenda compositio, vel si oppositæ sententiæ assertores præveniunt cōpositionem in Deo ratione infinitatis stante virtuali distinctione quæ in creatis propriam distinctionem inferret, quidni Scotus propter eandem infinitatem omnem compositionem removere poterit, quæ datâ distinctione actuali importatur in creaturis; quare paradoxum sanè est, quòd ideò excludant à Deo talem compositionem, quia Deus, ut ens infinitum, non est sub genere, & tamen Scotistis, qui idem ob eandem infinitatis rationem docent, omnemque actum & potentiam à Deo abesse validissimè ostendunt, compositionem obtrudunt, cùm è contra in sententia statuentium inter gradus componentes distinctionem virtualem sola ratione actuatam, admitti talem compositionem in Deo nil implicat in principiis eorum, cùm hoc nihil aliud sit, quàm quòd concipiamus cum fundamento in re, aliquos gradus communes quasi potentiales & indifferentes ad Deum & creaturam, finitum & infinitum contrahi & actuari, esto nihil horum sit à parte rei, præter fundamentum ad posse sic concipi, simili quippè modo ipsi concipiunt genus velut realitatem communem & potentialem ad differentiam ut actum, licèt à parte rei illa realitas potentialis, & altera differentialis sint secundùm illos una simplex essentia & actus, ergo si sic concipiamus divinam Naturam, nulla arguit in ipsa imperfectionem, proinde in ipsorum sententia potiùs quàm in nostrâ astruenda compositio.

Deus virtute multas habens entitates compositionem duit.

Nec solvunt *primò* modum, dicendo in natura creata esse fundamentum sic concipiendi, non autem in divina, eò quòd creata natura est multiplicabilis, non divina, ideoque ab illa non ab ista licet præscindere rationem potentialem ad plura; nam ut optimè Smiling *Tract. 2. de Deo, §. 2. q. 2. n. 57.* esse fundamentum concipiendi compositionem in Deo sufficit posse concipi gradum entis, ut multiplicabilem in plura entia, gradum substantiæ, ut multiplicabilem in plures substantias, &c. haud secus, sicut ipsi ponunt fundamentum ad concipiendam compositionem rationis inter genus & differentiam, quia natura generica est multiplicabilis in plures species, quòd autem ens infinitum non possit concipi tanquam ulteriùs multiplicabile, quasi in plura individua sub eâdem specie infimâ, non obstat, quin illud sit conceptibile ut compositum ex gradu generico & specifico, per seipsum individuo, id quod Thomistæ inficiari non possunt, docentes cum S. Thoma Angelicam speciem esse sic compositam ex genere & differentia specifica, esto species Angelica non sit multiplicabilis in plura individua sub ipsa, sed solum genus subalternum sit multiplicabile in plures species infimas, tam specie quàm numero per eandem differentiam distinctas, neque ad hoc ut aliqua species non respectu individuorum, sed respectu superioris, sub quo continetur proximè velut sub genere, v.g. sub spiritu, quæ ratio non possit dividi in solo numero diversa, sed in plura & essentialiter & numero diversa, ut Thomistæ dicunt. 57.

Fundamentum compositionis ex mente Thomistarum in Deo reperitur.

Secundò, nec solvunt modum dicendo, quòd Scotistæ loquantur de distinctione actuali ex natura rei, quæ infert in Deo com- 58.

Quare virtualis

po-

diſtinctio compoſitionem inferat.

poſitionem, ſecus eſt de virtuali, quæ ſalvâ eſſentiâ divinâ in ſuo conceptu includit omnes perfectiones divinas, ut licet per rationem ob virtualem multiplicitatem præſcindatur ab illis, illæ tamen in tali præciſione implicitè in illis continentur, ut v.g. ideo ſapientia non componit cum Deitate, quia licet ſecundùm explicitum conceptum non ſit eſſentia, eſt tamen ſecundùm implicitum, proinde cùm nihil ſit compoſitum ad ſe ipſum, nequeunt eſſe actus & potentia, cujus contrarium ſequitur ex diſtinctione Scoti ob contrariam rationem.

Ut hanc evaſionem finaliter præcludamus, lubet expendere exemplum quod adducunt de eſſentia & ſapientia: quando concipio explicitè eſſentiam tantùm, vel ſapientiam tantùm, tunc conceptus explicitus, ſalvâ continentiâ implicitâ, explicitè & ſecundùm eſſe præciſum excludit, inquiunt, conceptum ſapientiæ, & viciſſim ſi ſic conciperetur ſapientia, ita ut eſto duæ illæ rationes objectivæ ſeſe ſecundùm explicitam rationem non includant, altera tamen alteram includit ſecundùm rationem implicitam, cum virtuali diſtinctione à proprietate rei petita: atqui hoc ipſum ſufficit ad compoſitionem metaphyſicam ſimplicitatis divinæ ſubverſivam, eâm de facto ita in creatis compoſitio abſolvatur: quod probatur, gradus animalitatis & rationalitatis compoſitionem metaphyſicam adeuntes ſecundùm explicitum tantum ſeſe excludunt, quoad implicitum verò, minimè; quia gradus genericus & differentialis, ab unâ & eâdem entitate phyſicâ, ſeu ab eodem compoſitionis nexu accipiuntur; ergo ex hac ratione, quòd in explicito conceptu eſſentiæ, adhuc implicitè includantur in eſſentia divina attributa, & viciſſim in illis illa, cùm etiam animal & rationale ſeſe ſecundùm implicitum imbibant, & tantum ſecundùm explicitum excludant, non evitatur compoſitio: ergo ſi, ut in inſtantia dicebatur, realis identitas & infinitas non removeant rationem potentialitatis ab eſſentia divina, inconſequenter Thomiſtæ taxant Scouſtas, cùm ipſi eandem patiantur inſtantiam, cur pluralitas attributorum virtualis non inferat compoſitionem divinæ ſimplicitati contrariam, ſicut infert in homine unio animalitatis & rationalitatis, quæ ſecundum ipſos virtualiter tantùm diſtinctæ ſunt, hoc enim argumentum ad hominem, quærit cauſam, cur ex unione plurium formalitatum in homine virtualiter diſtinctarum ſequatur compoſitio metaphyſica divinæ ſimplicitati repugnans, non autem in unione plurium formalitatum in Deo eodem modo virtualiter diſtinctarum, ad hanc difficultatem, quo pacto illi reſpondent, & evitant compoſitionem, ſimiliter Scotiſtæ ſic reſpondendo evitabunt.

Retorſio ad hominem.

59\. *Nec* tertiò ſolvunt nodum denique dicendo in Deo omnia eſſe de eſſentia Dei, unde licèt unum attributum diſtinguatur ratione noſtrâ ab alio, & ab eſſentia, non tamen facere compoſitionem rationis, quia unum eſt de eſſentia alterius. Nam hæc reſpóſio vel relabitur in præcedentem, & ſic patiuntur inſtantiam in creatis, vel involvit implicantiam: nam ſi velint unum etiam ratione noſtrâ eſſe de eſſentia alterius, ſibi contradicunt: quomodo enim poteſt concipi unum ab altero diſtingui ratione, & tamen ratione eſſe de eſſentia illius? eo enim modo quo diſtinguuntur, unum non eſt aliud, & eo modo quo non eſt aliud, eo modo non eſt de eſſentia alterius, cùm itaque ratione diſtinguantur, inter ſe compoſitionem rationis facere nil prohibet, ut patet.

§. IV.

Reſpondetur tertio & directè ad argumentum.

Et opponitur Adverſariis ratio à priori, cur ex unione plurium formalitatum, v.g. in homine ratione animalitatis & rationalitatis datur compoſitio metaphyſica ſummæ ſimplicitati repugnans, non autem ex unione plurium formalitatum in Deo, & cur diſtinctionis & compoſitionis conceptus non ſint convertibiles.

Nunc reſpondeamus ad argumentum directè, & cauſam dicamus, quare eſſentia & attributa, idem eſt de relationibus, quantumvis ſint realitates ex natura rei diſtinctæ formaliter ad invicem, adhuc tamen ſint omnis expertes potentialitatis, atque unum omninò non unitate compoſitionis cujuſcunque, etiam nullam imperfectionem involventis, ſi talis datetur, ſed unitate ſimplicitatis, & primò quidem, ut incipiamus à forma argumenti, *aſſumptum illud* quòd duæ realitates non poſſint coaleſcere in unam rem, quæ ſit ſimpliciter una, niſi ſe habeant ut actus & potentia, ſic ſimpliciter, ut jacet, in omni ſua latitudine & generalitate prolatum, duas committit argutias meritò reprobandas. 60.

Argutia.

Prima eſt: quòd argumentum, quod trahitur à duabus realitatibus finitis & limitatis, ad realitates tranſeat infinitas & illimitatas, nullâ attentâ diſparitate, quæ tanta eſt inter Deũ & creaturam, quanta debet eſſe inter Deum ſeu ens infinitum, & non Deum ſeu ens finitum, ſcilicet diſparitas infinita, nam ens infinitum de ſe propter infinitatem ſuam, quæ etſi non deſtruat in ente infinito rationes formales realitatum attributalium, omnes tamen excluſâ omni componibilitate, eò quòd infinitum nequit habere rationem partis ut ſupra *art.3. & totâ Controv.3, videbimus*, perfectiſſimâ identitate reali ſibi invicem identificat, finitum ob contrariam rationem à ſua limitate petitam minimè, ſed neceſſe eſt, ut realitates illius

Diſparitas infinita.

lius, dum coeunt in unum sive compositione physica, sive metaphysicâ, conveniant per modum per se actûs & potentiæ ad constitutionem tertii, propter quod proinde non ratione sui conceptûs quidditativi sibi invicem realiter identificantur in illo ipso tertio ex eis constituto, sane ex hac disparitate inter realitates finitas & infinitas palpatur, quàm infundatè ab illis ad has trahebant consequentiam, inter quos unus est etiam Ariaga dist. 5. logicæ sect. 1. subsect. 3. n. 20. dicens ex mente Scoti in Deo debere admitti eam compositionem, quæ est in homine, quia etiam in Deo sunt prædicata communia & particularia: sed de hoc specie tenus in operis decursu.

Secunda arguria est, quòd sicut verum est realitates generis & differentiæ ideo facere compositionem, quia ob finitatem & limitationem suam, ob defectum totalitatis in essendo, ob accidentariam eorum conjungibilitatem una ordinata est ac potentialis ad aliá, ita genericæ realitatis potentialitas ad differentialem proveniat ex distinctione eorum formali, & in hac velut cardine juxta illos volvitur punctus difficultatis, estque velut petra offensionis, & scopulus in quem gradit vel lapsu præcipiti impingunt Adversarii, verùm non provenit ex illâ distinctione potentialitas, sed ex eorum finitate & limitatione, ad quam illis contingit non posse identificari nisi ratione tertii, ita ut si ab illo abstrahantur, quidditas unius extremi non manet amplius eadem quidditati alterius extremi, nec ullo modo prædicabiles de se invicem, ut supra ex subtilissimâ doctrinâ subtilis *Scoti* patet; secus est in divinis, ubi non obstante abstractione, non obstante distinctione formali unius realitatis ab aliâ adhuc manet eadem ob infinitatem, cujus munus est identificare quidquid est in ente finito.

61. Porro quia ex hac doctrina expendi debet tota difficultas, vel unico illā conformiter ad dicta, quòd potẽtialitas nõ nascatur ex distinctione formali, dispungamus exemplo de gradu animalitatis & rationalitatis; certum est, illas esse priùs conceptibiles, secundùm suas rationes formales, quàm esse easdem vel distinctas, prius est enim esse ens quàm sit passio illius: concipias itaque pro illo priori gradũ animalitatis, qui cùm intrinsecè finitus ac limitatus est, adeoque nequeat per suã rationem formalem sibi identificare realiter gradum rationalitatis & irrationalitatis, manifestum est, quòd pro illo priori animalitas de se ingerat suam potentiam, quod possit pro illo priori considerari, ut conjungibilis rugibilitati vel hinnibilitati; proinde consequens est non propter distinctionem aliquam, quidditatem animalitatis potentialem esse ad actum rationalitatis, sed propter indigentiam & indifferentiam ad actum contrahentem in animalitate pro priori signo deprehensam, ante secundum conceptum distinctionis ad quidditatem suam in secundo signo sequentis.

Objectio & Resp.

Si objicias: gradus istos esse formaliter idem, nec nisi per mentis abstractionem ità concipi, quæritur quomodo tunc rimaberis in illo formaliter eodem, distinctionem aliquam per tuam abstractionem, cùm secundùm *S. Thomam 1. d. 2, q. 1. a. 2. in corpore*, distinctio non sit rimanda à cognitione nostra, sed *ex proprietate ipsius rei*, id est, ab ipso fundamento rei: hoc ipsum fundamentum autem innuit ipsam distinctionem in illo fundamento existentem, ceu passionem in subjecto. non ergo in isto fundamento est formalis & summa identitas, vi cujus potius dicenda essent non distincta, & fundare modum, quo dicuntur formaliter & fundamentaliter idem, quod hic breviter respondeo ad interjectam objectionem, de quo alibi à proposito ostendendo nihil abstrahi & præscindi à se ipso, sed quidquid abstrahitur, ab alio abstrahitur, in eo enim fundatur id Aristotelis *2. Phys. t. 18. abstrahentium non est mendacium*, unde si quis vellet abstrahere animal ab animali, revera logicum faciet mendacium, & puram fictionem, secus si abstrahat animal à rationali.

Quid dicat præcisè animalitas de intrinseco.

Confirmatur: quia animalitas secundùm ultimam suam rationem quidditativam dicit duntaxat rationem *viventis sensibilis*, & ibi finit, manens indiga actus, seu ordinata essentialiter ad actum; non tamen existens de se determinata ad hunc actum, quocum componit v.g. rationalitatis, sed manet vi suæ rationis formalis sub negativâ indeterminatione ad actum oppositum v.g. irrationalitatis; quæ doctrina in ipsa rei natura fundata verissima est, sine fuga ad statum abstractionis; esto enim implicantiam dicat; quòd animalitas quæ est in homine physicè existat in mulo, attamen de se ita se habet in homine; ut non pro ingenii alicujus procaciâ quasi gratis ad oppositam formam intelligibiliter & logicè ordinari, & sic cum eâ componi possit, sed propter fundamentum à rei proprietate, seu ab ipsiusmet rationis intrinsecâ finitate & indigentiâ, quâ potentialitatem refert deprompttam, ita ut tota ratio *viventis sensibilis* æquè benè ac æquè univocè, cumque omnimodâ unitate conceptûs ab anima muli haberi possit, ac proinde quantum de se; & ex naturâ quidditatis talis identitas, quam habet de facto cum rationalitate illi sit quasi accidentaria, non quod dicat compositionem per accidens, quia animalitas est per se potentia, & rationalitas actus per se; sed cùm potentialitas essentialiter consistit in quâdam indigentiâ actûs, ad quem gradus animalitatis ex se non est determinatus ob negativam suam indifferentiam fiat, ut vi suæ rationis formalis potentialitatem referentis, sic ad oppositam differentiam negativâ indeterminatione indifferenti quasi accidat componi, & reali identitate identificari cum hoc actu rationalitatis cõtrahente, quæ identitas ideo à Scoto vocatur *identitas tertii*, quia non habetur vi conceptûs formalis, sed propter tertium, in quo ob imperfectionem infinitatis imperfectè tantùm identificantur.

Quid indifferentia negativa.

Jam

62\. *Compositio non convertitur cum distinctione in tota latitudine.* Jam depurata difficultate & purgato argumento negatur assumptum cum sequela, quæ cadit ex jam dictis, ad illius probationem respondeo, illud commune effatum, quòd *compositio sit distinctorum unio*, sic generaliter obtrusum, adversarius ad limam & dolabrum esse remittendum, adeoque ut insufficiens negatur, nam compositio enim & distinctio ut sic, non sunt conceptus essentialiter convertibiles, neque compositio est unio distinctorum utcunque, sed distinctorum verè componibilium, ut supra in hac *Controv. q.1.a.1.n.9* notatum est, id est, talium, quæ finita ac limitata sunt, consequenter ob defectum in essendo nequeat v. g. hæc entitas continere sibique realiter identificare alteram, adeoque necesse sit, ut velut actus & potentia veniat ad constitutionem alicujus tertii, licet igitur compositio inferat necessariò distinctionem, quia pars ut componens debet esse diversa ab alia compatte, non tamen è contra distinctio infert compositionem, nisi distinctionis extrema sint finita ac limitata, ex quibus conflettur compositio aliqua earum, quæ in argumento specificantur, hujus rationem doctrinæ, quam supra à priori reddidimus, jam à posteriori, vel in hoc monstramus, quod non statim ac ponitur distinctio excludatur simplicitas, aliàs supervacaneum esset tam operosè super hoc passu inquirere, & argumentum plus probaret, quàm Authores vellent, quia nempe distinctio personarum divinarum, & ipsa virtualis Thomistarum, innixa fundamento in re ante intellectûs operam, in suspicionem, quod læda simplicitatem, trahi posset; è contra verò mox ac ponitur compositio excluditur summa simplicitas, cui exitialis est compositio.

Quare licèt verum sit realitates generis & differentiæ ideo facere compositionem, quia una est potentialis ad aliam, gratis tamen dicitur, quòd potentialitas realitatis genericæ nascatur ex distinctione eorum formali, imo & irritè probant, argumento desumpto ex simplicitate divinâ, quia ut benè Poncius *in Curs. Phil.d.71.q.1.n.49.* ut hoc probaret aliquid, deberet aliunde constare, quod est in controversia, nempè quòd talis distinctio dicat imperfectionem & potentialitatem in distinctis, quare *revera si res benè examinetur*, inquit, *in hoc argumento petitur principium, quod tamen est Achilles adversariorum.* Amplius irritum agunt procedendo ab ente finito & potentiali ad ens infinitum, omnisque potentialitatis tot titulis expers, quot suam sibi vendicat infinitatem, quâ non solùm fit, ut ad eliminandam componibilitatem nulla entitas alteri minimè subordinetur, quin potiùs se habeant veluti perfectiones disparatæ, sed insuper omnes illas inter se reali identitate identificat, non materialiter & ratione tertii, sed quocunque præciso, quod sit extra illorum infinitam rationem formalem, ipsamet infinita essentia, & vicissim cujusvis attributi ratio infinita, est ratio identificandi necessariò perfectâ identitate, quamcunque alteram perfectionem, ut omnes realiter sint unum unitate simplicitatis non componibilitatis, cùm nulla sit in potentia, non tantùm ideo, quòd aliquid esset in potentia ad se ipsum, quod implicat, sed quia ad potentiæ rationem requiritur, quòd formalitas illa, quæ est in potentia, dicat aliquam indifferentiam negativam ad oppositas formas, quod nequit cadere in aliquod esse Dei, id quod à posteriori vel ex eo constat, quòd essentia divina nequeat concipi sub opposito formæ sibi debitæ, seu cui per realem identitatem conjungitur, v.g. nequit concipi sub inscitia sapientiæ oppositâ, nec sub injustitiâ justitiæ contrariâ, & sic de aliis.

Quid infinitas efficiat in ente infinito.

Et licèt nos latere non debeat, dari quoque essentias creatas, quæ in ratione principii metaphysici sub oppositis formis conceptibiles sunt, v.g. humanitas, cujus propria passio est risibilitas, concipi nequit, ut composita cum passione hinnibilitatis, est enim impossibile hominem esse sine risibilitate, non tamen talis impossibilitas repugnat homini ratione suæ entitatis: sed propter hoc, quod necessariò in se causet talem passionem, seu quod necessariò pullulet ex illa.

Dices: In principiis Scoti similiter omnia attributa divina emanativè egrediuntur essentiam divinam, quæ illa suo modo causat, ut *supra q.3.a.2.n.43.* & alibi. Ergo illa est præcisa causa realis identitatis. Antecedens patet, consequentia probatur, ex creatis v.g. humanitate & risibilitate; ideo enim unitivè & identicè continetur risibilitas in homine, quia profluit quasi passio ejus, ergo cùm idem sit de attributis divinis respectu essentiæ, sicut non obstat, quòd passio compositionem subeat cum subjecto, neque eam compositionem impedire potest illa identitas eorum realis: ergo idem dicendum est de attributis divinis inter se, & essentiam & illa. *Respondeo negando consequentiam*, ad illius probationem concedo antecedens, & nego consequentiam, quod hæc causalitas emanativa sit præcisa causa realis identitatis, sed est infinitas intensiva, ut si per impossibile omnis ratio pullulationis & causationis circumscriberetur à deitate, stante ratione formali infinitatis intensivæ perfectissimè sibi identificaret, quidquid ibi esse conveniret, unde infinitas est præcisa causa cur in divinis abstractum ultimâ abstractione possit verificari de alio similiter abstracto prædicatione identicâ, secus est in creatis, esto humanitas contineat verè realiter risibilitatem, hæc tamen non est concedenda, *humanitas est risibilitas*: nam humanitas, ut considerata in ultima abstractione non habet ex sua entitate quod identificet sibi realiter risibilitatem, sicut neque in divinis haberent attributa, v.g. bonitas, sapientia, misericordia, &c. Si infinitas circumscriberetur ab illis, quod ergo de facto sint sibi identificata, habent ex suâ infinitate, non ex pullulatione suâ,

63\. *Objectio.*

Causalitas emanativa non est causa identitatis realis.

quæ solummodo est, quia aliquid est causa necessariò alterius, vel quod necessariò ex uno pullulet aliud, quâ pullulatione circumscriptâ, sola infinitas sibi identificat, quidquid est sibi compossibile, omnemque componibilitatem, ut supra ostendimus ex ratione partis refugit & proscribit.

64. *Responsum ad hominem.* Ex his habetur, quid ad confirmationem sit respondendum, esto & illa contra adversarios retorqueri posset, dum saltem ratione essentiæ ab attributis, & attributa inter se distinguunt, quod sic spectata pro priori signo divina essentia ab intellectu nostro repræsentetur velut potentia, & attributa velut actus, & consequenter veluti metaphysicè compotentia ex actu & potentia, cum metaphysica compositio apud ipsos, non nisi secundùm nostrum concipiendi modum absolvatur, ex quo patet quàm debilibus fulcris hoc argumentum fulciant.

65. *Respondeo* tamen *directè* negando consequentiam, licèt enim in eo priori formalitas essentiæ, non sit formalitas attributalium suarum perfectionum, ea enim transcendentia rationum formalium conceptibilis non est cum distinctione ex natura rei, cùm tamen essentia pro illo priori infinita sit, infinito autem repugnet ex dictis supra esse potentiale, & insuper cum essentia contineat perfectiones attributales radicaliter & originativè pro illo priori ut infra suo loco per extensum, malè in argumento infertur essentiam sic spectatam esse in potentia.

66 *Perfecta identitas non est in tertio solum.* Ad instantiam *sub §. 1. hic n. 54.* quâ putabant stabilire argumentum, & premere Scotistas, quoad primum membrum, respondeo negando majorem, loquendo de transitu in identitatem illimitatam ratione infinitatis; nam aliud est de transitu in identitatem limitatam & imperfectam, ut patet ex dictis, ideo gradus metaphysici generis & differentiæ animalitatis & rationalitatis compositionem faciunt, quia animal rationalitati non copulatur vi suæ rationis formalis, sed solùm materialiter ratione tertii, quod constituunt, & ideo si abstrahantur ab illo tertio, nulla remanet ratio identitatis eorum; unde hæc ut supra, *animalitas & rationalitas*, & è converso, in quacunque prædicatione est, sive formali sive identica, id est, & realiter & formaliter falsa est, quia extrema non sunt formaliter eadem, sed nec verè vel realiter eadem, nimirum quia causa veritatis propositionis unicè is extrema illa per abstractionem ablata est, id est, identitas eorum *à tertio* illo quasi destructa est; oppositum est in Deo ubi rationes divinæ sunt perfectissimè idem, puta non propter identitatem ad tertium, sed propter infinitatem formalem utriusque vel alterius saltem, unde etiam in abstracto illæ prædicationes sunt veræ identicè: Sapientia est Justitia, Paternitas est Deitas, Deitas est Bonitas, *ut supra n. 45. & 52.* & alibi in hoc tractatu passim.

Ex quibus liquet, quàm abosivè in fine hujus membri trahant auctoritatem Scoti contra Scotistas, quòd scilicet *infinitas formaliter non tollat*, quin hæc formaliter non sit illa, adeoque non impediat compositionem, quin una formalitas sit potentia, & alia actus; quia ex hoc ipso loco sicut convincuntur adversarii, omnia in Deo in unam simplicissimam confundentes formalitatem de contradictione, quod cùm infinitas non destruat rationes formales, essent in Deo perfectiones simpliciter secundùm proprias rationes suas ut supponitur, & non essent, cùm omnes essent una simplicissima formalitas; ita convincuntur si infinitas non impediret compositionem, essent in Deo realitates infinitæ, & non essent: essent ut supponitur in eo te infinito; non essent, quia eo ipso quod componerent ut actus & potentia, quæ dicit indigentiam actus non omnia realiter sibi identificarentur, id est, non esset vi suæ rationis formalis, positivum illud cum quo impossibilis est indigentia, & negativa indifferentia ad aliquid, nimirum *infinitas*, adeoque essent finitæ, quod implicat: docebat itaque Scotus, propter infinitatem attributa divina non deponere proprias suas rationes formales in unicam simplicissimam formalitatem, ut adversarii prætendunt. 67.

Ad secundum demum instantiæ membrum, quo dicebatur quando adunantur aliqua ad invicem, tantò minus per se unum efficere, quantò magis sunt in ultimâ actualitate; jam etiam ex dictis est facilis solutionis, nimirum id verum esse de per se uno unitate unionis & compositionis, non autem unitate identitatis & simplicitatis, quomodo in Deo attributa & relationes dicuntur per se unum constituere per identitatem & simplicitatem, ratione infinitatis earum de se à Deo excludentis compositionem per aggregationem, cùm enim non sint finitæ ac limitatæ, implicat ex iis consurgere acervum partium dissolutarum. Ecce Achilles Thomistarum, quoad omnes partes confractus jacet, qui Controv. 2. & 3. per totum totaliter contritus, non habet unde resurgere queat. 68. *Tanto minus aliqua per se unum efficere, quanto magis sunt in ultima abstractione: quando verum?*

CONTROVERSIA SECUNDA.

An, & quomodo Scoti doctrina Dei simplicitatem Controversiâ præcedenti mediis communibus, scilicet ex infinitate & necessitate satis superque probatam, insuper ex mediis particularibus propugnet & tueatur.

SVMMARIVM.

1. *Deus non componitur ex materia & forma. à n. 69. usque ad n. 73 inclusivè.*
2. *Nec componitur ex genere & differentia. à n. 74 usque ad n. 79.*
3. *Rejicitur compositio ex partibus quantitativis ac integrantibus. à n. 80. usque ad 82.*
4. *Deus non componitur ex subjecto & accidente, quale in Deo non reperitur. à n. 83. usque ad n. 85.*
5. *Proponitur Poncius & sua rationes in oppositum n. 76. & 88. Idem retunditur à n. 81. usque ad n. 93. Item respondetur ad rationes, majoresque infirmantur à n. 94. usque ad n. 95. inclusivè.*
6. *Diluuntur qui volunt ex doctrina Scoti sequi compositionem ex subjecto & accidente à n. 96. usque ad n. 98.*
7. *Ostenditur adversarios relabi in sententiam Scoti à n. 99. usque ad n. 101.*



VT in densâ & extensâ hac disputatione, nihil sit vacuum de pleno, nihil inane de solido, descendamus cum Scoto *disputatione octava, quæstione prima, numero secundo*, ad compositionem particulari modo, & triplici differentiâ simplicitati oppositam, ex qua de reliquis compositionibus, quas recensuimus &c. indicandum, primo obrutii videbimus apud Scotum tanquam in editâ mentis suæ arce, non ex scripturis & fide tantum, sed rationum perspicuitate doctum, Deum esse ens, quod in cogitationem nostram cadere potest, præstantissimum, & sit

QVÆSTIO PRIMA.

An detur in Deo compositio ex materia & forma.

SVMMARIVM.

1. *Sententia negativa. n. 96. & seq.*
2. *Argumentis stabilitur. Ibidem.*
3. *Expenduntur & solvuntur objectiones, ubi & improbantur Anthropomorphitæ à SS. Patribus n. 71. & seq.*
4. *Quàm pravè quidam senserint Deum esse animam mundi, vel solem corporeum, vel ut alii plus fatuè, esse materiam primam. n. 73.*

ASSER-

ASSERTIO.

Ex doctrina Scoti à Deo abjicitur omnis compositio ex materia & forma, esto daretur materia & forma heterogenea à nostra, ex quibus non corpus, sed spiritus constitueretur.

69. *Scotus.* ASsertum hoc, Doctor *loco citato*, ab independentia & primitate Dei sic probat: causalitas materiæ & formæ non est simpliciter prima (necessariò enim præsupponit causalitatem efficientis priorem) ergo si primum esset compositum ex materia & forma præsupponeret causalitatem causæ efficientis, non autem hujus, quia idem non efficit se conjungendo materiam suam cum forma, ergo alicujus efficientis prioris: ergo Deus non esset primum efficiens, cujus oppositum, inquit, probatum est *disputatione secunda, quæstione prima*, majorem hujus argumenti probat tripliciter: *Primò*, causalitas materiæ & formæ includit imperfectionem, quia rationem partis; omne autem imperfectum reducitur ad perfectum, sicut ad prius se essentialiter, ergo causalitas materiæ & formæ non est simpliciter prima. *Secundò*, materia est in potentia passiva & contradictionis, quantum est de se, non petens unam formam potius quàm aliam, ergo ut sit sub hac forma, debet assignari causa prior, quæ & formam producat & ipsam cum materia uniat. *Tertiò*, omnis entitas una causata habet aliquam causam, à qua est unitas, quia non potest poni unitas in causato sine unitate in causa, unitas igitur compositi, cùm sit causata, requirit aliquam unam causam, à qua sit illa entitas causata; illa causa non est entitas materiæ nec formæ, quia utraque est entitas diminuta respectu entitatis compositi; igitur præter illas scilicet materiæ & formæ oportet ponere aliquam aliam, illa erit efficiens, & ita redit idem quod prius, quia omni composito ex materia & forma erit aliquid prius, his profectò irrefragabiliter probat Doctor Deum esse simplicem, quatenus simplicitas opponitur compositioni ex materia & formâ.

Quare Deus necessariò primum efficiens.

Imperfectum reducitur ad perfectum.

Unitas causati reducitur ad unam causam.

70. Dixi in assertione prima: *Esto daretur materia & forma heterogenea à nostra, ex quibus non corpus sed spiritus constitueretur*: ex quo fit manifestum, si Deus non possit componi ex tali materia & forma, cum quibus salvaretur ratio substantiæ spiritualis, multo minus ex materia & forma, ex quibus constitueretur corpus, & Deus corporeus, qualis compositio tantò plus Deum dedecet, quantò amplius absurditates contra Dei immortalitatem involvit, ut egregiè ostendit Gregorius Nazianzenus *quarta & decima tertia Oratione: Si*, inquit, *Deus esset corporeus, quid causa esse dicemus, quia ex iis elementis constet, & in ea omninò dissolvatur, nam compositio principium est pugna, pugna autem dissidii, dissidium solutionis, solutio prorsus est aliena à Deo primaq; natura. Quocirca nullum inest dissidium, ne sit aliqua solutio: neque pugna, ne dissidium oriatur: neque compositio, ne pugna existat*, ac proinde nec corpus quidem est, ne sit compositio

Gregor. Naz.

Nazianzeno accinit Arnobius *libro tertio adversus gentes: nostra, de hoc, sententia talis est*, inquit, *naturam omnem divinam, quia neque esse cœperit aliquando; nec vitalem ad terminum sit aliquando ventura, lineamentis carere corporeis, neque ullas formarum effigies possidere: quibus extima circumscriptio membrorum solet coagmenta finire. Quidquid enim tale est, mortale esse arbitramur & labile, nec obtinere perpetuam posse credimus æternitatem, quod extremis coercitum finibus, necessaria circumcludit extremitas*: id quod urget idem Nazianzenus à Dei immensitate, quia omnibus etiam gentilibus compertum est, Deum esse ubique: unde Virgilius 4. *Georg.*

Arnobius.

Deum namque ire per omnes
Et terras, tractusque maris, cœlumque profundum.

Sed si esset corporeus, non posset esse ubique, quomodo, memoratus Nazianzenus, *illud tueri poterimus, quòd à Scriptura dicitur Deum omnia pervadere atque implere? juxta illud, nonne ego cœlum & terram impleo, & spiritus Domini replevit orbem terrarum, si Deus partim circumscribat, partim circumscribatur? aut enim per vacuum hoc universum grassabitur, & res omnes nobis peribunt, ut sic Deus contumeliâ afficiatur, nimirum & qui corpus sit, & iis qua procreavit, careat: aut corpus in corporibus erit, id quod fieri non potest: aut implicatur aut opponetur: aut quemadmodum liquida invicem miscentur, ita ille alia secabit, ab aliis secabitur, quod ipsis etiam Epicuri atomis magis est absurdum & anile*, hîc iterum, *si Deus esset corporeus & organizatus*, ut supra Nazianzeno alludit Arnobius dicens: *sequitur ut aures habeat, curvis perterebratas anfractibus, oculorum orbiculos mobiles, superciliorum marginibus obnumbratos, suspensum imbricem narium munctionibus muculentis, & spiritalis commeabilem tractus: subactionibus ciborum dentes trinis generis atque in officia trina compositos: manus ministras operum articulis, digitis, & cubitorum mobilitate tractabiles. corporibus sustinendis pedes explicandis gressibus & suggerendis anticipationibus itionum*, quæ omnia de Deo cogitare, non solùm absonum est, sed plusquam absurdum.

Nazianzenus.

Arnobius.

Objectiones.

71. Neque contra hæc ullam habent solidam rationem vel authoritatem illi qui sunt de hæresi Antropomorphitarum, de quibus supra Controv. *1. q. 1. a. 2. § 3. n. 23.* objiciunt quidem *primò* id Genes. 1. v. 27. *& creavit Deus hominem ad imaginem suam: ad imaginem Dei creavit illum*: ergo cùm homo sit corporeus, consequens est Deum esse corporeum, cùm aliàs homo non referret imaginem Dei. *Secundò* objiciunt loca scripturæ, quæ tribuunt Deo oculos, aures, pedes, quæ ut dubiè debent esse in corpore, & hæc confirmant authoritate Tertulliani *l. 2. contra Marcionem c. 16.* ubi ait: *quanta erit diversitas divini corporis & humani, tanta erit & animi divini & humani differentia*, & *l. contra Prax. c. 7.* ait: *quis negabit Deum corpus esse, etsi Deus spiritus est? spiritus enim corpus sui generis in sua effigie.*

Tertullianus

Ad primam, Theologi in quæstionibus de operibus sex dierum abundè satisfaciunt, & author libri de essentia apud Augustinum *tomo 4.* Respondet: *non in corpore, sed in anima, non in exteriori homine, sed in ratione Deum fecisse hominem ad imaginem suam, anima quippe hominis ad imaginem facta est*: vel ut inquit S. Ambrosius *l. de dignitate hominis c. 2. imago diligentius ex interioris hominis nobilitate consideranda est. Primò siquidem ut sicut est unus Deus, semper ubique totus, & omnia vivificans, movens, & gubernans, sicut Apostolus confirmat: quòd in eo vivimus, movemur, & sumus, sic anima in suo corpore tota viget, vivificans illud movens & gubernans, neque in majoribus sui corporis membris major, & in minoribus minor, sed in minimis tota, & in maximis tota, & hac imago omnipotentis Dei quam anima in se habet, quasi quandam Trinitatis gerit similitudinem; Primò, quia sicut Deus est, & vivit & sapit: ita & anima secundùm suum modum est, vivit & sapit.*

Ambrosius.

72. *Est quoque alia similitudo Trinitatis in ea, quâ ad imaginem sui conditoris perfecta quidem & summa Trinitatis, quæ est in Patre, Filio, & Spiritu sancto, condita est, & licèt unius sit illa natura, tres tamen in se dignitates habet, id est, intellectum, voluntatem & memoriam: quod quidem aliis verbis designatur in Evangelio, cùm dicitur: Diliges Dominum Deum tuum, ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mente tua, id est, ex toto intellectu tuo, ex tota voluntate tua, & ex tota memoria tua; nam sicut ex Patre generatur Filius, ex Patre Filioque procedit Spiritus sanctus; ita per intellectum generatur voluntas, & ex utrisque procedit memoria.*

Loca Scripturæ, quibus Deo videntur tribui manus, oculi, &c. non sunt intelligenda secundùm corticem verborum, sed metaphoricè per quandam similitudinem, quomodo S. Augustinus ait: *Dico quòd Deus totus oculus est, totus manus, totus pes est*; totus oculus est, quia omnia videt, totus manus est, quia omnia operatur; totus pes est, quia ubique est; sic partium corporearum adumbratione res divinas agrestibus & rudioribus explicamus, ut cùm oculi ei attribuuntur, quòd omnia videat, exprimitur; quando auris quod omnia audiat, cùm digitus significantia quædam voluntatis proponitur, cùm nares quòd omnia percipiat, cùm manus, quòd omnis creaturæ author sit, non quòd lineamenta habeat, aut membra, membrorumque officia. Plura de hoc vide apud Augustinum tom. 4. in appendice de essentia divinit. & l. 1. de Genes. contra Manich. c. 17.

Quomodo Deus totus oculus, manus, pes, &c.

Tertullianum quod attinet, illum Augustinus *l. 10. in Genes. c. 25.* & iterum *l. de hæres.* ad Quod vult eum hæresi 86. ubi Tertulliani commendatores excusant illum ab hæresi, dicentes: illum *corpus* accipere pro *solido*, id est, pro ente opposito inani, vacuo & nihilo, quia multis in locis dixit, id nihil esse quod non est corpus, & nihil esse incorporale, nisi quod non est, & omne quod est, corpus est sui generis, hinc igitur August. *loc. cit.* de ipso dicit: *non creditur hinc factus hæreticus, etiamsi Deum corporeum esse dicit, posset enim quoquo modo putari ipsam naturam divinam corpus vocare, non tale corpus, cujus partes aliæ minores, aliæ majores valeant vel debeant cogitari, qualia sunt omnia quæ propriè dicimus corpora, quamvis de anima tale quid sentiat; sed potius, ut dixi, propterea putari corpus Deum dicere, quia non est nihil*: itaque secundum dicta, Tertullianus non vult Deum esse corporeum eâ ratione, quâ corpus opponitur spiritui, quamvis etiam dici posset Tertullianum errasse, sicut & in quibusdam aliis, de quo non est curandum hoc loco.

Tertullianus excusatur ab hæresi.

Ex his elucet, quantis tenebris involuti fuerint antiqui quidam Philosophi, qui ut refert S. Augustinus l. 7. de civitate, arbitrati sunt Deum esse animam mundi, & singulas ejus partes informare, sicut anima informat partes corporis humani: quod etiam asseruit Almaricus damnatus in Conc. Lateran. cujus, inquit Concilium, mentem sic pater mendacii excæcavit, ut ejus doctrina non tam hæretica, quàm insana sit. Patet etiam quàm pravè senserint de Deo alii cum Manichæis, ut refert Augustinus *hæres. 46.* volentes Deum esse lucem illam corpoream animantium mortaliū oculis adjacentem, & magis pravè illi de Deo loquuntur, qui cum Hermogene dicunt, materiam primam esse Deum, cui stultitiæ adstipulatus est quidam David de Dinando, qui ut dicit S. Thomas *1. p. q. 3. a. 8.* stultissimè posuit Deum esse materiam primam.

Augustinus.

Thomas.

QUÆ-

QUÆSTIO SECUNDA.

An sicut per doctrinam Scoti abjicitur à Deo compositio ex materia & forma, ita per eandem abiicienda sit à Deo compositio ex genere & differentia?

SUMMARIUM.

1. *Scoti judicium de hoc affirmativum, SS. Patribus conforme. n. 74.*
2. *Patres, qui aperte & qui explicitè Deum excludunt à prædicamentis. n. 75. & 76.*
3. *Optimis rationibus Scoti sententia fulcitur. n. 76. §. Insuper.*
4. *Opposita fundamenta convelluntur. n. 78.*

ASSERTIO.

Doctrina Scoti omninò eximit Deum à prædicamentis.

74. *[Scotus.]* ASsertum nostrum *Scotus* egregiè ostendit *disputatione octava, quæstione tertia, numero decimo sexto*, & probat authoritate & ratione ibidem §. *Teneo opinionem meam*, estque ea sua opinio consona sanctis Patribus, qui ad duas opiniones reducuntur, prima est eorum qui manifeste eximunt Deum à prædicamentis, omne à Deo genus & differentiam. Secunda eorum, qui idem implicitè asserunt, aliquos eorum producamus.

Proponuntur Patres qui apertè Deum à prædicamentis eximunt.

75. *[Cyrillus Alexand.]* CYrillus Alexandrinus, *undecimo Thesauri capite primo*, *Deus non habet substantiam differentiarum, eò quòd simplicissimus sit, differentiæ autem in compositis solùm inveniatur.* *[Clemens Alexand.]* Clemens Alexandrinus *libro quinto Strom. cap. 5.* *Deus ineffabilis & indicibilis est, quia neque est genus, neque differentia, neque individuum.* *[Cassiodorus.]* Cassiodorus, *in illud Psalmi secundi*: Dominus dixit ad me *non potest substantialiter per genus & differentiam ad ejus pervenire, quod magis creaturis, quàm Creatori videtur convenire.* *[Anselmus]* Anselmus in *Monol. capite vigesimo sexto ait: substantiam divinam nullo communi substantiarum tractatu includi, à cujus essentiali communione omnis materia excluditur.* Bernardus, *ad Fratres de monte* *[Author l. de vita solitaria.]* Dei; vel quisquis est author illius *libri de vita solitaria circa finem: Ipse est summa substantia non subjecta prædicamentis vocum.* *[Augustinus,]* Augustinus *libro de cognitione veræ vitæ capite tertio. Decem prædicamentis cunctam humanam conditionem includi, & ab his omnibus proprietatem summæ essentiæ evidenti ratione penitus excludi.*

Patres qui idem implicitè docent, sunt

76. *[S. Dionysius.]* SAnctus Dionysius *capite primo & secundo de divinis nominibus*, dicens: *Deum esse super substantiam.* & *capite septimo, Deum cognosci omnium quæ sunt detractione, ignoratione, fine omnibus.* *[Augustinus.]* Augustinus *libro septimo de Trinitate capite quinto, manifestum est, Deum abusive substantiam vocari.* *[Damascenus.]* Damascenus 1. *de fide, capite quarto, Deū non esse quidquam eorum quæ sunt, sed supra ipsum esse, aptiusque ex omnium rerum sublatione atque inficiatione orationem de illo haberi.* *[Evagrius.]* Unde meritò concludit Evagrius apud Socratem *libro tertio, capite septimo*, quòd omnis propositio, vel genus continet quod prædicatur, vel speciem vel differentiam, vel proprium vel accidens, vel quod ex iis componitur. Nihil autem in SS. Trinitate ejusmodi potest accipi, cùm nihil est eorum, quæ inveniuntur in rebus creatis, si enim in conceptu entis vel substantiæ cum aliis substantiis juxta Patres non communicat ens vel substantia respectu Dei, genus esse non potest: & mox infra amplius in responso ad objectiones.

[Nullum infinitum est potentiale.] Insuper hanc Scotus opinionis suæ veritatem ratione probat, quòd genus & differentia sint potentia & actus ex natura rei distincta hoc modo: genus sumitur ab aliqua realitate, quæ secundum se est potentialis ad realitatem à qua accipitur differentia, sed nullum infinitum est potentiale ad aliquid, ergo nullum infinitum habet genus ad differentiam. Major patet, nam certum est ex ipsa linea prædicamentali tam substantiæ quàm accidentium, gradum genericum es-

e realitatem [illegible] ad diversas species ad [illegible] quod sit potentialis ad [illegible] propios, sic genus [illegible] corpus per mat[illegible] per immate[illegible] [illegible], & ideo A[illegible] 8. *Metaph. capite primo* ait [illegible] qu[illegible] finitio [illegible], id est, *partes habet*, & i[illegible] fra *capite tertio* [illegible] *definitionem esse sermonem longum*, & inde, *siquidem* [illegible] *aliquid de aliquo significat oratio definitiva*, & *oportet hoc quidem* [illegible] ut materiam, illud verò formam e[illegible], quam authoritatem Doct[illegible] subtilis ratione confirmat, quia [illegible] illa realitas, a qua accipitur genus, esset verè tota quidditas rei, solum genus compleré definiret, id enim definit complete, quod explicat totam quidditatem definitt, & tunc differentia superflueret, itaque genus ex se non inducit conceptum differentiæ per quam contrahitur, sed dicit formaliter distinctam realitatem potentialem ad aliam [illegible] a qua accipitur differentia ad quam contrahitur. Minor probatur etiam, quidquid est potentiale & determinabile per aliud, per illud etiam actuatur & perficitur, nam sicut materia, quæ per formam determinatur, per eandem perficitur & actuatur. Sic dicendum proportionaliter de

Genus & differentia se mutuò excludunt.

genere quod actuetur per differentiam: atqui nullum infinitum potest per aliud actuari & perfici, infinitum siquidem est, quod includit in se omnes perfectiones sibi compossibiles, cum enim bonum est ex integra [illegible] velut [illegible] deficient perfectione, non obtineret amplius [illegible] infiniti, consequenter etiam [illegible] conceptus generis non inducit conceptum differentiæ per quam contrahitur, [illegible] potest in Deo ente infinito [illegible] distinctus conceptus genericus, adeoque neque Deus constitui, nec compo[illegible] ex [illegible] & d[illegible]. Hæc ratio Scoti [illegible] illustr[illegible] teste [illegible] genus & differentia sunt partes metaphysicæ speciem componentes, & sese mutuò excludentes, genus erunt in suo conceptu, ne quidem implicitè includit differentiam, nec differentia genus: sed impossibile est, in ente infinito dari duas realitates infinitas se invicem excludentes, & quarum una implicitè alteram non includit aliam, alias in ente infinito daretur aliqua ratio quæ in suo conceptu aliquid imperfectionis involvat & sic [illegible] infinitum, ergo [illegible] repug[illegible] infinito dari aliquem pe[illegible], quæ à [illegible] aliam excludat [illegible] repugnat in [illegible] dari compositionem ex genere & differentia.

77. Contradictio, finitum componi cum infinito.

Confirmatur [illegible] impossibile, quòd essentia [illegible] sit [illegible] infinitum & [illegible] duabus [illegible] & [illegible] sunt quid [illegible] & limitatum in genere en-

tis, [illegible] genere [illegible] tentia [illegible] esse in [illegible] minus scilicet [illegible] substantiam esse in [illegible] sit termi nat [illegible] termini [illegible] aliquam substan[illegible] constat genere & differentia [illegible] quidem est ex rationibus finitis [illegible]. Plura de his infra [illegible] versia tertia, quasi per totum [illegible] præcipue *quæstione 2.*

Hæ rationes quæ ex Scoto eliciuntur, demonstrant efficaciter opinionis suæ veritatem [illegible] secus illæ [illegible] quibus, ut bene [illegible] Smising *tractatu secundo, disput. 2. numero 60.* excogitandis & refutandis frustra [illegible] rantur.

Aut [illegible] objectiones contra assertionem Scoti probatam.

78 Augustinus.

Adversus dicta reponuntur Pa[illegible] qui velle videntur aliqua [illegible] ta Deum co[illegible] nere, & *primò* A[illegible] *de Trinitate capite 7. 8.* [illegible] &c. [illegible] *de tempore* docet [illegible] Deu[illegible] propriè [illegible] dicamenta substantiæ, [illegible] qualitatis vero, quantitatis, [illegible] tus, temporis translatitie [illegible] phoricè. Similiter sanctus Dam[illegible] *lomentatio capite septimo* ait: *summi principi* [illegible] *neris substantia species esse* [illegible] *primum* [illegible] *poto vacat* & *corpus inanimum* [illegible] *complectitur essentia corpore vacans Deum, angelum, animam, dæmonem.* Et d[illegible] Boetius *libro primo de Trinitate* dicit [illegible] lum præ[illegible] substantiæ & [illegible] in [illegible] divini, ergo supponunt [illegible] Patres in Deo verè reperiri genus & differentiam.

Boetius.

79.

Quantum hic d[illegible] ni, [illegible] H[illegible] *Pymandro Trismeg[illegible] tertia comm[illegible] 2. quæstione decima quart[illegible] capite [illegible]* nem Da[illegible] substan[illegible] Deum, Angelos, &c. [illegible] *substantia*, pr[illegible] & differentia [illegible] quod non est [illegible] optime [illegible] *loco citato numero vigesimo quar[illegible] argumenta pro secunda opi[illegible]ne* R[illegible] Smising *supra citato numero 62.* [illegible] Patres his loque[illegible] [illegible] dari conceptum in adæquatum [illegible] entibus aliqui [illegible] prædic[illegible] D[illegible] & [illegible] adeoque in [illegible] aliquam [illegible] abstrahibilem ab [illegible] seu

Smising.

seu adæq... ratione prædicamenti, & illam ... præcisam exutamque ab imperfectione ... Deo propriè reperiri, in aliis ... entis, quæ Deum omnino de... præter transcendentalem entis, ... conceptum specialem, qui valet per ... præcisionem propriè applicari ad Deum ... sed per similitudinem duntaxat, & ... quandam metaphoricam, atque ita *Doctor subt.* explicat S. Damascenum, & Boëtium, deque deducit ex verbis Damasceni, *in Elementario, c. 8.* dicentis: *Substantia quæ continet substantialiter increatam Deitatem, ... ter autem, & contentivè omnem creaturam, generalissimum est genus.* Nā ubi dicit substantia... ter, ... non contentivè, id est, secundùm in... adæquatam rationem, & non cognoscibiliter, id est, secundum confusam & imperfectum ... um con venire cum contentis in ge... substantiæ, manifestè indicat Deum esse ... ter supra limites substantiæ prædica... contra, quia contentivè, & cognos... ... vet omnem creaturam, illa in ... ito est. Quare noster Frassen, ... Deo, d. 3. qu. ... art. 1. nu. ... §. vero conse... ...: quamvis cum ... nobiscum, ta... ... Scoto ait ibuit alium hujus ... intellectum, dicens: *Hoc est, in... ... tor, substantia prædicamentalis continet ... formaliter Deitatem, sicut continet creaturam,* ... inquam, cum Doctor contra... prorsus ... Damascenum ... his verbis: *Non igitur dicit, putà Da... enus, substantia quæ est genus generalissimum, continere contentivè Deitatem, sicut continet creaturam, sed &c.* deinde quomodo si ... prædicamentum formaliter conti... Deitatem, illa ut sic contenta in illo, erit supra limites prædicamenti substantiæ, & abstrahibilis ab imperfectione generis, & adæquatâ ratione prædicamenti: igitur contineri sub aliquo substantialiter juxta Scotum ad mentem Damasceni, est continere non contentivè, consequenter Deitas non formaliter continetur in prædicamento, sicut continetur creatura, sed secundùm confusam, & inadæquatam rationem abstrahibilem à ratione prædicamenti, ac eâ ratione verum est, substantiam non prædicari genericè de Deo sicut de creatura, sed substantialiter quatenus scilicet conceptus substantiæ Deo accommodatus excludit omnem imperfectionem & limitationem quæ reperitur in conceptu generico prædicamentali, à quo per consequens Deus excludi debet.

Eandem porrò explicationem Boëtio convenire (quamvis notet Doctor allata ex Boëtio non inveniri in eo nisi tantùm argutivè) ex ipso similiter Scotus colligit Boëtio *l. 1. de Trinit. circa medium*: ubi cùm *c. 6.* recensuisset decem prædicamenta, in quæ ens ut sic distribuitur, subdit: *Ad hæc cùm quis in divinam verterit prædicationem, cuncta mutantur, quæ prædicari possunt, aliquid verò omnino non potest prædicari, nam substantia in illo non est verè substantia, sed ultra substantiam.* Item qualitas, & cætera quæ evenire queunt, quorum ut amplior fiat intellectus, exempla subdenda sunt: nam cùm dicimus Deus, substantiam quidem significare videtur, sed eam quæ sit ultra substantiam, cùm verò justus, qualitatem quidem, sed non accidentem, sed eam, quæ sit substantiæ, sed ultra substantiam. Ex his Doctor concludit Boëtium modo explicato esse intelligendum, & prædicata Deo convenientia præscindere, & supergredi limites prædicamentorum.

QVÆSTIO III.

An doctrina Scoti rejiciat à Deo compositionem ex partibus quantitativis ac integrantibus?

SUMMARIUM.

1. *Potentia infinita non potest esse in magnitudine finita.* n. 80.
2. *Potentia extensa per accidens eò efficacior est, quo major est magnitudo, sed non ideo intensior.* ibid.
3. *Potentia infinita non potest esse in materia, nec per se.* n. 81.
4. *Nec extensa per accidens.* ibid.
5. *Explicantur loca Scripturæ, & abigitur delirium Anthropomorphitarum.* n. 82.

ASSERTIO est affirmativa.

PRobatur à Doctore *d. 1. qu. 1. num. ...* ratio... Arist. ... *ex ... Physicorum, & 12. Metaph.* ... qu... similiter hic prosequitur, Deus est potentia infinita, atqui potentia infinita non potest esse in magnitudine finita, extensa per accidens ad extensionem magnitudinis, ergo, &c. Major patet, Minor probatur: Quæcunque potentia est extensa

 per

per accidens, cæteris [illegible]ribus, major est & efficacior in majori magnitudine, licèt non sit major, id est, formaliter extensior, ut v.gr. si calor sit in tota quantitate cubitalis, extensus in tota illa quantitate, & ille calor sit extensus ut quatuor: data quacunque quantitate illius caloris, erit intensa ut quatuor, ut patet, & tamen calor ille extensus in illa tota quantitate est efficacior, quàm sit in una parte illius quantitatis, & hoc patet per experientiam, consequenter omnis talis potentia per accidens extensa, quamdiu est in magnitudine finita, potest intelligi crescere in efficacia per augmentum magnitudinis, sed quamdiu intelligitur posse crescere, non est infinita secundùm efficaciā, proinde cùm non detur aliqua magnitudo infinita, erit illa potentia finita, quamdiu est in magnitudine finita extensa per accidens, est intensivè finita, & non infinita, quia infinitas non potest esse sine infinitate in efficacia: ergo à primo ad ultimum, potentia infinita nequit esse in ma-

Potentia extensa per accidens, eò efficacior est, quò major magnitudo, non intensior.

81. gnitudine finita.

Dixi aliquoties, extensa per accidens, ad excludendum effugium, quòd potentia infinita non sit in magnitudine finita, extensè per se, sed per se inextensè quamvis extensa per accidens, quomodo v.gr. anima intellectiva, etsi haberet infinitam potentiam intelligendi, non tamen est ideò extensa per se, sed per accidens, & non est major in toto, quàm in qualibet parte, sed tota in toto, & tota in qualibet parte; contrarium evincit *Scotus* sic: in omni extensione aliqoid extenditur, vel si extensio erit aliquid per se existens, aliquid esset forma informans extensionem, extensa per accidens, v.gr. si superficies cubitalis separata esset, quæ diceretur extensa per se, & albedo informaret illam], illa albedo erit extensa per accidens; si ergo potentia infinita ponatur in magnitudine, quæritur, quid est illud quod est extensum ipsa magnitudine? non ipsa potentia infinita, quia illa non posset esse extensa, nisi magnitudine infinitâ, quæ non est dabilis, ut supponitur, nec ipsa potentia infinita perficit illam magnitudinem, sicut forma perficit materiam, quia potentia infinita non est in materia: ergo oportet ponere materiam extensam istâ magnitudine, quâ mate-

Potentia infinita nec per se, nec per accidens, est in materia.

Scotus.

ri[illegible] potenti[illegible] te[illegible] ve corp[illegible] magnitudine per se exten[illegible] animam intellectivam [illegible] nulla materia est in haben[illegible] in infinit[illegible], quomodo dicit Ar[illegible] *Motorem primum non esse in materia*, [illegible] *entem* item *substantiam æternam, non mobilem abstractam ab omnibus materialibus*, ad[illegible] que [illegible] immaterialitate de Deo præostensa, ex Philosopho per *Scotum*, ratio allata, efficaciam habet.

Aristoteles.

Huic argumento, præter illud suprà allatum, adde quæ habes *Controv.1.quæst.1.art.2.* *§.2.num.22.* & *à num 41. usque ad 68.* præter tim quartum, & quintum de infinitate [illegible] & summa illius actualitate desumptum quæ velut essent rescripta hoc numero pro majori assertionis robore veniunt, seleg[illegible]ida [illegible] n[illegible] aliud pro ea restat, nisi ut solvatur argumentum ex Scripturis depromptum; nam 82.

Objiciunt Antropomorphitæ: Quan[illegible] & situs arguunt partes integrantes, [illegible]o a Scripturis attribuuntur *primò* q[illegible] *Job 10. Excelsior cælo est, & quid facies profundior inferno, & unde cognosces: longior terrá mensura ejus, & latior mari. Secundò* [illegible]itus nam *Isaia 6. Vidi Dominum sedentem* [illegible] nequeunt negari in Deo partes qua[illegible], & integrantes.

Ad hæc communiter responde[illegible]ur [illegible] S. Thoma, ea non attribui propriè, sed [illegible] secundùm aliquam similitudinem, quâ per quantitatem molis rudioribus exp[illegible] quantitas virtutis, per *profunditatem* v[illegible] cognoscendum abdita & occulta [illegible] per *altitudinem* præstantia fortitudinis super o[illegible] per *longitudinem* duratio sui esse, per *latitudinem* affectus amoris & dilectionis ad o[illegible] Seu ut ait Dionysius [illegible] *de divinis Nominib. c. 9.* latitudo dicenda est immensa Dei ad [illegible] processio, longitudo autem usque ad omnia pertingens, profundum verò obscuritas, & ignorantia, quia rebus omnibus comprehendi non potest. sic discurrendum de [illegible], ut quando dicitur Deus stare, innuitur Dei immutabilitas, & fortitudo, sicut per sedere authoritas divina.

Sanæ Scripturæ [illegible] referatur.

QVÆ

QUÆSTIO IV.

An eadem doctrina Scoti removeat à Deo compositionem ex subjecto, & accidente, & quòd nullum Deus in se habeat accidens realiter à se distinctum?

SUMMARIUM.

1. *Compositio ex subjecto & accidente tam spirituali, quàm materiali excluditur à Deo.* n. 83. & seq.
2. *Placitum Poncij proponitur*, nu. 86. *ejusque rationes.* n. 87.
3. *Diluuntur à nu. 88. usq; ad 95.*
4. *Quare apud Deum non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.* n. 90.
5. *Quid SS Patres de hoc.* ibid.
6. *Argumentum Poncij diluitur* n. 94. *& fundamentum ejusdem infirmatur.* ibid.
7. *Proponuntur Thomistarum molimina contra Scoti doctrinam.* n. 96.
8. *Qualiter relationes originis sint essentia divina subsistentes?* n. 97.
9. *Attributa non denominant per modum formæ denominantis.* n. 98.
10. *In qua notione dicantur accidentia.* n. 99.
11. *Deitatis constitutio physica, & metaphysica quomodo concipiatur.* n. 100.
12. *Refelluntur adversarij in sententiam Scoti* ibidem, & n. 101.

ASSERTIO.

Doctor Subtilis ad tuendam plenius Dei simplicitatem subtiliter ostendit abesse procul à Deo compositionem ex subjecto, & accidente tam spirituali, quàm materiali.

83. HAnc quæstionem obliquè attigimus suprà *Controv. 1. quæst. 1. art. 2. nu. 20. & seq.* hic eandem ex professo tractandam suscipimus, & quidem partem affirmativam, quam cum *Scoto*, & communi Theologorum tenemus, Probat Doctor, *eâdem dist. 8. qu. 1. num. 12.* quia Deus, inquit, non est materialis nec quantus, ideò nō est capax alicuj⁹ accidentis materialis convenientis rei materiali, sicut est qualitas rei materialis: ergo tantùm est capax eorum quæ conveniunt spiritualibus, putà intellectionis, & volitionis, sed talia non possunt esse accidentia; & potest clarius sic proponi: Si Deus esset capax accidentium maximè accidentium vel spiritualium, vel materialium, neutrum dici potest. Non *primum*, cùm enim Deus sit spiritualis nullis constans partibus integralibus, aut quantitativis, non potest recipere accidentia materialia; Non etiam *secundum*, quia si ullorum maximè intellectionis, & volitionis, sed hæc in Deo non possunt esse accidentia, id quod subtiliter Subtilis Doctor probat, quoad intellectionem & volitionem respectu sui, ut videre est apud ipsum *1. d. 2. q. 2. n. 22.* vis argumenti primi quod affert Doctor, ut benè Poncius *in Comm. hic*, consistit in hoc, quòd quidquid producitur contingenter, præsupponit necessariò amorem finis, debetque causari ex illo amore, & ex natura præsupponere illum amorem: sed volitio quâ Deus seipsum amat, si esset realiter distincta ab ipsa, aut causabilis, contingenter produceretur; quia aliàs esset ens necessarium, & sic non distingueretur realiter à prima causa: & prætereà ex uno capite deberet præsupponere amorem finis, ex alio non deberet ergo implicat, quòd volitio quâ vult seipsum, sit realiter distincta. Prob: Min. Quâ parte dicit, quòd volitio illa deberet, & non deberet præsupponere amorem finis; quia non deberet, quandoquidem ipsamet dicatur esse amor primus finis: deberet autem, quia prima causa ob infinitatem suam, & supremam perfectionem possibilem debet habere identificatam omnem perfectionem simpliciter simplicem, qualis est amor sui: ergo ille amor contingens necessariò præsupponeret alium amorem necessarium.

Quare Deus incapax sit accidentium materi[...].

Deus non habet accidentia spiritualia, & quare.

84. Secundò idem probat Doctor, quòd entis in actu primo ultima perfectio est in actu secundo, ut unitur optimo, actus primus est principium operationis, actus verò secundus est ipsa operatio, & sic perfectio optima perfectissimæ potentiæ est operatio perfectissima illius, & talis dicitur esse, quæ terminatur ad optimum, & sic ultima operatio intellectûs divini erit cognitio essentiæ divinæ: si ergo talis cognitio esset realiter distincta ab intellectu divino, sive ab ipso Deo, tunc optimum illius essentiæ esset aliud, quod est inconveniens, quia

quia sequeretur, quòd substantia primi posset existere sine sua ultima perfectione. Respectu intellectionis & volitionis aliorum à se, scilicet quòd nulla cognitio prærequisita necessariò ad agendum primæ causæ sit realiter distincta à prima causa, Doctor probat: Omnis enim cognitio quæ præsupponitur necessariò ad primam volitionem Dei, tam respectu sui, quàm respectu cujuscunque alterius subjecti, est cognitio necessariò existens, quia non potest esse contingenter producibilis, nisi cum dependentia ab aliqua voluntate, & volitione ut est evidens: ergo omnis talis est realiter identificata illi, & improducibilis: sed cognitio quà cognoscit omnia alia volibilia necessariò antecedit volitionem aliorum, cùm nequeat haberi cognitio eorum absque cognitione eorum.

85. Scotus objicitur. Posset hìc objici Scotus *1.d 39. & 40.* & *in Quodl qu.14.* ubi docet, quòd voluntas divina prius vult & determinat de quocunque causabili, ut futurum sit, quàm intellectus divinus cognoscat illud sic futurum: ergo circumscripta cognitione hujus, Franciscus est producibilis ad extra secundùm esse existentiæ, adhuc voluntas divina potest illud producere.

Respondeo cum Lycheto, *Doctorem*, in locis adductis concedere, quòd voluntas divina prius determinat de propositione contingenti, & posteà intellectus cognoscit illam, & quantum ad hoc non prærequiritur quidem cognitio illius contingentis, attamen cognitio terminorum propositionis contingentis necessariò voluntatis divinæ determinationem, nisi enim Franciscus & existentia illius ut cognita, essent præsentia voluntati divinæ, voluntas non posset determinare, quòd Franciscus actu existat; mens ergo *Doctoris* intelligenda est de cognitione terminorum complexionis contingentis, de quibus non est agendum in præsenti.

Proponuntur, per articulos expenduntur, & solvuntur rationes in contrarium.

ARTICULUS I.

Quid de hoc sentiant moderni?

86. Poncius. INter modernos primus occurrit noster *Poncius*, qui etsi *1.d.39.qu.1.nu.22. Comment.* sui dicat, se à *Scoto*, & Theólogis ferè omnibus recedere nolle, adeòque disputativè potiùs, quàm assertivè suprà dicta ibi impugnare videatur: attamen valdè propendet in opinionem, quæ Deo accidentia à se realiter distincta tribuit, tum *1.dist.8.qu.1.nu.11. Comm.* & *dist.39 num.18 sui Comment.* cùm etiam in suo *Curs. Theol. disp 3.quæst.3. num.24.* & iterùm insinuat *disp.6.q.2.n.7.* ut & *1.dist.30.q 2.* Doctrina Ponc. *n.11. Comment.* sui fatetur se tractasse contra communem Theologorum in hac materia, & primò contra rationes novissimè adductas, quòd Deus non sit compositus ex subjecto, & accidente, nullumve habeat accidens à se realiter distinctum, opponit, quòd quamvis omnis forma arguens perfectionem in Deo, & cujus negatio esset imperfectio, proinde Deo identificari deberet, & accidens esse non possit. tamen si daretur forma aliqua spiritualis, quæ non argueret imperfectionem in ipso, si poneretur in eo, nec si abesset ipsi, non esse, ait, inconveniens, quòd Deus haberet in se subjectatam formam accidentalem, si talis forma esset dabilis.

Idem *1.d.39.qu.1.n.18 sui Comment.* refert opinionem *Cajetani* dicentis, non esse inconveniens, quòd Deus liberè velit per formam à se realiter distinctam, sine qua posset esse, & consequenter Deum esse mutabilem ad aliquam formam absolutam, liberam tamen, eamque *ab eo loco, usque ad num.23.* propugnat contra rationes Theologorum, requirens ab illis claram aliquam, quà convinceretur *Cajetanus*, rationem, aut authoritatem.

Iterùm in Cursu suo Theol. *d.3.qu.3.nu.24. §. Difficilius multò est salvare*; existimo, inquit, difficulter convinci posse, aut ratione, aut authoritate, quòd Deus non possit recipere in se de novo respectum similitudinis, aut dissimilitudinis, ad creaturas de novo productas, supposito quòd ipsæ creaturæ dicantur ad invicem similes, vel dissimiles per respectum superadditum distinctum ab extremis; similiter ibi existimat ex suppositione, quòd extrema creata, quæ uniuntur, uniantur duplici unione subjectata in iisdem extremis, non facilè impugnari posse, qui diceret, quòd Verbum divinum uniretur naturæ humanæ per unionem in se receptam.

Ratio-

Rationes Poncii, ob quas existimat, nec authoritate, nec ratione convinci posse, quod non possint de novo recipi in Deo aliqua accidentia.

Rationes Poncii, cur non dilectant Deum ut nova accidentia advenient. [illegible]

87. Dicta sua Poncius probare conatur *loco cit.* suprà in Cursu Theolog. *nu.* 25. nam primò quoad authoritates, quibus dicitur *Deum esse immutabilem*, inquit, responderi posset, quòd sine dubio loquantur de immutabilitate excludente mutabilitatem, quæ argueret imperfectionem in Deo, nam certè alia nō deberet asseri, convenire ipsi: & certum est ex dictis, quia non est immutabilis ad multas denominationes, quas de novo posset habere, quia mutabilitas ad tales non arguit imperfectionem in ipso, sed potiùs perfectionem; sed posset dici, quòd mutabilitas ad relationes & unionem præmissam non argueret in ipso imperfectionem: ergo ex authoritatibus non posset sufficienter probari, quòd non sit sic mutabilis.

Probatur minor ultima: quia relatio similitudinis, aut dissimilitudinis, aut unionis, non tolleret à Deo perfectionem ullam ipsi competentem, nec formaliter, nec dispositivè, nec ullo discursu ex eo quòd poneretur in Deo quòd ullum ex prædicatis necessariis ipsius esset imperfectū; nec denique ostendi posset, ex quo capite esset imperfecta mutabilitas ad illas.

Et hinc, ait, ulterius, videri posset, quòd neque quoad rationem etiam talis mutabilitas dedeceat Deum; nam ex infinitate Dei colligi posse, quòd ipsemet sibi omnem denominationem intrinsecam præstare possit, quam ulla forma intrinseca dare posset, non est adeò certum de denominationibus non necessariis, cùm enim illis carere possit, non videtur quòd eas habere possit à sua essentia, quantumvis infinita, aut ullo prædicamento necessario suo, aliàs idem posset dici de rebus creatis, quòd à sua natura, aut prædicatis necessariis haberent denominationes intrinsecas *similis & unitæ*, nam ad tales denominationes non requiritur infinitas, cùm ipsæ sint finitæ, & non posset convinci, quòd non possunt à natura finita de novò oriri, nisi quia res illa potest esse sine illis: quod argumentum æquè concludit de re infinita, ac de finita.

His posteà *num.* 27. *in Quæres*, addit: immutabilitatem, quam habet Deus ad recipiendas de novo formas, nōn posse probari per locum intrinsecum ullo modo per necessitatem existendi, quam habet; quia non est evidens, quòd illud quod est necessariò existens, non possit recipere aliquam formam de novo etiam ipsius perfectivam. Similiter, inquit, eandem immutabilitatem non posse probari per simplicitatem Dei excludentem præcisè ab ipso compositionem partium intrinsecarum, ex quibus constitueretur sivé physicè, sive metaphysicè. Quia, si capiatur simplicitas, prout etiam excludit componibilitatem cum aliquo realiter distincto, sibi intrinseco, nec etiam sic potest per eam hæc mutabilitas probari, sic enim acceptâ simplicitate, immutabilitas hæc erit de conceptu formali illius, ut patet, nihil autem quod est de conceptu formali alicujus, potest per ipsummet probari à priori. His similia habet *1. d.* 39. *qu.* 1. *à n.* 18. *usq. ad* 23.

Retunditur & diluitur hæc Poncii dissertatio, tum authoritate, cùm rationum pondere.

88. HÆ sunt rationes, quibus Poncius omnium ferè sapientium opinionem ab ingenii sui incude infirmam esse, omnique ratione convincente & authoritate, cui defendendum sit, destitutam ostendere voluit: verùm an judicia aliorum Theologorum ac placita satis ostenderit tam blesè pronunciata, videamus: & primò authoritatem quod attinet, nulla apud ipsum valentior erit, quàm suamet propria, nempe quanti facit illam, videre est in suo Cursu Philosoph. *d.* 39. *quæst.* 3. *num.* 36. *in additione, p.* 892 *in fine secundæ columnæ*, ubi ad veritatem hujus: *Ens est genus, & Deum constare genere*, sufficere dicit, quòd ego ipse, inquit, (subaudi ex antecedentibus) utar illâ doctrinâ, etiamsi nullus alius uteretur, & in fine istius additionis *de modis intrinsecis* immediatè ante *Quæst.* 4. *citata disp.* rogat Lectores, ut ex ratione *judicium ferant, nec contenti sint contrà se adducere authoritates, nisi quas ratione probare possunt*, id esse fateor desiderium Theologo & Philosopho dignum, cui in præsenti materia, quæ est longè altioris, & eminentioris indaginis, ut satisfiat, illi suam propriam authoritatem hîc obtendendo, datâ ab ipso doctrinâ judicii sui censum solvo, sit

ASSERTIO.

Illa, quæ est in Deo sine mutatione immutabilitas, sine compositione simplicitas, ita refugit omnem formam accidentalem, sive absoluta sit, sive relativa, ut dicat imperfectionem Deum dedecentem recipi in ipso de novo formas quasdam accidentales.

89. PRobatur: Omnis mutabilitas & compositio, quæ involvit imperfectionem, dedecet Deum (restringo hanc propositionem ad imperfectionis involucrum, ne *Poncius* consequenter ad distinctionem suam de mutabilitate, & compositione non involvente imperfectionem recurrat, quam non dari in Deo dicit, nec authoritate, nec ratione convinci posse) atqui supposita hac sua speculatione esset in Deo talis mutabilitas & compositio involvens imperfectionem: ergo talis speculatio est rejicienda: Majorem, ut est proposita, *Poncius* ll. cc. ubique admittit, estque de fide: Minor, in qua est vis argumenti, ex sua doctrina dilucidè probatur. Nam *disput. 8. Curs. Theol. qu. 2. de simplicitate Dei, num. 16. §. quia vere omnis compositio*, explicans, quæ sit compositio dicens ex natura sua imperfectionem, ait, illam esse, quæ versatur inter sola plura, quorum quodlibet, aut saltem alterutrum dicit finitatem ac limitationem, & unum realiter distinguitur ab alio, ac tandem eorum unio ab influxu causæ extrinsecæ dependet, hoc, inquit, patet discurrendo per singulas compositiones, de quibus constare potest ratione aut authoritate, quòd dicant imperfectionem, propterea ad compositionem imperfectam necessariò requiritur limitatio, & quia ubicunque est limitatio in alterutro ex extremis unitis, ut conjungantur talia extrema, à parte rei debent dependere à causa efficiente extrinseca, meritò Scotistæ dicunt non quamcunque unionem extremorum esse compositionem scilicet imperfectam, de qua loquuntur sine dubio, sed eam solummodo, quæ est inter plura, quorum unum vel utrumque est finitum: & quia quando extrema sunt hujusmodi, ex iis unum habebit rationem actus, & alterum rationem potentiæ, meritò etiam asserunt, ad compositionem omnem imperfectam requiri plura, quorum unum sit actus, & alterum potentia. Hactenus *Poncius*, atqui si Deus relationem, aut quamcunque aliam formam quà liberè vellet realiter à se distinctam, & sibi superadditam in se reciperet, hæc omnia intervenirent ab ipso ad imperfectionis involucrum requisita; nam primò illa forma esset entitas finita, & limitata, ut patet, & disertis verbis Poncius habet *1. d. 39 q. 1. n. 19. in responsione ad argumentum*, dicens: illam formam esse creaturam, & non repugnare quòd Deus formaliter determinaretur à creatura à se liberè egrediente, eamque ait, esse imperfectam, imperfectione limitationis, & possibilitatis ad non existendum) Ecce quid clarius? idem posteà repetit *ibid. n. 22.* in responso ad secundum argumentum.

Argumentum ad hominem.

Deinde illa forma (idem judicium esto de formis respectivis) realiter à Deo distingueretur, & tandem unio illius cum Deo dependeret ab ipso Deo ut causa efficiente extrinseca; itaque esto verum esset, quòd compositio & potentialitas ut sic (de quo *Controv. seq.*) ex suo formali conceptu non involveret imperfectionem, ac extremorum limitationem, cùm enim talem *Pontius* expressè concedat de Dei volitione libera ab illo realiter distincta, & à potiori eadem sit ratio de formis relativis Deo superadditis, quas Deus, purâ similitudinis, & dissimilitudinis ad creaturas de novo productas in se de novo reciperet, consequens est ex propria *Poncy* doctrina, quòd tam forma absoluta, quàm relativa constitueret in Deo compositionem imperfectioni obnoxiam, essetque mutatio (de qua Aristoteles *6. Physic. 32.* mutari est rem aliter nunc se habere quàm prius) quæ habet transitus à privatione ad formam mobili intrinsecam; vel à forma ad privationem, atque adeò in suo conceptu formali imperfectionem involvit, quia Deus aliquid verè & physicè in se haberet imperfectum imperfectione limitationis & contradictionis ad esse, vel non esse, quod prius non habuisset, ut est in confesso apud omnes, & apud Poncium, *suprà*, esset dicta forma imperfecta imperfectione limitationis, & possibilitatis ad non existendum vel existendum, respectu cujus Deus habebit potentialitatem, & forma rationem actûs; ergo cùm ex propria sua doctrina probatum sit omnia intervenire, quæ ad compositionem imperfectam ab eodem requiruntur, *in cit. Cur. Theol. disp. 3. q. 2. de simplicitate Dei, num. 16.* proinde mutabilitatem quæ imperfectionem dicit, excludere non valeat, convincitur ratione & authoritate (cui deferre debeat) quia non aliena, sed suâ propriâ, ac ex sui ingenii monimentis depromptâ. Unde reverà non apparet, cum *actu recipi*, & *posse* in Deo *recipi*, quoad imperfectionem idem sint, nisi conformiter ad hæc doctrinam suam corrigat, quomodo excusetur ab errore illius, qui actu ponebat in Deo quasdam intentiones accidentales divinæ essentiæ superadditas, ac proinde facientes cum illa in Deo compositionem accidentalem, sicut fit in rebus creatis ex accidente, & subjecto, quam refert, & confutat D. Thomas *1. contra gentes, c. 13.* & meritò, cùm ratio accidentis non solùm debeat re ipsâ, sed etiam per intellectum à Deo removeri juxta id Jacobi

Idem de relationibus concludendū.

Posse Dei, & esse Dei.

cobi 1. ✝. 17. *apud quem non est transmutatio, nec vicissitudinis obumbratio.*

90. Probatur secundò rationibus sanctorum Patrum ab ipsa Dei natura petitis: *Primò*, quia Deus est actus purissimus, cujus ratio formalis in eo consistit, ut nulla perfectio ei adveniat, vel advenire posse concipiatur, sed absolutè, & simpliciter omnem neget potentialitatem ad quamcunque formam realiter distinctam, etiam ut inquit Cyrillus *l.5. in Joannem*, ad formam, quæ dicit in seipsa dignitatem: ergo cum proxima & præcisa causa, cur repugnet subjectum mutari, sit ipsa repugnantia seu incapacitas actûs puri, non posse recipere de novo accidentia relativa sine imperfectione potentialitatis ad illam. *Secundò*, quia Deus est simplicissimus, ac proinde subjectum incapax motûs ad formam: illud siquidem deberet de necessitate, dum reciperet formam, in se admittere realem illius distinctionem, & compositionem, contra *Concil. Lateran. cap. Firmiter de summa Trinitate*, definiens, Deum esse summè simplicem, quæ summa simplicitas excludit omnem hujusmodi distinctionem, & compositionem accidentalem, qualis est in creatis ex subjecto, & accidente, & contra Augustinum *11. de Civit. Dei, c. 10.* & Magistrum Sentent. *d.8. dicentem*: quia Deus perfectè simplex est, nihil est in eo, quod non est ipsum, ex quo Augustini, & Magistri loco, illud commune effatum: *Nihil est in Deo, quod non est ipsemet Deus*, ab omnibus plausibiliter approbatum est. Denique contra S. Bernardum dicentem: *Tam non est simplex, quod vel unicá fuerit obnoxium formá, quàm nec Virgo vel uni cognita viro.* *Tertiò*, quia est simpliciter infinitus, & omnia in se continet, atque ita nihil potest illi advenire de novo, nec moveri ad aliquem terminum seu perfectionem, quam antè non habuerit, atque ob hasce rationes, *Gregorius* ponderans illa verba S. Jacobi Apost. *mox cit. l. 12. Moral. c.17.* addit: *Ipsa mutabilitas umbra est, quæ quasi Dei lucem obscuraret, si hanc per aliquas vicissitudines permutaret: sed quia in Deo mutabilitas non venit, nulla ejus lumen umbra intercidit.*

Deus actus purissimus.

Cyrillus.

91. Probatur tertiò: Sicut Deus in omni genere entis est infinitus intensivè, & extensivè; ita & est infinitus intensivè, & extensivè in omni genere volibilis: ergo malè sonat, quod, ait Poncius *1. d. 39. quæst. 1. num. 18. sui Comment.* sufficere ad infinitatem, quam habent perfectiones divinæ, quòd non habent limitem in genere formarum necessariarum. Antecedens patet, Consequentia probatur, quia Deus in linea volendi liberè non pertingeret à prima potentia, usque ad ultimum actum, consequenter non esset perfectè & extensivè saltem, in seipso infinitus, nec dicendus extensivè, ut sic loquar, beatus. Sequela probatur: supponeretur in Deo suo modo appetitus boni alicujus non habiti, seu formæ non dicentis imperfectionem, sed perfectionem, secundùm *Poncium suprà*, quam Deus posset in se recipere & perdere, ac proinde supponeret carentiam boni alicujus externi Deo convenientis, & appetitum terminantis, quæ de Deo nec cogitari debent.

Consultò omitto alias rationes, quia allatæ sunt sufficientes & validissimæ, quibus fulciuntur, & innituntur authoritates SS. Patrum, dum docent, Deum nullis accidentibus subjacentem, non solùm quoad formas necessarias, ut dicatur sine qualitate bonus, sine quantitate magnus, &c. sed & quoad formas liberas: si enim eadem divinitas, quæ æternitas & majestas; quidni etiam eadem volitio Dei libera quæ voluntas, ut sit in eo sine mutabilitate immutabilitas, sine compositione simplicitas? Unde in hujus sententiæ Patronos, qui simplicitatem Dei astruunt, & tamen hujusmodi formas accidentales in Deo admittunt, cadit censura S. Athanasii *Epist. ad Africanos*, consubstantialitatem Filii cum Patre propugnantis; statim post medium, *Cum vestra sententia* καθ' ὑμᾶς inquit, *Filius similis Patri sit, ista verò qualitatis sint propria* δηλονότι σύνθετον τὸν θεὸν ἐκ ποιότητος καὶ οὐσίας λέγοντες *nimirùm compositum Deum ex qualitate & substantia esse dicitis* καὶ τίς ὑμῶν ἀνέξεται ταῦτα λέγοντες, & quis vos ferret ista jactantes? non enim compositus est Deus; ita sanctus Doctor, eodem telo illos, quos impugnamus, feriens: cùm alioqui hoc suum argumentum contra Arianos, si in Deo posset esse compositio aliqua ex substantia ut subjecto, & accidente ut forma, nullius esset valoris, ut patet consideranti. 92.

Patrum doctrina solidata rationibus.

Athanas.

Habet ergo ille Author, quod requirebat ex ratione judicium, habet authoritatem ex ratione probatam, quòd Deum dedeceant formæ, esto, quod tamen nulla schola approbabit, dicerent de se perfectionem, nam quia talis perfectio deambulatoria esset, & de se ens diminutum, indigna omninò foret Deo, & simplicitatis divinæ subversiva. Qui plura de his desiderat, videat Doctorem Subtilem *1. d.8. q.5. n.2.* ubi ostendit Dei immutabilitatem ex Dei simplicitate ad omnem formam, particulariter autem, quæ ad relationes, *1. d. 30. q.2. n.14. §. Ad secundam quæstionem*, concludit in Deo nullam dabilem relationem actualem ad creaturam. 93.

Deambulatoria perfectio Deum non decet.

Respondetur ad argumentum Poncii, & amplius diluitur fundamentum illius.

94. EX his, ni fallor, soluta, & in arenam diffusa sunt *Poncij* fundamenta, & quidem primum illud, *sub num 86. & 87.* suprà allatum de duplici mutabilitate involvente, vel non involvente imperfectionem, ita ut Patres & Scriptura dum dicunt: *Deum esse immutabilem*, intelligi debeant de immutabilitate, quæ dicat perfectionem, & quæ excludat mutabilitatem, quæ secum trahit imperfectionem; non autem quòd illam excludat, quæ non dicit illam imperfectionem, ideòque Deo conveniens est, qualis v. gr. est mutabilitas denominationum extrinsecarum, quas in tempore accipit, & perdit; atqui idem dici possit de denominationibus intrinsecis, quæ provenirent à formis in Deo receptis, eò quòd tam illæ denominationes in Deo sint limitatæ, quàm istæ; hoc, inquam, primum fundamentum ex duplici capite, & primò quidem in arrepta paritate, deficit: quod sicut non est imperfectio in Deo recipere denominationes à rebus limitatis, ita nec sit imperfectio recipi in illo formas, à quibus eas intrinsecè habere possit; ut proinde non magis dedeceat Deum quòd recipiat in se ipsum relationem unionis, quâ uniatur Verbum naturæ humanæ, quam uniri ipsi absque relatione ipsi intrinseca per simplicem terminationem unionis, nam inter has receptiones enormis versatur disparitas, quanta scilicet est inter ens nominale, & ens participiale: prima enim receptio eorum prædicatorum quæ non sunt intrinseca Deo, secundùm omnes omnium Scholarum Theologos, non dicunt in Deo potentialitatem aliquam passivam ad formam realiter distinctam, quæ inferat imperfectionem, & compositionem, cùm sicut patet de simplici terminatione Verbi ad unionem in natura receptam, non sint nisi relationes rationis, vel denominationes extrinsecæ ex actionibus, quas exercet ad extra in tempore; secùs planè est de prædicatis ex formis intrinsecis in Deo receptis, & realiter ab eo distinctis ob rationem è diametro contrariam, & suprà num. 88. ex ipso *Poncio*, & nu. 89. & 90. ex ratione ostensam. *Secundò* deficit fundamentum illud, cum falso nitatur supposito, quòd detur mutabilitas intrinseca in Deo, quæ non involvat imperfectionem, cùm sicut compositio, & potentialitas ut sic, ex formali suo conceptu involvant extremorum limitationem, adeòque imperfectionem secundùm ipsummet Poncium, *loc. cit suprà*, & sanè implicat aliter esse; ita implicantiam involvit dari in Deo intrinsecam mutationem ex compositione, & receptione formæ limitatæ ortam, quæ non involvat in conceptu suo imperfectionem, totus siquidem conceptus formalis mutationis intrinsecæ im-

Non datur mutabilitas intrinseca sine imperfectione.

perfectionem arguentis, seu consistentis in eo, quòd subjectum transeat à privatione ad formam, à forma ad privationem, habeter in proposito, ita ut Deus nunc verè & physicè se aliter haberet per adventum formæ imperfectæ, quàm priùs se habuisset, unde absolutè negatur *Poncio* ultima minor *num.* 87. allata cum sua probatione, sicut & quod affert *Author 1. d. 39. quæst. 1. num. 19. talem formam imperfectam imperfectione limitationis, & possibilitatis ad non existendum, non dedecere Deum, quandoquidem nihil mali faciat ipsi*: nam ut vidimus suprà, teste S. Bernardo, *tam non est simplex, quod vel uni fuerit obnoxium formæ, quàm nec virgo vel uni cognita viro*: ergo læderetur summa Dei simplicitas; eò quòd talis forma faceret cum Deo tanquam cum subjecto veram, & propriam compositionem; tolleret item ab eo rationem actûs puri, & necesse esse, quia redderet Deum potentialem ad suscipiendum, & amittendum talem formam, tam absolutam, quàm relativam: denique tolleret Dei infinitatem saltem in linea volendi, quia non pertingeret à fine istius lineæ usque ad finem, id est, à prima potentia ad ultimum actum liberum. Falsum proinde est, *non posse ostendi*, ex quo capite esset imperfecta mutabilitas ad illas; & quòd quoad rationem talis mutabilitas non dedeceat Deum, nam quidquid sit de hoc, quòd Deus ex infinitate sua possit sibi omnem denominationem intrinsecam præstare, de quo non est hîc disputandi locus; hæ rationes allatæ ad hoc convincendum sunt validissimæ, iisque usus est Doctor Subtilis *1. d. 8. qu. 5.* ad probandum Deum esse immutabilem ad quamcunque formam, & *1. d. 30. q. 2.* eum non esse susceptivum relationis ad creaturam realiter distinctæ.

Denique id quod assumit ad roborandam suam speculationem, & suprà sub n. 87. relatum, negatur quoad utramque partem cum suis probationibus, contrarium siquidem Doctor cc. ll. satis bonis & validis convincit rationibus, ab intrinseca Deitatis ratione desumptis, supponendo enim quòd Deus sit summè simplex, & infinitus, & per consequens quidquid est ibi, est perfectè idem sibi, & idem quod Deus, & est simpliciter necesse esse, & quidquid in Deo est realiter, est simpliciter necesse esse. Supponendo econtrà, quòd quælibet creatura quantumcunque perfecta quoad esse existentiæ simpliciter potest non esse, ut Doctor ostendit *d. 8. quæst. ultimâ*, eo ipso juxta supradicta n. 90. non solùm Deus ex natura sua simplicissima & purissima, ac ad summam existendi necessitatem ex se determinata de novo, & in tépore intrinsecas ejus- 95.

modi

modi adscititias formas refugit, sed absolutè, & simpliciter, & quomodocunque, id quod specialiter ostendit de relationibus, *1.d.30.q.2.num.14.* §. *Ad secundam quæstionem respondeo*: Quia cùm perfecta ejus necessitas est ex se tale esse, quod non variabitur quacunque hypothesi, cùm ex nullo contingenti fieri possit, ut sit in Deo aliquid non necesse esse, aut aliquid non esse realiter idem; nulla est proinde in eo realitas, quæ necessariò coëxigat aliud à se, tale enim necessariò coëxigens aliud à Deo non esset, illo coëxacto non existente; sic relatio realis, quæ de necessitate exigit terminum realem actu existentem, ipso termino destructo, statim destrueretur, & per consequens si Deus haberet relationem realem terminatam ad creaturam, jam destructâ creaturâ, destrueretur talis relatio, & per consequens destrueretur Deus, cùm sit ipsa realiter Deus, hoc autem est impossibile: ergo & est impossibile Deum referri ad creaturam. Videatur Doctor *loc. cit.*, qui ibidem ex Dei simplicitate ostendit eam immutabilitatem à priori ex simplicitate, prout capitur *ut excludens componibilitatem cum aliquo realiter distincto sibi intrinseco*, quia enim Deus perfectè simplex est, nihil est, nec esse potest in eo, quod non est Deus: nam quando illa immutabilitas capitur ut excludit compositionem partium intrinsecarum, non est ita expressè, & per se primò de conceptu formali simplicitatis eo modo sumptæ: ergo non obstat, quin possit per ipsam de Deo ostendi à priori. Consequentia patet, nam negatio, quæ sequitur affirmationem per eam de illo, cui competit talis affirmatio, ostenditur à priori: ergo negatio mutabilitatis ad recipiendas formas realiter distinctas (suppono, ut vidimus Controv. 1. quæst. 1. num. 10. & sequentibus, simplicitatem consistere in positivo) cùm necessariò sequatur ad affirmationem per simplicitatem importatam, sic per illam ostenditur à priori.

ARTICULUS II.

In quo

Exploduntur, quæ è mente Thomistarum ad infirmandam doctrinam Scoti, conficta sunt.

ASSERTIO III.

Nulla perfectio attributalis, neque relationes originis in Deo circumstant essentiam, ut verum accidens, nec ut actus, vel forma illius.

96. Extra scholam Subtilium sub alia larva Adversarii conantur obnubilare *Scoti* doctrinam, eandem quippe difficultatem jam dudum *d.3 qu.7 num.53.* & *d.5. quæst. 2.* quoad relationes; de attributis verò *d.8. qu.4. num.22.* ab ipsomet Scoto sibi oppositam, & evacuatam, & à nobis suprà Controv. 1. q.3. per totum excelè solutam, dum ostendimus, quòd secundum doctrinam Subtilis, nulla in Deum cadit compositio; hic iterùm resuscitant sub nomine, & figura accidentis, nimirùm quia in via Scoti, attributa non includuntur in conceptu formali essentiæ, sed illam ut fundamentum in quo pullulant, quasi prædicata qualitativa circumstant, habebunt se respectu essentiæ velut accidentia, & ceu actus habentes rationem informantis.

Nova molimina contra Scotum.

97. Ad quod primò quoad relationes originis cum Scoto, *loc. cit.* respondemus, rationes pullulare à divina essentia, quarum ipsa est fundamentum non quasi potentiale recipiens eas, sed fundamentum quasi per modum formæ, in qua relationes natæ sunt subsistere, non quidem per informationem sicut similitudo est in albedine; sed sicut subsistens dicitur in humanitate, quia Socrates humanitate est homo, quam doctrinam ibi, à *n.17.* subtiliter, &, ut ait Scholiastes in Scholio, mirabiliter explicat exemplis peripateticis, & ita essentia divina non ex ratione fundamenti habebit rationem potentiæ, vel quasi potentialitatis, sed præcisè habebit rationem formæ, ut quâ relatio illa pullulans, cùm sit forma subsistens, nata est esse Deus ipsâ Deitate, licèt non ut informante ipsam, sed ut existente eâdem illi perfectissimâ identitate, quæ ut sæpiùs suprà inculcatum fuit, omnis potentiæ, & perfectibilis rationem removet.

Quomodo relationes originis subsistant in essentia divina.

98. Similiter objectum quoad attributa, Doctor *d.8.q.4.n.22.* subtiliter diluit, ostendens, quomodo v.gr. sit aliquid formaliter sapiens sapientiâ, si sapientia non est forma ejus, & ita de reliquis attributis divinis, quòd non denominent essentiam per modum formæ informantis, sed per identitatem, ut suis rationibus, quibus aliquid dicitur tale omni sublata informatione, cùm non sit opus aliquid esse formam informantem alicujus, ut ipsum sit tale per ipsum, quam doctrinam pulcherrimè explicat, considerans perfectiones, & imperfe-

Attributa non denominant per modum formæ informantis.

ctiones in ratione denominandi, exemplo deducto ab anima hominis; quæ comparata ad corpus dicitur illud informare, & sic denominativè dicitur corpus animatum,ut verò comparatur ad totum compositum ex anima & corpore,sic non est forma informans, nec homo dicitur animatus denominativè, sed essentialiter, quia anima est pars essentialis illius, & tamen anima non informat hominem: eodem modo attributa dant essentiæ divinæ denominationem formalem talem vel talem,non tamen ut accidentia, vel actus informantes illam; nam sic nec anima informat totum, quod tamen dicitur formaliter tale per ipsum, imò cùm attributa veriori modo insunt essentiæ divinæ, quàm anima corpori,& quàm toti,quia ut illa v.gr. sapientia comparatur ad essentiam, nullo modo est pars ejus, quod est imperfectionis in anima, sed est perfectè idem illi identitate reali; ergo essentia poterit ab ea denominari, absque eo quòd sint accidentia, quæ informant essentiam;& essentia vicissim cùm nihil possit habere rationem potentiæ aut materiæ, nisi quod potest recipere actum aut formam substantialem vel accidentalem,secundùm quod habet rationem informantis & partis: ergo nec essentia rationem potentiæ habere poterit respectu attributorum, nec consequenter aut identitas essentiæ cum attributis est compositio, quam frustrà Adversarii sub accidentis consideratione Scoto tribuere conati sunt.

Simile ab anima, quomodo attributa denominent Deū.

99\. Instant: admissâ distinctione Scoti inter essentiam & attributa, & relationes originis, in Deo admittenda sunt accidentia metaphysica.Sequela probatur: nam accidens metaphysicum est illud: quod est extra constitutionem rei, cui est identificatum, nam quod essentiam rei non constituit, esto sit realiter idem illi,dicitur accidens illius, sed attributa & relationes originis non constituunt essentiam Dei: ergo sunt accidentia, quale est absurdum admittere in Deo, cùm nequidem per intellectum accidens Deo advenire, aut advenire posse concipi debeat, ut suprà sæpiùs.

Objectio.

Respondeo,hanc instantiam suppositâ distinctione Scoticâ multum habere de petitione principii,& parum de soliditate argumenti à Scoto,citata dist.2. q.4. dispuncti; illudque ibidem sub hoc sensu sibi opponit: Essentiale & accidentale dividunt adæquatè totum ens,ita ut nihil sit in aliquo ente, neque in rerum natura,quod non sit accidentale, aut essentiale, sed relationes originis (idem judicium est de attributis) non sunt accidentales essentiæ, quia nihil potest ipsi accidere,&c.ad quod posteà q.7.n.33. respondet: accidentale secundùm Philosophum usurpari dupliciter,vel pro eo quod advenit rei,& perficit accidentaliter post suum esse completum, seu quod præexistit in se perfectum, quo pacto novem prædicamentorum genera dicuntur accidentalia substantiæ, unde etiam dici solet accidens prædicamentale; hoc modo sumptum non omne ens omni enti est essentiale aut accidentale, Deoque sic inesse accidens, nefas est dicere, sed datur medium inter illa, scilicet sumptum pro eo, quod licèt realiter identificatum,tamen suo modo est extraneum rei,quia nimirùm est extra essentiam rei metaphysicè constitutam, & dici solet accidens prædicabile. Itaque Scotus vult relationes originis, & attributa esse accidentalia essentiæ, non primo modo, sed secundo modo,quatenus sunt extra lineam conceptûs essentialis, cùm metaphysicam constitutionem non ingrediantur, cùm essentia sit id, quod primò concipitur, estque velut radix & origo cæterorum, ac proinde ut quid præconstitutum tum attributa, cùm relationes supponunt illam, quâ ratione non sunt accidentia propriè dicta,sed impropriè, & abusivè, quatenus sunt prædicata secundi modi distincta à prædicatis quidditativis primi modi, qualia prædicata, præter illa primi modi in actu puro admitti,consequenter & talia accidentia metaphysica nullam dicunt imperfectionem, nec summæ ejus præjudicat actualitati, quia nulla sequitur in eo potentialitas,ob summam horum prædicatorum inter se cum essentia identitatem realem, cùm alioqui Adversarii non ipsum Scotum tantùm, sed & ipsos SS. Patres impugnarent, qui, ut infrà *Tract.seq. quasi per totum* ostendetur, talia accidentia admittunt in Deo dicentes: intellectum, voluntatem,omnipotentiam, justitiam, bonitatem,&c. non esse ipsam naturam, non ipsam substantiam, sed circa naturam. Unde & S.Cyrillus Alexandr.*l.2.Thes.c.1.* ait: *Cogimur nonnunquam quasi accidentia, etiamsi non omnino accidant Deo,hæc dicere, & mente accidentium more concipere.* Et S.Maximus martyr apud Euthymium *in Panoplia part. 1. tit.3. c.* quod incipit: *In Deo, bonus,& opifex & infinitus,& immortalis,& quæ his similia sunt,non dicimus esse differentias essentiam constituentes,sed appellationes quasdam, quibus aliqua eorum, quæ circa ipsum spectantur, patefiant, cum nulla tamē ex ipsis ea,quæ ad essentiā & naturā ejus pertinent ostendant, quædā enim divina natura convenientia significant, non tamen ipsam naturam, quod quidem differentiarum essentiam constituentium proprium est.* Imo nisi Adversarii talia denique accidentia in Deo concedant,in eandem, quam opponunt nobis relabentur difficultatem, atque ex hoc ipso ostendi potest, quàm inaniter doctrinam Scoti adorsi sint ad impugnandum,sic:

Resp. Scoti.

Quid accidens prædicamentale, quid prædicabile.

ARTI-

ARTICULUS III.

Retunditur objectio in Adversarios: quòd sive teneant includi essentialiter lineam attributi in linea essentiæ, sive non includi in ea, relabuntur in sententiam Scoti, & difficultatem illi enerviter occlamatam.

100. Non solùm illius classis Authores, qui tenent essentiam in suo conceptu formali non includere essentialiter attributa & relationes, nec unam perfectionem ambire & continere aliam, in sententiam Scoti, apud quem una perfectio non includitur formaliter in alia; sed & alterius classis, qui sentiunt attributa, & relationes in formali conceptu divinæ essentiæ includi, junctis pedibus in eandem relabuntur, quam objiciunt Scoto difficultatem, adeòque propriis armis aut rejiciendi, aut revincendi veniunt.

Physica Deitatis constitutio coalescit ex omnibus prædicatis Dei. Quoad Authores primæ classis *probatur*: nam licèt, inquiunt, ad suæ opinionis probationem physica Deitatis constitutio coalescit ex omnibus prædicatis divinis, tam absolutis, quàm relativis, cùm omnia prædicata Dei sint illi realiter identificata; Relationes tamen divinæ in omnium scententia non constituunt essentiam divinam, sed personas SS. Trinitatis: ergo essentia in sua linea est extra lineam relationum, idemque judicium est de attributis divinis. Probatur: Proprius, & *Conceptus essentia divina metaphysicè sumpta.* formalissimus conceptus essentiæ divinæ metaphysicè sumptæ, est esse radicem suarum operationum, & proprietatum; alius enim nullus conceptus proprius est divinæ essentiæ ut essentiæ, proinde non includit illas formaliter, sed solùm radicaliter, & identicè: neque essentia qua talis est, petit aut patitur alium modum continendi suas proprietates, quàm per modum fundamentalis & radicalis principii, illis realiter identificati; quare repugnat attributa, divinam intellectionem, & volitionem, esse de formalissimo conceptu, & constitutione metaphysica essentiæ divinæ; consequenter supposità idetitate eorum cum illa, *Quomodo contineantur proprietates divina in essentia.* repugnat alio modo illa contineri in essentia, quàm radicaliter, & identicè; quomodo enim, cùm hæc habeant rationem operationis, & sint, & concipiantur, ut emanatio quædam ab essentia, ut à principio, à quo egrediuntur, essent de formalissimo conceptu ejusdem essentiæ, certè nihil egredi concipitur à se ipso, neque beatitudo Dei nostro modo concipiendi est essentia Dei. Hanc doctrinam (cujus probatio, etsi Scoto concordet, nobis hîc non incumbit) latè & amplè propugnat Gonet *Tom.1. de Deo uno, tract.1.d.2.a.1.nu.13.* & *Gonet.* *tract.4.d.1.a.2.n.24. & seq.* citans pro ea Salmanticenses, aliosque D. Thomæ discipulos.

Atqui suppositâ hac doctrinâ, quatenus attributa considerantur ut prædicata secundi modi, essentiam ceu radicem omnium prædicatorum consequentia, non obstante quòd Scotus loquatur de exclusione ex natura rei *Scotus.* unius perfectionis ab alia, & essentiæ ab attributis ac relationibus, illi verò de exclusione rationis ratiocinatæ aut virtuali, aut fundamentali solùm loquantur; in eandem, quam Scoto obtruserunt, difficultatem incidunt. Assumptum probatur ex doctrina Gonet *tract.4.loc.cit.* & omnibus responsis, *à n.42 usque ad 53.* contra objectiones ibi allatis. Nam primò objectam sibi authoritatem D. Thomæ dicentis; *intelligere Dei esse suum esse*: interpretatur quòd velit intellectionem, & volitionem, & essentiam divinam esse ipsum esse Dei realiter, seu quoad identitatem realem, non tamen quoad identitatem formalem.

Eodem modo Arriaga *Tom.1. de Deo, d.16.* *Arriaga.* *sect.1.n.3.* sic ait: quòd autem D. Thomas, quem sæpè pro se citant, asserat *Deum esse suam omnipotentiam*, parum urget: ea enim propositio verissima est, nam ad illam sufficit identitas realis. Iterùm Gonet *l.c.* ad objectionem secundam & tertiam, quòd natura divina abstractissimè, & metaphysicè considerata debeat intelligi ut summè perfecta; & ita quidem, ut nihil eâ meliùs, & perfectiùs intelligi possit, ad quod non sufficit habere omnem perfectionem quomodocunque, sed debet illam habere meliori modo excogitabili, at optimus modus est habere formaliter, & non tantùm radicaliter, & identicè: ergo ille debetur naturæ divinæ. Ad hæc respondendo, continuò recurrit ad Scoti responsionem; debet intelligi, ut summè perfecta *radicaliter* & *identicè* concedit; *formaliter*, negat. Ad instantiam illam, quòd meliori modo excogitabili Deus debeat habere omnem perfectionem, ait: illum modum continendi attributa esse impossibilem, cùm enim proprius conceptus naturæ, ut natura est, sit esse radicem suarum operationum, & proprietatum, repugnat naturam divinam sub formalitate naturæ consideratam alio modo continere attributa, quàm identicè, & radicaliter. Nam si explicantur, inquit, tunc conceptus ille non erit conceptus formalissimus naturæ, sed naturæ, & attributorum simul. Ita mordicùs hic Author constituit naturam extra lineam attributorum, extraneitate formali cum Scoto, non identica & reali: ergo quamvis Scotus loquatur de *Scotus.* exclusione ex natura rei, illi autem de exclusione rationis ratiocinatæ; ex ea tamen parte

veritatem continet, quòd illi Authores cum Gonet (cujus genuinam doctrinam utpotè Authoris recentioris, & hoc tempore celebrioris Thomiſtæ in teſtimonium advocare volui, nullitatis contentæ in objectione *ſuprà num.96.* contra Scotum adducta, & juſtæ retorſionis illius in Adverſarios) eo omnino modo coguntur reſpondere rationibus in contrarium, quo reſpondet Scotus, & Scotiſtæ, & explicare Patres de prædicatione reali, & identica, ut etiam videre eſt apud Vaſquez *diſput.119.c.2.* & apud Arriagam *Tom.1.de Deo, diſp.16. ſect.1.num.3.* ubi oſtendit Patres fuiſſe ſollicitos de identitate reali eſſentiæ, & attributorum, & ideò dum identitatem affirmant, intelligendos ſolùm de reali identitate, non de formali, & quoad conſiderationem noſtram, & per comparationem Dei ad res creatas, de qua ſpeculatione non egerunt Patres, quando contendunt probare, realiter eſſentiam Dei eſſe idem cum ſcientia, & aliis attributis, contra aliquos hæreticos malè de ſimplicitate ſentientes. Ita Arriaga.

101. *Authores alii incidunt in idem.* Eadem porrò difficultas cum ſummo jure retorquetur in Authores alterius claſſis, tenentes attributa, & relationes in conceptu eſſentiali divinæ naturæ includi; nam ut videre eſt apud Arriagam *hic. ſect. 2.* & alios paſſim, ipſi quoque ratione diſtinguunt attributa inter ſe, & ab eſſentia: cùm ergo non obſtante, quòd ſentiant unum eſſe de eſſentiali conceptu alterius, tamen ita ſecundùm noſtram rationem concipiunt unam rationem divinam non includere alteram, v.gr. eſſentiam attributa; vel tunc concipiunt unum eſſe idem cum alio identicè ſolùm, & realiter, vel idem cum alio formaliter: ſi primum, incidunt in ſententiam Scoti, ut patet: ſi ſecundum, quòd unum ſit alteri formaliter idem, ſibi contradicunt; quia dicunt unum ratione noſtrâ eſſe idem, & de formaliſſimo conceptu alterius, & tamen eſſe ratione diſtinctum, quæ ſunt contradictoria, ut ſuprà *Controverſ.1 quæſt.3.art.4.§.3. num.59.* & alibi oſtendimus. Non enim videtur intelligibile, unum ratione ab altero diſtingui, & tamen ratione eſſe de eſſentia illius; & ex hoc patet, quòd non evadant dicendo: quòd in tali diſtinctione rationis attributa ſint adhuc de formali conceptu eſſentiæ implicitè; nam eodem modo inſto, & urgeo: vel talis conceptus explicitus ambit, & continet attributa, vel non: ſi ſic, jam decedunt à ſua ſententia, cùm non teneant ampliùs, quòd diſtinguantur ratione, & per implicitum, ſed quòd ſint idem omninò, etiam ratione, ut ſtatim; ſi non, ergo cum ratione noſtra in tali conceptu explicito, non ſit idem alteri formaliter, ſive cùm attributa in illo formaliter non reluceant; in idipſum pro ea parte, pro qua impugnabant Scotum, impingunt, quo pacto itaque illi in tali diſtinctione, ſeu præciſione rationis explicita eſſentiæ ab attributis, ſalvant illa non eſſe accidentia in Deo, pariter ſalvabunt Scotiſtæ per realem ſcilicet, & perfectiſſimam identitatem eſſentiæ cum illis à parte rei, & ſic evanuit objectio contra invictam doctrinam Doctoris Subtilis.



CON-

CONTROVERSIA TERTIA.

An possibilis sit compositio aliqua quæ non dicat imperfectionem, ac proinde sine præiudicio divinæ simplicitatis in Deo astrui possit?

SVMMARIVM.

1. *Doctrina de compositione perfecta in divinis, quis Author? n.102.*
2. *Attributa & Relationes originis cum essentia divina an queant adire compositionem? q.1.per totum.*
3. *Ne quidem etiam datâ hypothesi quòd nullam compositio diceret imperfectionem. Ibid. à n. 105 & seq.*
4. *Compositio in divinis simplicitatem divinam destruit. n.113.*
5. *Fundamenta in contrarium discutiuntur & dissunguntur. n.114.*
6. *Adducitur sententia & fundamentum Poncii quòd in Deo sine divinæ simplicitatis exitio admitti possit compositio ex genere & differentia. n.115.& seq.*
7. *Ostenditur compositionem ex genere & differentia simpliciter irreconciliabilem esse cum divina simplicitate. n.117.*
8. *An admittenda ex doctrina Scoti compositio rationis? q.3.n.147.*
9. *Negativa præfertur. per totum ibid.*

102. *Poncius Scotista doctrinæ de qua controvertitur Antesignanus.*



CONtroversia hæc compositionem proponit in sensu Scotistarum, quòd partes componentes importent formalitates ex natura rei inter se distinctas, atque sic inter recentiores Scotistas, à quibus compositio nullam imperfectionem involvens excogitata, ac in scholam nostram invecta est, præsertim inter *Joannem Poncium* affirmativæ partis *Patronum*, *imò Antesignanum*, is nimirum primus eam duxit in apricum, *in Curs. suo philos. d.69 .n. 34. & prolixâ additione seq.* Et Mastrium Meldulensem, *tum in Metaphysica d.2. q.5.n 34.& d.6, metaphys.n.235.* cùm etiam in *Theologia tom.1.de Deo d.2 de divina simplicitate.q.8.a.1. & 2.* pugnacissimè controvertitur, utrumque vide & lege, leges utiliter. Habet autem quæstio duplicem intellectum, *semel* ut dicantur seclusâ imperfectione attributa divina & relationes componere cum essentia. *Secundò*. ut componatur ipsa essentia ex genere & differentia, non tanquam ex perfectibili & perfectivo, suæ simplicitati repugnanti, qualis est compositio ex gradibus genericis inter cathegoriæ fines conclusis, sed ex genere & differentia transcendentalibus, sit

QVÆSTIO I.

Num Attributa & Relationes divinæ veniant cum essentia divina in compositionem, ab omni depuratam imperfectione?

SUMMARIUM.

1. *Staudenhecht opinio affirmativa. n.103.*
2. *Improbatur. n.106.& seq.*
3. *Eliditur fundamentum Staudenhecht. n 112.*
4. *Compositio inter Attributa, Relationes & Essentiam, destruit divinam simplicitatem. n.113.*
5. *Cur sancti PP. tam graviter compositionem à Deo proscribant? ibid.*
6. *Rationes in oppositum confutantur. n.114. & latere in opinione illa errorem Gilberti ostenditur. Ibidem.*
7. *Perfectiones simpliciter de essentia sunt prædicabiles, non solùm in actu signato, sed & in actu exercito. Ibid.*
8. *Distinctio formalis elucidatur. Ibid.*

103. *Staudenhecht, doctrinæ propositur.*

IN hanc rem novissimè scripsit P. Staudenhecht, in tract. suo Philosophico-Theologico de distinctionibus, ubi, *p. 2. s. 2. n. 338.* ad instantiam secundam contra distinctionem for-

formalem, cui defendendæ hunc Tractatum adorſus eſt,in reſponſo ſub *n.337.ait:* dupliciter ſumi poſſe compoſitionem. *Primò* pro unione diſtinctorum, quomodocunque ſe habeant illa diſtincta,eorumque unio, ſive illa arguat imperfectionem,ſive non: *Secundò*,pro unione diſtinctorum, quæ arguat imperfectionem. Similiter,inquit, ſimplicitas poteſt ſumi dupliciter: *Primò* pro negatione omnis diſtinctionis, ſive id arguat imperfectionem, ſive non: *secundò*,pro negatione diſtinctionis arguentis imperfectionem; quando ergo PP. & Concilia aſſerunt, Deum eſſe omninò ſimplicem ſeu ſimpliciſſimum, aut nullo modo compoſitum,intelligendi ſunt ſine dubio, de compoſitione quæ arguat imperfectionem,& de ſimplicitate, quæ dicit negationem omnis diſtinctionis involventis imperfectionem, aliàs enim non eſſet, cur alia compoſitio negaretur Deo, aut alia ſimplicitas tribueretur illi. Mox,*n.338.*ait; compoſitionem imperfectam eſſe,quæ depėdet in eſſe tam exiſtentiæ,quàm poſſibilis à cauſa extrinſeca, nempe à Deo in cauſa efficiente & ideali; ideoque quia conjungitur cum dependentia, eſt compoſitio metaphyſica imperfecta, & oppoſita ſimplicitati perfectæ, quæ conjungitur cum independentia,quare eo ipſo quo formalitates aliquæ identicè uniantur non habentes talem dependentiam, illa unio ſit abſque ulla compoſitione imperfectâ.

Ex hoc fundamento reſpondet ad tertiam inſtantiam, quæ urgebat admittendum ex diſtinctione Scoti compoſitionem ſaltem metaphyſicam: reſpondet, inquam,conced.ſequel.ſi per compoſitionem metaphyſicam intelligas præciſè unionem identicam plurium virtualiter, vel formaliter metaphyſicè ſolum diſtinctorum;nec video,qui id ſalvo Concilio Florent.negare poſſit(puta,quin ſit vera compoſitio metaphyſica)cùm in eo ſæpè dicatur, perſonas conſtare vel conſtitui ex eſſentia & proprietatibus,conſtitutio autem (teſte Lugo *1.p.l.1.d.16.ſ.10.n.5.*) eſt quædam compoſitio, aut ſaltem fundamentum illius, pro eo Patronum invenit & citat Perez *d.9. de Trinit.ſ.1.n.7* hæc ſcribentem; quia divinæ perſonæ habent communem eſſentiam in quâ conveniunt, & oppoſitas relationes,quibus differunt; ergo in qualibet perſona duo reperiuntur,quorum unum eſt illi commune cum cæteris, alterum proprium & diſtinctivum: ſed ubi hæc duo reperiuntur,ibi eſt aliqua compoſitio. Iterum Perez *n. 17.* ex natura rei eſt aliqua virtualis conſtitutio & compoſitio perſonæ ex eſſentia & relatione, & manifeſtè conſtat ex mente PP.& Theolog.veterum, qui dum affirmant perſonam conſtare ex eſſentia & proprietate, ut loquitur Joannes Theologus *in Conc. Florent. ſeſſ. 19.* non loquuntur de conſtitutione rationis, quæ reſultat ex modo intelligendi noſtri intellectûs. Ut enim benè notavit Suarez *l.7.c.3.n.5.*Eccleſiæ Patres non fuerunt ſolliciti in ea compoſitione rationis aſſerenda, defendenda & declaranda; ſed locuti ſunt de virtuali conſtitutione, quæ convenit perſonæ abſque ordine & dependentia ab intellectu noſtro,ita Perez apud Staudenhecht *ll. cc.* adducit inſuper ibidem in ſui favorem Arriagam,Bernal de Quieros, moxque ſubſumit & infert:atqui hæc *conſtatio*, *conſtitutio*, *compoſitio* non eſt phyſica, ergo eſt metaphyſica.

Perez.

Denique,*in fine capitis § 3.n. 376.*ad inſtantiam quam ſibi *n.374.*objecerat,ait; *dico igitur abſolutè eſſentiam eſſe perfectibilem per Attributa & Relationes, & unum attributum per aliud ſecundùm quid,& metaphyſicè.* Infra *ſecundò dico eſſentiam divinam non eſſe potentiam etiam metaphyſicam, quia hæc debet eſſe indifferens disjunctive ad has & illas differentias ſpecificas vel numericas:*& mox *dico tertiò*, eſſentiam & attributa divina ſe invicem perficere, ut perfectus actus ſubſtantivus,qui ſimul ſunt una phyſica eſſentia. 104.

ASSERTIO.

Irritè & infundatè aſſeritur perſonalitates & attributa divina formaliter ab eſſentia diſtincta veram cum illa compoſitionem adire, etiam gratis data,non conceſſâ compoſitione aliquâ, quæ poſitivè ſuâptè naturâ nullam involveret imperfectionem.

105. Nec probationem hujus ſuppono eſſentiam divinam eſſe primam omninò entitatem in toto ordine entium,& à ſe,ſeu ipſum primum aſeale eſſe, quòd autem habet à ſe ſuum eſſe,habet illud in totâ plenitudine quæ ſibi competere poteſt, abſque ullâ limitatione, nihil enim habetur limitatè in aliquo, niſi habeatur ab aliquo agente, illud ad certum gradum determinante. Eſſentia divina conſequenter nihil habet ab aliquo diſtincto,ſed omnia,ipſa quoque attributa, accipere debent ſuam actualitatem ab eſſentia, à qua velut ex immenſo perfectionum pelago jugi ac perenni ſcaturigine, ſine receſſu tamen et motione infinitatis eſſentiam cum attrib is id: ificantur, vel ſine tranſitione egredi ntur; alto quodammodo videntur prodire foras, ſive ad locum, ut immenſitas, ſive ad tempus, ut æternitas, ſive ad poſſibiles creaturas & præſentes,præteritas & futuras, ut omnipotentia,miſericordia, juſtitia: ſed tamen ibi unde ſluunt ſiſtendo, illam perfectiſſimè ibi identificatam inhabitant, & velut ſibi ipſis inſidendo permanent.

Quomodo divina attributa egredi nunc ex eſſentia.

Hoc

Hoc supposito cum communi sic argumentor:

106. Nullum signum rationis in Deo ostendi potest, in quo relationes & attributa cum essentia compositionem adirent, ergo non datur in Deo compositio: antecedens probatur: pro omni signo sunt inter se perfectissimâ identitate identificata, ergo quando relationes via compositionis censerentur in constitutiònem personæ venire cum essentia, similiter quando illam ut perfectibilem actu perficere conciperentur attributa, jam venirent pro aliquo signo in compositionem, in quo antecedenter essent sibi perfectissimè realiter identificata, consequenter cùm nihil componitur ad seipsum, compositio implicat: antecedens ad oculum patet, si memineris, quòd modi intrinseci anteeant, & includantur in essentiis rerum, quibuscunque proprietatibus, & quasi proprietatibus circumscriptis: sic infinitas in divinis, cujus munus est in ente infinito identificare illi omne realiter identificabile, *eo ipso* (cùm nihil possit esse finitum & infinitum) *quo* attributorum identitatem realem cum essentia inducit, omnem quoque compositionem & componibilitatem, quæ carentiam compartis infinitati jam dictæ repugnantem involvit, loco excludit. Et hoc expressè Scotus innuit 1. *d. 5. q. 2. n. 15.* his verbis: *Qualiter autem stat, quòd ratio relationis in re non sit formaliter eadem rationi essentiæ, & tamen in eodem concurrentes non constituunt compositum, vel compositionem, hoc est, quia ista ratio est eadem perfectè illi propter enim infinitatem unius rationis, quidquid potest esse idem cum ea, est idem perfectè sibi; Perfectio enim identitatis excludit omnem compositionem & quasi compositionem, quæ identitas est propter infinitatem, & tamen infinitas non tollit formaliter rationes, quin hæc formaliter non sit illa. Non est igitur ex istis quasi compositum, & ideò nihil est ex eis quasi compositum ex actu & potentia, sed est unum simplicissimum ex istis.*

Modi intrinseci prajacent proprietatibus essentia.

Scotus.

107. Secundò: si infinita sapientia v. g. cum Deo totum aliquod vel compositum constitueret, cujus sapientia sit pars, jam servatâ proportione ad compositionem realem, quæ dicit imperfectionem, cùm non possit esse pars, nisi in ordine ad totum: vel esset pars cum alia comparte constituens totum totalitate *elementatis formalis*, vel totum totalitate *identitatis realis*, neutrum dici potest; *non primum*, cùm formalitates in Deo ab essentia inter se in doctrina Staudenhecht conformiter ad Scotum supponantur formaliter distinctæ (idem est de relationibus quoad essentiam) ita ut identitatem ac unionem formalem astruat esse impossibilem & contradictoriam: ergo si dari nequit infinitum, quod sit totum totalitate identitatis *formalis*, cùm id non nisi per unionem & identitatem formalem fieri possit, neque dari potest pars tali totalitati correspondens. *Non secundum*, quia nihil potest esse pars eo modo quo est totum, seu quod in idem redit, nullum totum cum se ipso toto compositionem facit, atqui sapientia propter infinitatem est tale realiter totum, ita ut implicet, etiam qua distincta formaliter ab essentia non esse realiter totum cum essentia, ac vicissim: infinitum siquidem ex sua ratione formali identificat sibi realiter quodcunque sibi compossibile, ut sunt omnes perfectiones simpliciter, &c. ergo implicat illud, quod per identitatem realem continet aliud, adhuc venire cum illo in compositionem partis ad constituendum totum totalitate *identitatis realis*, quia constitueret totum ante (quod implicat) plenè, ac in perfectissimâ totalitate constitutum; & hoc argumentum habet efficaciam contra doctrinam Staudenhecht, esto gratis concederetur compositio nullam involvens imperfectionem, propterquod in asserto dixi *gratis data non concessa*, quia hypothesis illa manifestam involvit imperfectionem, ut fusè ostendetur infra in argumentis contra Poncium & Baronem allatis, deinde nulla major imperfectio contingere potest, quàm admittere contradictoria, quæ ex doctrina Staudenhecht probantur evidenter. Sitque tertia ratio in contrarium.

Pars non est nisi in ordine ad totum.

Non datur totum totalitate identitatis formalis in doctrina Scoti.

Quare repugnet compositio.

Idem secundùm idem, esse finitum & infinitum, carere perfectione, & non carere illâ, sunt contradictoria; atqui si esset in Deo compositio inter divinas formalitates, quælibet earum *careret* aliquâ perfectione, & *non careret*: ergo. primò quòd careret illâ, probatur: quia omne componibile alteri, caret perfectione illius, cum quo componitur, consequenter perfectione totius, quæ conflatur ex perfectione utriusque, si enim una pars tam perfecta foret, sicut ipsum totum ex utraque, ad quid fieret compositio? & si è contra totum sit tantò perfectiùs partibus seorsim sumptis, quantum perfectionis pars una alteri superaddit, necessè est partem carere perfectione alterius compartis, præsertim in sententia Staudenhecht, admittentis essentiam divinam formalissimè sumptam esse minus perfectam Deo physicè considerato, de quo quàm rectè id dicat, *infra n. 114.* Deinde non careret aliqua perfectione: quia nullum infinitum caret perfectione illius, cum quo est idem, seu quod habet secundùm identitatem realem, quomodo etiam carebit illo, quod de necessitate perfectissimè & in recto realiter est ipsum? ergo nisi velis priùs ad dissolvendam contradictionis implicantiam, obstaculum compositionis id est, ipsam identitatem formalitatum cum essentia à Deo tollere, vel infinitatis modum postponere proprietatibus & quasi proprietatibus, & sic solutâ & sublatâ identitate constituere cum amentibus hæreticis compositionem in Deo realem & physicam, nulli earum datur accessus ad componibilitatem metaphysicam, & exercitium compositionis actualis, non enim apparet, quomodo supposito, quòd identitas formalis (qua talis compositio exante realiter identificatis effici deberet) in Deo possibilis sit, illud sibi quis persuadere possit? Videa-

108.

Totum est perfectius parte.

Nullum infinitum caret perfectione aliqua.

Staudenhecht.

Actus perfecti quanto magis sunt in ultima perfectione, tantò minus componunt per se unum.

109. Videamus tamen possitnè id persuaderi ab illo, & complanari intranabilis illa contradictoriorum semita, illudendo vim argumenti quoad *primam partem*, contra secundam equidem nemo arietabit: *Essentia*, inquit Staudenhecht, n. 376. *& attributa divina se invicem perficiunt, ut perfecti actus substantivi, qui simul sunt una physica essentia (sicut si conciperes duas partiales differentias ultimas, licèt una sit prior & altera posterior) sibi invicem per identitatem sine ulla potentialitate vel imperfectione receptionis & informationis aut potentia receptiva & actus informantis & recepti advenientes.* Vel ibi loquitur de actibus substantivis completis, & in ultimâ actualitate suâ constitutis, vel non: *si sic*: resistit ratio, quia actus perfecti ultimatâ perfectione tantò minus per se unum efficiunt, quantò magis sunt in ultimatâ actualitate; unde tunc non efficiunt unum, nisi per aggregationem: itaque relationes & attributa divina, si à parte rei componant cum essentia, magis conferrent ad unitatem Dei, si se haberent per modum actûs & potentiæ, quam omnia constituendo in ultimatâ actualitate, & postea ad compositionem trahendo. *si non*, sed de actibus incompletis substantivis, & ut partes sunt, loquatur, quod & re ipsâ hæc sua verba, quibus illos actus explicat, innuunt, *sicut si conciperes duas partiales differentias ultimas, licèt una sit prior & altera posterior*: jam reviviscit argumentum sub *n. 108.* scilicet illos actus partiales ut tales, & velut partiales differentias (de quibus in comperto est, neutram ex sua ratione formali se alteri entitativè communicare, nec nisi propter tertium identificari) carere perfectione alterius, cui ut comparti concomponuntur.

Quid identitas formalis.

110. Ubi *quæro* ab hoc *Authore*, quid, dum dicit actus illos substantivos sibi invicem per identitatem --- advenientes, quid inquam velit intelligi in *τὸ per identitatem*? an confundat illam cum unitate compositionis, quam per illam hoc loco prætendit, fiatque sensus iste, quem & disertis verbis asserit *cap. cit. n. 337. formalitates divinas uniri unione identitatis non compositionis, id est, unione solùm metaphysicâ, non physicâ*. sed hæc identitas est impossibilis: ergo & compositio per illam asserta, erit impossibilis: min. prob. non datur alia identitas, quàm vel *formalis*, quæ concipitur per formalem & omnimodum prædicatorum consensum ad non distingui à parte rei inter se, & ad repugnantiam sufferendi prædicata realiter contradictoria: vel *realis*, quæ concipitur per prædicatorum consensum ad distingui formaliter ex natura rei, & sic consequenter ad supportanda sine contradictionis ictu contradictoria: primæ identitati repugnat distinctio etiam formalis nostra ex natura rei, secunda illam admittit: atqui neutra identitas per ullam potentiam (esto per possibile vel impossibile daretur compositio sine potentialitate & imperfectione positiva) apta est, ut sit identitas metaphysicæ compositionis: *non*

Quid identitas realis.

prima, cùm non dicat nisi unam simplicissimam & unicissimam formalitatem, qualem Deum esse cum Scotistis hic Author omnibus viribus inficiatur per assertionem distinctionis formalis Attributorum Dei inter se & ab essentia. *non secunda*, ut patet ex dictis supra, ubi ex intrinseca rei contradictione ostensum, repugnare, aliquid quà totum posse subire rationem partis, omne autem quod venit in compositionem, sive illa involvat imperfectionem positivam, sive non, debet habere rationem partis, quia prima radix componibilitatis est ratio partis, cùm aliter non sit conceptibilis compositio, nisi partis ad partem illius, quod ex ipso & alio perfectivo est compositum: sed infinitum ob suam identitatem realem cum omnibus sibi compossibilibus, quale est essentia cum attributis divinis, non potest habere rationem partis, non dicam, quia tunc esset essentia aliquo modo potentialis ad aliam compartem; non dicam, quia non esset necesse esse: non dicam etiam quia non esset in ultima actualitate, & actûs puritate; sed solùm, & sufficit, ad refellendam hanc doctrinam; quia omnis pars potest excedi à toto, omne totum siquidem est majus sua parte, infinito autem nihil est majus, id enim est contra rationem infiniti, etiam datâ hypothesi, cui toties & gratuitò salvum dedimus conductum *ut transeat*, quòd partes componentes non se haberent ut actus & potentia metaphysica, neque attributa perficere essentiam & se mutuò ut accidentia, sed ut actus perfecti & substantivi, & pro ea parte talis talium realitatum in ultimâ actualitate constitutarum compositio, non diceret aliquam impuritatem, ut sic loquar, ac imperfectionem entitativam, non sequitur, quin quælibet earum dicat imperfectionem privativam, sicut lux, quæ caret aliquo gradu lucis, esto non misceatur illi aliquod positivè impurum, quòd conspergat illam quâdam caliginis tenebricositate, ideoque non sit entitativè impura, privativè tamen talis est, quia deest ei aliquis gradus actualitatis.

Radix componibilitatis consistit in parte.

Imperfectum privativè non est in Deo.

Ex his dilucidè patet, quàm inaniter distinguat compositionem in unionem distinctorum, quæ involvit imperfectionem, & illam quæ non involvat: nam absolutè sicut implicat substantiam materialem esse spiritum; & sicut implicat asinum esse rationalem, ita implicantiam dicit, non habere rationem partis ad partem, sed tantùm rationem conventûs alicujus rationum sibi coexistentium, & tamen esse veram compositionem ex natura sua in partes resolubilem: & sicut implicat dari opinionem sine formidine ad oppositum, fidem sine obscuritate, scientiam sine evidentia, ita per consequentiam partium in composito implicat dari compositionem sine imperfectione aliqua resultante ex eo, quòd una pars componens caret perfectione alterius, est proinde in potentia ad eam vel realiter, si ab ea realiter distinguitur, vel formaliter, 111.

ter, si ut componens cum illa distinguitur ab eadem formaliter.

112. Fundamentum autem, cui innititur, & quod tacito nomine sumpsit ex Joanne Poncio *d.71.n.59.Curs.suo Phil.* si quid valet, de quo vide, quæ diximus, *Controv.1.q.3.a.3.n.50.* tumirum unionem formalitatum ab influxu causæ extrinsecæ dependentem facere compositionem imperfectam simplicitati repugnantem, quo pacto in homine uniuntur animalitas & rationalitas, non autem unionem formalitatum independentem à tali influxu, quomodo in Deo uniuntur formalitates; destruit potiùs, quàm juvat hanc doctrinam.

Probatur: Independentia unionis ab influxu à causa extrinseca, quomodo uniuntur in Deo formalitates divinæ, involvit ipsum esse Dei aseale, ambiens esse infinitum, seu habens suum esse à se cum infinitâ perfectionum plenitudine, cùm nullum habeat agens determinativum sui ad certum gradum perfectionis, ideoque dicatur infinitum perfectionum pelagus; ergo sive dicatur infinitum secundùm ambitum identitatis realis omnium perfectionum sibi compossibilium, ut volunt Scotistæ, & ipse Staudenhecht cum illis, jam satis demonstratum est non dari locum ulli compositioni; sive dicatur infinitum omnia ambiens secundùm identitatem formalem, ut alii extra scholam Scoti autumant, à qua pater à potiori compositionem procul exulate. Fustra ergo illud Poncii fundamentum substituit suæ doctrinæ in subsidium, ut videtur hic Author, ut infra ostendemus in responso ad argumentum, in eo deceptus, quòd, cùm omnis compositio fieri debeat, vel ex duabus realitatibus, id est, quarum una caret perfectione alterius; vel ex duabus formalitatibus, quarum una habet rationem actûs ad modum formæ seu differentiæ, alia verò rationem potentiæ determinabilis ad modum materiæ vel generis, voluerit ipso non repugnantia compossibilitatis confundere formalitates divinas cum realitatibus & formalitatibus creatis, modò independentia unionis earum à causa extrinseca faceret eam compositionem: non officere simplicitati divinæ, sed hic opus, hic labor est, quem in æternum non superabit, sicut enim hæc independentia de facto non facit, quod una formalitas non includat aliam formaliter, ita datâ hypothesi compositionis (quam tamen destruit illa dependentia) non impedit, quin faciat compositionem suo modo simplicitati repugnantem. Ex his dico ulterius.

Eluditur fundamentum Staudenhechi.

ASSERTIO II.

Implicat Essentiam divinam inter & personalitates & attributa divina dari veram compositionem sine præjudicio divinæ simplicitatis.

113. Patet ex dictis, specialiter *à n.106.* usque huc, si enim implicantiam dicit, quòd compositio non involvat imperfectionem, consequens est solvi divinam simplicitatem, cui è diametro opponitur compositio ut sic, alioqui enervaretur præcipuum medium, quo utuntur Theologi ad probandam Dei simplicitatem ex infinitate deductum; quare tam unanimi consensu Concilia & sancti PP. *supra Controv.1.q.1.a.2.§.1.n.17. & §.2.n.19. & seq.* omnem à Deo proscribunt compositionem, non solùm propter *Audianos*, & *Anthropomorphitas*, vel *Arianos*, qui Verbum & Spiritum S. ponebant creaturas, neque eo tantùm, quia non volebant Deum poni in prædicamento substantiæ, sed simpliciter removent à Deo omnem compositionem accipientes suæ doctrinæ pondus ab ipsa Dei actualitate, & summâ omnium identitate: hunc respiciens Eulogius Alexandrinus *apud Photium pag. 457.* postquam retulit quorundam doctrinam de Deo, *asserunt*, inquit, *aliqui hypostasin complexionem esse substantiæ & proprietatum, quod apertè compositionem introducere videtur*: exclamans interrogat illos, *& ubi est illa in Trinitate simplex Divinitas, & compositionis expers?* quid quæso diceret hic Alexandrinus, si hujus Authoris legisset opinionem? cùm enim omnis compositio sit resolubilis in partes, qualescunque tandem assignare voluerint isti compositores, an non scinderetur, ubi est illa in Trinitate summa actualitas? ubi & perfectissima illa omnium identitas? tot Sanctorum calamis propugnata simplicitas ubi est? nec habet quod respondeat nisi recurrendo ad compositionem perfectam & imperfectam seu distinguendo in eam compositionem, quæ sit unio distinctorum non arguens imperfectionem, & in eam quæ arguit imperfectionem, consequenter ad partes perfectas, non imperfectas; ad carentiam alicujus perfectionis perfectam, non imperfectam; ad perfectibilitatem perfectam, non imperfectam; quæ diceret nonnemo esse conceptus undecimi prædicamenti, seu meras chymeras; consequenter responsio, Concilia ac PP. asserentes, Deum esse omninò simplicem seu simplicissimum, intelligendos esse de simplicitate, *quæ dicat negationem distinctionis involventis imperfectionem*, chymerica est & nulla. Igitur deluditur hic Author à distinctione formali, conciliare volens suæ compositionis perfectionem, dum ait *loc. cit.* si distinctio formalis non dicat imperfectionem, nec compositio inde sequens erit imperfectio, nec summa simplicitas debet excludere talem compositionem, & totâ viâ aberret à vero, cùm per nullam consequentiam causalem ex eo quòd hæc di-

Eulogius Alexandrinus.

Author compositionis in Deo eluditur in distinctione formali.

distinctio in Deo detur, & tamen non dicat imperfectionem, neque opponatur simplicitati divinæ, concludere potest compositionem perfectam, ad hoc namque prius probandum esset, quòd distinctio & compositio sint convertibilia, quare hoc argumentum, procedendo à distinctione formali ad compositionem procedit planè per locum extrinsecum & consequentiam accidentalem magis remotam à causâ adæquatâ, cur sit vel non sit compositio inter plures formalitates Dei, quàm si dicerem, hominem futurum rationalem, si sit risibilis: imo minus id in divinis exinde concluditur, quàm si quis vellet in creatis probare Petrum esse risibilem, rationalem, quia est animal, aut esse intellectivum, quia est corpus, &c. de quibus plura *tom. 1. suo loco, videnda.*

Respondetur ad argumenta supra n. 103. & 104. ex suo fundamento allata, & impugnatur amplius hæc doctrina ostendendo in aliquo sensu cognatam esse errori Gilbertino.

Qualiter dicantur constitui persona divina ex Natura & Relatione.

114 Ex his denique ad ea respondetur, quæ supra hic Author adduxit; & quantum ad *Concil. Florentinum*, conceditur personas *constitui, constare* ex essentia & proprietate; ex Natura & Relatione, non tamen, ut vult *Staudenhecht* per compositionem metaphysicam, sed per summam identitatem, neque hic prodest recurrere primò ad Scotum *1. d. 8. q. 4. & alibi*, quòd concedat essentiam divinam quodammodo perfici, & perfectibilem ab attributis in esse secundario: secundò nec prodest recurrere ad sapientissimos Theologos concedentes actum primum & secundum in Deo v. g. intellectivum & volitivum, per modum actûs primi, intellectionem verò & volitionem actualem per modum actûs secundi, pro quo *n. 374. & alibi*, primò citat & objicit *Suarez*, affirmantem dari in Deo non solùm potentiam respectu termini producti, sed & actuum notionalium. Secundò affert *Molinam, Arrubal. Recupitum*, aliosque; Nam hic nullatenus essentiæ probatur perfectibilitas, quæ dicit componibilitatem in ipsâ, quia ut actus primus non est potentia actuabilis, sed actuâs, neque veluti per componibilitatem actûs cum illa, sed per identitatem; ratio patet ex dictis: quia prima radix perfectibilitatis per compositionem, est ratio partis, nihil enim potest componi cum aliquo, nisi habeat rationem partis respectu totius resultantis ex illa parte, & alia comparte, quod quia refugit infinitum propter insuperabiles inconvenientias, quæ nullo modo ab illa compositione abstrahi possunt, sicut in tota hac Controversia demonstratur. Aliud est de perfectibilitate per identitatem, quâ essentia Dei propter sui infinitatem perfectam perfectè est eadem cuilibet cum quo nata est esse, ut nullam ab alio, eius in Deo sic est eadem, puta ab alio attributo, nec attributum ab essentia, nec attributum ab attributo secum patiatur exclusionem, qualem subit pars componens respectu suæ compartis in quocunque composito: quare Staudenhecht *p. 2. c. 2. n. 371. & 372.* ad instantias contra distinctionem formalem, inter perfectiones Dei, valdè abusivè loquitur, concedendo dari *intra Deum aliquid perfectius essentia Dei*, eamque esse *limitatam & finitam*, quod esto explicet & intelligat in sensu tantùm præcisivo, quòd essentia formaliter non includat in omni genere entis perfectionem, sive secundùm transcendentiam essentialem, scilicet non includat attributa *formaliter*: immeritò tamen cùm includat omnem perfectionem secundùm conjunctionem identicam, admittitur ideo ejusmodi limitatio & finitas, & major minorve perfectio intra Deum; hoc ipso siquidem meritò posset objici id Bernardi *l. 5. de consideratione ad Eugenium c. 7. quid est Deus? quo nihil melius cogitari potest: si approbas, non oportet assentiaris, esse aliquid quo Deus sit, & quod Deus non sit*; si enim intra Deum possit concipi aliquid perfectius, quàm essentia, hoc sine dubio erit melius, quàm essentia, si ergo approbas Deo nihil esse melius, non oportet assentiaris essentiam esse partem, essentiam formaliter sumptam esse minùs perfectam, quàm totus Deus, ex ipsâ & attributis compositus; & sicut pergit *Bernardus* occurrens tacitæ responsioni, ac interrogans *Gilbertum*, ait: *negans Deum habere divinitatem? non, sed quod habet, hoc est, negas divinitatem esse Deum*, una siquidem ex propositionibus Gilberti *in Conc. Rhem.* ubi damnatus erat: quòd Natura divina, quæ divinitas dicitur *Deus non sit, sed forma qua Deus est*: eâdem prorsus ratione conveniri posset hic Author: *negas divinam essentiam habere divinitatem? non, sed quod habet*, essentiam quæ habet divinitatem, statuis esse partem; pars qua pars, caret perfectione illius, cum quo componitur, proinde & perfectione totius, & hinc consequenter quidem dicis essentiam esse limitatam & finitam; etsi non in linea essentiæ, qua complectitur hanc perfectionem, benè tamen in linea entis & partis, quâ non complectitur alias perfectiones attributales, seu quatenus non complectitur illud quod habet, hoc est, negas essentiam formalissimè sumptam non esse Deum, physicè & secundum totam suam realitatem intellectum, durus est hic sermo, & non Scotisticus, quia reapse talis non habet sensum præcisivum solùm, id est, quòd ratio unius intelligatur distincta formaliter, & non intellectâ ratione alterius, ut Scotistæ docent; sed revera habet sensum exclusivum, quo positivè unum non est aliud, vel si non habeat talem sensum, ut ipsemet Staudenhecht *l. c. n. 372.* indubie quoad rem ipsam intendit, dicens: *Essentia perfectiones attributales positivè à se non prohibet aut excludit, sed potiùs essentialiter petit esse cum illis realiter idem-*

Suarez.

Essentia ut actus primus non est actuabilis, sed actuâs per identitatem.

Attributorum inter se & essentiam nulla exclusio.

Deus, quo nihil melius.

Declaratio latentis erroris in opinione Staudenhecht.

dentificata, idque habet cum essentiali actualitate existendi à seipsa formaliter cum independentia ab alia causa, adeoque est essentialiter radix (metaphysica) omnium tam attributorum quàm relationum, quæ est quadam etiam in omni genere entis infinitas, ut benè notat, inquit, Comptonus, & jam vel sibi ipsi est minimè nexus, subvertitque & destruit à se dicta, vel quemadmodum multi alii, qui scripserunt contra Subtilem, subtilitate hujus distinctionis se ipsum involvit & implicavit: quæritur namque, quomodo essentia duntaxat ab attributis formaliter distincta, est finita & limitata, & minus perfecta, quàm ipse Deus in physica Deitatis constitutione, quatenus ex omnibus prædicatis divinis per identicam conjunctionem coalescit, consideratus, si verè ut fatetis, ipsa divina essentia petat esse realiter totus Deus physicè acceptus? quæro, estne quid se ipso minus imperfectum? aut datur limitatio ad se ipsum? minimè; sed ad id quod realiter non habet: ergo cum totus Deus, in physicâ Deitatis constitutione consideratus, nullam dicat perfectionem, quam non realiter importet divina essentia, consequens est, quòd talis limitatio minorve perfectio, quam Author iste asseruit intra Deum, non præcisivè identitatem solùm formalem afficiat, sed & excludat identitatem realem; illâ enim inclusâ, essentiam formalissimè sumptam impossibile est non esse simpliciter & absolutè in omni genere quis infinitam & illimitatam: proinde falsæ sunt omnes illæ propositiones: *Essentia ut distincta formaliter ab attributis, non est illimitata & summè perfecta: datur intra Deum aliquid perfectius essentia: essentia est quodammodo limitata*; falsæ sunt, inquam, omnes & similes, quia excludunt positivè identitatem realem, quam necessariò infert & supponit distinctio formalis; ut & vicissim identitas realis distinctionem formalem; stat siquidem necessariâ simultate & coexistentiâ identitas realis cum distinctione formali, & vicissim distinctio formalis cum identitate reali. Quare in hac coessendi necessitate, vera est non solùm hæc in actu signato: *de essentia divina formaliter sumpta omnis perfectio est prædicabilis*, sed & istæ in actu exercito: *essentia divina formaliter est infinita, summè perfecta, est sua perfectio, sua bonitas, est sapientia, &c.* & talem habet sensum, non quòd essentia divina formalissimè sumpta, sit formalissimè sua Bonitas, Sapientia, &c. quia sic involveretur identitas formalis, quæ destruit particulares & proprias attributorum rationes formales; sed essentia divina formalissimè sumpta est non solùm formaliter ob suam radicalem infinitatem, sed & per omnium attributorum realem identitatem *realiter infinita* in omni genere entis, sic *est realiter sua Bonitas, sua sapientia*, ita ut sit necessariò identitas realis in talibus propositionibus imbibita, omnemque includens perfectionem. Unde hic Author volens excludere identitatem formalem, nimium concedendo, posse aliquid esse intra Deum perfectiùs, quàm sit essentia Dei strictè & formaliter sumpta, eam esse limitatam in aliquo genere entis, sive quoad perfectiones attributales & relationes; improvidè excludit identitatem realem, in qua exclusione gliscit error *Gilberti*, & *Joachim* Abbatis, illâ enim inclusâ id pessimè concessit, & falsò ita distinguit, memor distinctionis, immemor identitatis illi distinctioni tanto nexu cohærentis, ut impossibile sit quasi clauso uno oculo videre distinctionem hanc, & non videre identitatem realem. Hinc Mayronius noster 1. *disputatione octava, quæstione sexta, numero secundo*, identitatem realem describens etsi obscurè locutus sit, dicit: *identitas est distinctio ab eo conceptu, cui res eadem dicitur*; sic ob mutuam mutuæ illationis coexistentiam, quis distinctionem formalem, etsi minùs, clarè depingere posset: *distinctio formalis est identitas realis ab eorum conceptu, quæ in re eadem distincta dicuntur*; & ipse *Scotus* de hac distinctione formali in divinis loquens dixit: illam cautè potius explicandam esse per negationem identitatis formalis, dicendo: *hoc non est formaliter idem*, quòd habet sensum solùm præcisivum inter realiter identificata, quam per affirmationem distinctionis, dicendo: *hoc est sic vel sic distinctum*, quia cum tempore Scoti distinctio ex natura rei pro vera & rigorosa distinctione reali usurpari solebat, non solùm diceret sensum præcisivum, sed realis identitatis exclusivum, qui omninò à conceptu hujus distinctionis arcendus est.

Ex his patet quid dicendum ad illa, quæ ex Perez adduxit: quia hi Authores, vel accipiunt ibi compositionem impropriè pro constitutione per identitatem, vel si propriè accipiant, & ipsi ex eadem causa cum Staudenhecht rejiciendi, aut corrigendi.

Comptonus.

Essentia divina tam perfecta sicut ipse Deus physicè consideratus.

Prædicationes attributorũ de essentia divina tam in actu signato quàm in actu exercito quomodo sint veræ?

Descriptio identitatis realis.

Distinctionis formalis descriptio.

QUÆSTIO SECUNDA.

An detur in Deo sine divinæ simplicitatis exitio compositio metaphysica ex genere & differentia nullam involvens compositionem.

SVMMARIVM.

1. *Proponitur opinio & fundamentum Poncianum n.115.& seq. item n.121.& 122.*
2. *Rejicitur.n.117.& seq.*
3. *Partem in divinis non dari remonstratur.n.119.*
4. *Iterum arcetur compositio à Deo. n.119.*
5. *Genus & differentia quid sint & unde sumantur.n.120.*
6. *Sine identitate reali, formalis distinctio non est componibilis.n.124.*
7. *Formalitas distincta ex natura rei nequit terminare sui cognitionem, nisi cum dependentia ad identitatem realem & continentiam unitivam.ibid.*
8. *Prioritas & posterioritas, quæ est inter formalitates divinas est cum necessaria continentia identica ac realiter unitiva.n.125.*
9. *Essentia divina in esse præciso non continet perfectiones attributales virtualiter solum & eminenter.n.126.*
10. *Continentia radicalis fundamentalis & originativa in divina essentia velut pelago omnium perfectionum non excludit perfectiones Dei secundùm esse formale.n 127.*
11. *Non dari latentiam & partem perfectam, eaque non illustrare, sed confundere doctrinas.130 & seq.*
12. *Relationes originis sunt entia non quanta de se, secus est de ente ut sic, quod distinctum est conjungibile permissivè tum finitate & infinitate.n.131.*
13. *Quare nequeat genus aut differentia sumi à tota rei quidditate, consequenter quare implicet infinitatem esse differentiã. à n 132. usq, 136*
14. *Baro Poncii sententiam novis ornat mangoniis. n.138.& seq.*
15. *Discursus & rationes Baronis cõvelluntur.n.140*
16. *Radix & indoles componibilitatis declaratur. n.141.*
17. *Ens contrahitur per rationes quidditativas transcendentales, non per modos, qui substantia talis quidditatis etiam usque ad singularitatem posteriores sunt apud intellectum perfectè concipientem.n.142. Ibidem conceptum de Deo per infinitatem esse primum primitate perfectionis non generationis.*
18. *Qui perficiat modus intrinsecus modificatum ubi an componat,&c.n.144.& seq.*

115. QUàmvis omnes fateantur Deum non componi ex gradibus generis & differentiæ cathegoricis, ut à nobis supra. *Controv.2.q.2.n.74.& seq.* demonstratum; non desunt tamen Scotistæ, qui tenent eum componi ex genere & differentia transcendentali, ut Poncius, quem sequitur Baro noster in sua metaphysica, *apol.8.actione 3.* & Claudius Frasson *tom.1. de Deo tract.1.disp.3.q.3.n.3.concl.1.* aliique pauci in suis manuscriptis, qui cum Poncio concedunt ens esse genus, ac etiam per differentiam ad Deum contrahi, si tamen per genus intelligatur aliquod unum contrahibile ad plura distinctæ rationis etiam per differentias, non tamen si intelligatur per genus quid positivè limitatum, & quamvis Deus constet ex genere & differentiâ in præfato sensu, negat tamen hinc sequi compositionem metaphysicam in Deo ex gradu perfectibili & perfectivo modo simplicitati suæ repugnanti: nam sicut nõ impedit divinam simplicitatem, quod includat formalitatem essentiæ divinæ, & formalitates sapientiæ, & justitiæ ac relationum; non impedit etiam simplicitatem ipsius quod includat formalitatem generis & formalitatem differentiæ, seclusis imperfectionibus: & sicut essẽtia divina non est perfectibilis per attributa, aliquâ perfectibilitate, quæ imperfectionem involvat; sic formalitas entis in Deo non est perfectibilis per formalitatem differentiæ aliqua perfectibilitate, quæ dicat imperfectioné, quæ doctrina, quatenus statuit ens transcendentaliter sumptum esse genus, sequendo viã Scoti, quòd illud non per differentias, sed per modos intrinsecos finitatis & infinitatis ad Deum & creaturam descendat, facilè convelli posset; nam cùm ens in tali statu sit indifferens ad infinitum & finitùm, proinde non exprimat adæquatam realitatem, sed imperfectam solùm absque modo, qui aliquo pacto pertinet ad quidditatem rei, quatenus illa nequit perfectè concipi sine modo intrinseco, sicque nequeat esse genus, quia genus de se non est indifferens, sed de formali conceptu suo ac essentialiter importans adæquatam realitaté limitatam & potentialem, quæ sit per aliam cõtrahibilis, necessariò involvit finitatem, quæ implicat in Deo, consequenter tale genus & compositio ex illo & differentia, ut in superioribus Controversiis amplè vidimus.

Poncius. Baro. Frassen. Ens esse genus, quomodo.

Ens ut est indifferens ad finitum & infinitum quid exprimat.

Genus importat finitatem.

116. Sed ut fulciat Poncius præstitutam sibi doctrinam *d.69.n.34.* aliam viam ingressus, vult ad genus non requiri, quòd sit limitatum, quod in additione sequenti prolixius prosequitur, statuens contra communiorem Scotistarum doctrinam ens esse contrahibile

ad

ad Deum & creaturam per differentias; quamvis non esset limitatum ac finitum, *quidquid sit*, inquit, *de authoritate Scoti*, & infra, *& ego non curo de nomine differentiæ, per quam intelligo formalitatem actu distinctam formaliter à formalitate entis & contractivam ipsius ad Deum, quam contendo, si rationem speciës, & secludas Scoti authoritatem, quam fassus sum videri eam negare, dari posse in Deo:* & mox: *nego id factum ineptè: quidquid sit de Scoto*; sic ecce litantibus typis, discipulus Magistro suo insufficientiam rationum parentat, scilicet se ipsum de propriæ officinæ incude, quasi cum ratione loquentem constituens doctrinæ suæ antonomum; attamen gratias illi, qui dum Doctorem abjicit, summè suspicit concedens, quod nos toto hoc opere intendimus, Scotum ad defendendam divinam simplicitatem à Deo excludere omnem generis & differentiæ rationem, quâ genus & differentia eum communi supponit habere rationem actûs & potentiæ ex natura rei distinctæ; quia loquimur hîc de partibus componentibus in sensu Scotistarum ex naturâ rei distinctis.

Dum Scotus abjicitur, suspicitur.

ASSERTIO.

Compositio in tota latitudine sumpta consequenter ea ex genere & differentia, cum simplicitate tam est irreconciliabilis in divinis, ut implicantiam dicat, unam sine alterutrius exitio sociam esse. qual.

Conclusio est præjudicata veritatis.

117. ETsi hæc assertio ex mutuo consensu totius antiquitatis Theologorum ac Sapientum præjudicatam præ se ferat veritatem, insuper *Controv. 2. q. 2. n. 77.* satis probata ex ratione, quòd nimirum repugnet id quod est in toto ordine seu genere entis infinitum constare in aliquo ordine rationibus finitis, quibus velut propriis essentiæ terminis sit terminatum, sicut repugnat lineam esse infinitam, si sit terminata punctis, Deus autem est in toto ordine entis infinitus, genus autem & differētia sunt quid finitum, & rationes quibus ceu terminis essentia terminatur, consequenter repugnet ex iis constare Deum; quam rationem fusè prosequitur Mastrius *loc. cit. supr. n. 102.* ostendendo genus ut sic de se esse quid finitum, ut videre est apud ipsum Poncium ibidem citatum, quò, & ad num. hujus quæst. Lectorem remitto, & alias rationes adduco.

Infinitum nequit constare terminis finitis.

Probatio prima.

118. Primò: Genus & differentia ex sua ratione formali esto in tertio realiter identificantur, se habent per modum excludentis & exclusi, quantum sufficit non solum ut unum non dicat adæquatè totam essentiam rei formaliter, sed etiam quod *Poncius* in Philosophia concedit *d. 69. q. 3. in additione, §. Ad secundam probationem*, ut præterea dicatur genus esse in potentia ad differentiam, atqui realitas infinita quantumcunque præcisè sumatur, nequit esse in potentia ad realitatem differentiæ, esto hoc per possibile vel impossibile nullam diceret imperfectionem. Probatur minor, nulla talis realitas potest esse in potentia, quæ non mediante tertio, sed ex ratione sua formali taliter sibi identificat quodcunque sibi compossibile, ut de se omnem ordinem præveniat partis ad partem, sive potentiæ ad actum (abstraho hîc à partibus perfectis & imperfectis, ab imperfecta & perfecta compositione, quam Poncius loco citato ex partibus perfectis in Deo oriri natam, astruit) atqui infinitum ex ratione infinitatis taliter de se identificat sibi quodcunque compossibile, ut necessariò præveniat omnem componibilitatem ac ordinem partis ad partem, seu potentiæ ad actum, ergo infinitum proscribit genus & differentiam, etiam gratis datâ hypothesi, quod nullam diceret imperfectionem. Maj. patet, ubi enim non reperitur ordo partis ad partem, puta potentiæ ad actum, ibi nulla realitas potest esse in potentia, consequenter nec totum ex illa parte & alia per compositionem constitutum. Minor concluditur à Scoto, *1. d. 8. q. 4* & *Quodl. 5.* ubi docet, infinito repugnare ut exigat rationem partis cum alia comparte, & quòd cum quolibet tali unum totum constituat, non totalitate compositionis, sed identitatis, non formalis, sed realis.

Genus & differentia se habent per modum excludentis & exclusi.

Infinitum sibi identificat quodcunque sibi compossibile antevertens compositionem ex actu & potentia.

Scotus quod repugnet infinito esse partē.

119. Sed demus etiam in Deo reperiri partes ac ordinem earum inter se, tunc sic insto: ordo partis ad partem ordinatur ad aliquod totum ex illis conflatum, quæso quale illud, quod ordinentur? vel enim ordinantur ad totum totalitate identitatis formalis, vel totum totalitate identitatis realis, vel denique totum totalitate compositionis, nihil horum potest dici. *Non primò*, ad totum totalitate identitatis formalis, quale prætendunt Thomistæ, quia tale non datur in Deo, in via *Scoti*, & doctrina *Poncii*, omnes enim perfectiones simpliciter in eo reperiuntur secundùm realitates formaliter distinctas, ergo si sit impossibile tale totum, & erit impossibilis pars ad illud: *non secundum*, id est, non ordinantur ad totum totalitate identitatis realis, ut *in hac Controv. q. 1. n. 107.* ostendimus, quia nihil, quod realiter totum cum seipso realiter toto est pars, sicut totum compositum cum seipso realiter toto nō est pars compositi, eâ enim ratione non esset amplius totum: nec pars si sit illa totum, esset amplius pars; sed quodlibet infinitum in Deo est tale totum identitatis realis, ergo nullum tale potest esse pars ad seipsum realiter totum. *Non denique tertium*, id

Omnis pars ordinatur ad aliquod totum, illudque vel totum identitatis realis vel identitatis formalis vel compositionis.

Nullum totum cum se ipso toto componitur.

id eſt, quòd non ordinentur partes ad totum totalitate compoſitionis, quia illud totum in Deo vel reſultaret ex illis partibus ut realiter identificatis, vel ut formaliter diſtinctis, non primum ut ſtatim, cùm ſic ſint unum realiter totum, quod nequit diffluere à ſe ipſo realiter toto in partes, ut iterum per compoſitionem reciprocetur ad ſe ipſum, & fiat iterum totum; *non etiam ſecundum*, ſcilicet quòd nequeat tale compoſitum reſultare ex partibus componentibus ut formaliter diſtinctis, *primò* quia partes actualis compoſitionis ſunt per compoſitionem in alio ſtatu ſaltem intelligibiliter, quàm ſunt in ſtatu meræ cõponibilitatis; per actualem ſiquidem compoſitioné tranſeunt intrinſecè & coaleſcunt in unum totum à ſe conſtitutum, in quo compoſitione mediante concipiuntur realiter identificata; ſed realitates in Deo quâ formaliter diſtinctæ, nunquam ſic identificantur & coaleſcunt in tale unum ex illis conflatum, ergo. maj. pat. min prob. vel enim coaleſcunt via compoſitionis in unum ex illis conflatum mediante tertio, quomodo gradus metaphyſici v.g. animalitas & rationalitas in homine identificantur: vel immediatè ex propriâ ſua ratione formali, ratione infinitatis, ſed neutrum dici poteſt. *Non primum*, cùm illa identificatio beneficio tertii involvat imperfectionem limitationis & finitatis. *non ſecundum*, id enim cùm nequeat eſſe totum ex componentibus realiter iiſdem, tale enim ſunt per ſuam infinitatem, *ut ſupra*, deberet eſſe totum totalitate identitatis formalis, ſed illud implicat, etiam juxta Adverſarium *ſupra*, ergo. *Secundò*, divinæ realitates cum ſibi non identificentur mediante tertio, conſequenter nec eo mediante compoſitionem conficiant, ſi libet, conſiderentur ut compoſitæ immediatè inter ſe: Jam quæritur, ſic conſideratæ ut compoſitæ inter ſe, vel ſunt magis unitæ & intimiùs identificatæ, quàm eſſent non compoſitæ; vel non ſunt: ſi non; ergo non erit ibi cópoſitio, quia cùm compoſitio ſit diſtinctorum unio, proinde ubi eſt partium ante realiter identificatarum compoſitio, ibi erit major unio per compoſitionem, quàm ante erat per identitatem realem componentium, cùm ſupponunt Scotiſtæ, quòd partes continentes pro aliquo priori, vel rationes ſint realiter identificatæ per infinitatem ut ſupra *n.106.* ſi ſic, jam poſſet oſtendi in quo conſiſteret illa unio ſeu major identificatio; ſed illa non poteſt oſtendi: ſequela majoris patet, min, prob. divinæ realitates etiam conſideratæ, ut compoſitæ inter ſe, manent æquè in ordine ad quodcunque totum intranſitivæ ſeu æquali diſtantia inter ſe diſtinctæ, ſeu nunquam formaliter ſibi identificabiles, ac ſi non eſſent cópoſitæ, ergo nec ſic erit compoſitio, ſed nuda & ſola earum identitas realis, ut optimè & cóſtanter tenent Scotiſtæ contra Thomiſtas, qui ex illa diſtinctione formali Scotiſtis compoſitionem fruſtra obtrudunt, cùm non poſſint oſtendere in quali toto iterum tanquã partes coaleſcerent ſuppoſitâ fide, quod antecedéter per infinitatem pro omni ſigno rationis ſui eſſe inter ſe ſint realiter identificatæ; perſpicuum ergo eſt quòd realitates divinæ non ordinẽtur ad totum totalitate compoſitionis, conſequẽter, quòd nequeant eſſe genus & differentia, quæ neceſſariò ad tale totũ eſſent ordinabiles.

Probatur ſecundò ex *Scoto*: genus & differentia ſonant duas realitates, quarum una ſumitur ab aliqua realitate determinabili & cótrahibili, ſeu quæ ſecundùm ſe eſt potentialis ad realitatem à qua accipitur differentia, id quod non ſolùm ſupra *Controv. 2. q. 2. n. 76.* ex Philoſopho & Scoto deduximus, ſed eſt de ſe notum, nam genus ut genus dicit partem eſſentiæ, & non totam eſſentiam; nullum autem infinitum poteſt eſſe pars, quia totũ eſt majus ſuâ parte, infinito autẽ nihil eſt majus, & hinc Doctor *Quodl. 5.* infinitum, ait, habere rationé totius, non partis, ergo nullum infinitum poteſt habere rationé differẽtiæ, quæ parté dicit. 120.

Qualiter, & an ſufficienter huic rationi occurrat Poncius d. 69. cit. q. 3. in additione, §. nec rectè, & infra §. quod autem dicat, & alibi paſſim.

Ad ſecundam rationem noſtram reſpondet 121. *Poncius respondet ad argumenta.*
Poncius concedendo ant. negãdo conſeq. quòd infinitum non poſſit eſſe pars eſſentiæ, hoc eſt inquit, formalitas, quæ nõ dicat adæquatè totam eſſentiam rei formaliter: nam certè in ipſo Deo ratio ſubſtantiæ infinitæ formaliter nõ dicit rationem formalẽ ſubſtantiæ ſpiritualis infinitæ. Et mox; ſapientia infinita eſt pars iſtius totius quod conflatur ex Deo, & ſapientia, hoc eſt, ait, eſt aliquid quod non dicit formaliter omnes formalitates incluſas in illo toto, cujus diceretur pars, quod infra §. *citato, quod autem dicas*, confirmat dicens: Scotũ non voluiſſe, infinitum non poſſe habere rationem partis, prout pars dicit aliquid incluſum in toto aliquo, ſimul cum alio totum conflante, nam certum eſt eſſentiã divinam eſſe aliquod totum conſtitutum ex eſſentia divina & perſonalitate. Et in ſenſu jam dicto eſſentiam divinam eſſe partem intrinſecã ipſius: imò Deus poteſt eſſe pars realis, & phyſica totius aggregati ex ipſo & reliquis entitatibus realibus & phyſicis, nec voluit etiam *Scotus*, quòd infinitum non poſſit carere aliquâ perfectione, hoc eſt, non habere formaliter diſtinctam & unibilem cum ipſa, certum eſt enim in Scotiſtarũ ſententia, quòd eſſentia divina ſic careat attributis. Voluit itaque Scotus eſſentiam divinam non poſſe eſſe partem, quatenus pars diceret imperfectionem, & non poſſe etiam carere aliqua perfectione, quatenus carentia illa diceret imperfectionem. Sic §. *ad ſecundam probationem*, ad Argumentum, quòd nulla realitas infinita poſſit eſſe in potentia ad aliam realitatem, cùm infinitum ſit, cui nihil identitatis deeſt, reſpondet: *neque eſſe in potentia dicente imperfectionem, concedo; non dicente imperfectionem nego.*

Hoc

Fundamentum Poncii consistit in tribus. Hoc fundamento prajacto, distinguit aliam partem probationis: quâ dicebatur, quòd totum sit maius suâ parte, infinito autem non potest esse maius; infinito, nihil est, inquit, realiter maius, transeat: formaliter, nego: potest enim fieri, quòd aliquid sit maius uno infinito formaliter, quantum ad hoc, quod includat formalitatem istius infinii, quo diceret esse maius, & aliam formalitatem distinctam formaliter ab ipso, de quo in sententia Scoti distinguente attributa inter se & essentiam non potest esse dubium.

112. Tria sunt, quæ hîc à Poncio adducuntur, quibus eludit, non elidit argumẽtum: *primum est*, quòd infinitum habeat rationem partis: *secundum*, dari posse partem perfectam & imperfectam, carentiam perfectam & carentiam imperfectam. *Tertium*, unum infinitum alio infinito in divinis nõ posse quidem esse majus realiter, benè tamẽ formaliter: singula enucleando, quàm infirma sint mẽbra, ostendemus.

113. Rejicitur primum membrum dati Responsi, & probatur assertio nostra tertiò, etsi quæ hic afferuntur, falsa esse constet ex prima ratione nostra sub *n. 118. & 119.* adducta, quia repugnat totum infinitum, seu quòd ante per infinitatem totum est totalitate identitatis realis, qua tale denuò sit para ad totum compositionis ad realiter se ipsum, consequenter quòd infinitum possit habere rationem partis, prout pars dicit aliquid inclusum in toto aliquo simul cum alio totum constante, quia tale inclusum in illo toto est realiter ipsum totum; realiter, inquam, quia tantum non est tale per identitatem formalem, ad quam identitatem non est compositio in schola nostra, & hinc inquam

114. Probatur tertiò nostra Assertio ex ipsomet principio, quod *Poncius* pro se assumpsit, estque nostra distinctio formalis ex natura rei: *Quare infinitum posset esse pars.* ideò namque posset esse pars aliquod infinitum, quia, inquit, non dicit adæquatè totam essentiam rei formaliter, vult dicere, quòd non dicat totam tutalitate identitatis formalis, cùm quævis pars, hoc est, quælibet formalitas in Deo sit formaliter distincta, hac ratione nimirum sapientia infinita Dei, quia formaliter distincta ab essentia Dei, est pars istius totius quod constatur ex Deo & sapientia: hoc est, inquit, aliquid quod non dicit formaliter omnes formalitates inclusas in illo toto.: atqui hoc principium nihil confert ad rationem partis in divinis, vel compositionem ex genere & differentia aliqua, ita ut oppositum potius ex eo concludi debeat, maj. patet, ex toto discursu ex ipso allato. Min. prob. distinctio formalis in Deo præsupponit identitatem realem à distinctorum infinitate natam, impossibile enim est, ut supra, *q. 1. hujus Controv. n. 114. post medium*, dilucidè ostensum est, ut concipiamus distinctionem formalem sine identitate reali, & continentia unitiva omnium: cùm enim distingui sequitur ad esse extremorum, in Deo autem per radicalem infi-

Distinctio formalis sine identitate reali non est conceptibilis.

nitatem essentiæ omnia extrema pro omni signo sui esse sint realiter eadem, non in tertio aliquo, ut in creatis, sed in identitate immediata & perfectissima, adeò, ut quodlibet eorum natum sit intelligi secundùm se, & suam rationem formalem, sic quòd nequeat cognitio talis terminari ad ipsum, nisi cum necessaria dependentia ad illam identitatem realem, & continentiam unitivam cum aliis extremis, non obstante quòd admittenda sint, ut ordinatè concipiatur inter ea signa naturæ, quibus unum præcisivè concipi possit non concepto altero, nullatenus tamen exclusivè quoad identitatem illorum realem: consequens est, ut quidquid in Deo est formaliter distinctum ex natura rei, & quidquid secundùm rationem suam formalem in Deo censetur inclusum, non posse propter suam infinitatem aliter concipi, quàm realiter totum, adeoque totum *qua tale*, nunquam esse partem, seu contradictoriè non totum respectu sui ipsius infiniti & realiter ejusdem totius: ergo non est in Deo in quo concipiatur ratio partis, nec est dabile totum, ad quod illa pars sit ordinata: cùm enim in nostra schola nõ detur totum totalitate identitatis formalis (quale Thomistæ astruunt in creatis ex partibus virtualiter distinctis) certum est quòd debeat apud Scotistas desperari portio partus, & hæc est probatio & ratio à priori, supra *n. 119.* intimata, ac unicum fundamentum, in quo Scotistæ ad salvandam Dei simplicitatem retundunt Thomistas, compositionem ex nostra distinctione inferentes, eò quòd nihil possit componi cum realiter se ipso, at quidquid est inclusum in Deo, est realiter totus Deus, ergo nequit esse pars ejusdem totius Dei.

Extrema realiter unita necessario sunt cognitione terminare sine identitate reali & unitiva omnium.

Confirmatur & probatur quartò nostra Assertio: conceptus partis etiam metaphysicæ, ex natura rei quantum est de se, excludit conceptum suæ comparitus, sed talis exclusio dignè in Deo admitti non potest, ergo nec pars, quales sunt genus & differentia. Maj. prob. illa se mutuò excludunt, inter quæ est talis ordo naturæ, ut licèt sint actu simul unum cum alio, ac aliunde nequeant esse unum sine alio; puta propter tertium, in quo realiter uniuntur, attamen quantum est de se & ex natura rei, non repugnat unum esse sine alio, ut constat v. g. de animali & rationali respectu hominis considerato, quòd esto non possit esse sine homine, ut est contractum per differentiam hominis, potest tamen esse sine illo ut est superius & indifferens ad illam, quomodo superius potest esse, quantum est de se sine inferiori, cùm oppositum hujus actu non sit propter se, sed propter tertium, in quo per se sunt realiter colligata; atqui nihil tale est in Deo, quod posset sic excludi ab alio intra Deum, ergo neque pars erit in illo, neque ens in illo erit genus, nec aliud quod sit differentia. Min. prob. quia illa prioritas & posterioritas quæ inter formalitates divinas formaliter distinctas reperitur, est cum necessaria continentia identica ac rea- 125.

Conceptus partis comparatum excludit de se.

Prioritas & poste-

rioritas in divinis nō excludit continentiam identicam ac realiter unitivam.

realiter unitiva', non mediatè ſed immediatè ex propria cujuſvis ratione formali oriri tuata, ita ut hoc modo dicatur unum prius alio, quatenus unum quidem poteſt concipi non concepto alio, non excluſivè tamen, ſed duntaxat præciſivè, quæ eſt ſolùm prioritas *in quo* intelligendi : atqui quæ ſic tantùm concipi poſſunt, nequeunt ſe mutuò excludere, ergo nec queunt habere rationem partis.

Objectio.

126. Dices: ſufficit ad rationem partis quòd v.g. eſſentia divina formaliſſimè accepta poſſit conſiderari ſecundùm nuda ſua prædicata quidditativa, & ſic præſcindi à ſuis attributalibus perfectionibus quæ ex ipſa ceu pelago & radice dimanant. Prob. aſſumpt. quia in eſſentia ſic conſiderata non continentur attributa formaliter, ſed virtualiter ſolùm & eminenter, ita expreſsè Poncius, *in ſæpè cit. Addit. §. quando autem dicit*, ubi ait: *Falſum eſt in principiis Scoti attributa in ipſo*, puta in eſſentia divina ſeu Deo, *formaliter contineri , ſeu ſecundùm ſuas rationes formales, quia manifeſtum eſt, quòd tantùm radicaliter aut virtualiter aut eminenter in ipſo contineantur.* Ergo nihil repugnat ad eſſe partem in Deo, adeoque idem dicendum de genere & differentia in Deo.

Reſp.

Reſpondeo abſolutè negando exinde conſtitui rationem partis, Ad probat. anteced. gratis dato , quòd eſſentia ſic conſiderata eminenter ac virtualiter contineat attributa; dicerem: quòd ideo potius neganda videtur ratio partis, ſicut fortè animal non ideò præcisè habet rationem partis, & facit compoſitionem cum rationalitate, quia ſit utcumque perfectibile per eam ; ſed quia ulterius non continet virtualiter aut eminenter rationalitatem. Verùm quia nullibi legi *Scotum* aut *Scotiſtas* hac de cauſa negaſſe eſſentiam componi cum attributis, ſed ratio eorum eſt ſumma & perfectiſſima identitas , quæ eſt continentia identica & unitiva , non virtualis aut eminentialis, quæ ſunt continentiæ alterius rationis, hinc ad probationem Aſſumpti nego anteced. quia non ſequitur, perfectiones attributales in eſſentia contineri virtualiter & eminenter ex eo, quòd illæ in eſſentia formaliſſimè conſiderata, ut ab attributis illis ex natura rei diſtincta, contineantur ut in radice primaria à qua pullulant, & pelago à quo emanant, quia hic modus continentiæ eminentialis & virtualis (abſtraho hic an virtualis alia ſit ab eminentiali) convenit ſolùm perfectionibus ſecundùm quid, quomodo dicimus perfectiones creaturarum reperiri in Deo, nimirum quia in Deo continentur perfectiori modo, quàm ſunt in ſeipſis , & quomodo, v.g. in auro eminenter continetur argentum, quia eſſe & valor argenti meliori & perfectiori modo continetur in auro quàm in ſeipſo.

Quomodo perfectiones attributales contineantur in eſſentia ut in radice.

Continētia virtualis & eminentialis conveniat perfectionibus ſecundùm quid.

127. Dicendum itaque, quòd eſſentia in tali *eſſe præciſo* contineat omnes perfectiones , ut eſt pelagus originativum, ac fœcundiſſima radix omnium perfectionum ſimpliciter, ſecundùm propriam rationem, ſimplici quadam emanatione, ut diſtinguitur contra veram & propriè dictam productionem , ex illà ſcaturientium, quâ ratione eſſentia ſic accepta dicitur illas continere radicaliter, fundamentaliter & originativè. Sed hæc continentia non excludit in eſſe præciſo continentiam identicam & unitivam perfectionum, quia ſub tali præciſione adhuc retinet ſuam infinitatem radicalem, quæ eſt ratio ſibi identificandi omnia compoſſibilia, & alioqui in tali præciſione non eſſet ens perfectiſſimum , quo majus & perfectius excogitari non poteſt, nec diceretur ens illimitatum in omni genere perfectionis ſibi compoſſibilis; nec denique diceretur pelagus originativum , quia non eſſet continens pro tali eſſe omnes perfectiones ſimpliciter. Non, inquam, excludit talem continentiam, quia eſſentia divina nō eſt prior natura attributis divinis ex eo præcisè, quòd ex ea fluant attributa ut à radice & pelago omnium perfectionum; per hoc enim explicatur potiùs quædam prioritas originis ſecundum quid : ſed dicitur natura prior, quia exiſtit independenter ab illis, & exiſtit à ſe. Econtra attributa dicuntur naturâ quid poſterius, quia dicuntur exiſtere vi prioris. Item quando dicimus prædicata eſſentialia Dei contineri in Deo in eſſe primario; attributa verò in eſſe ſecundario , ſenſus non eſt, quòd continentia quidditativa & primaria, & excludat pro aliquo ſigno naturæ prædicata in eſſe ſecundario , ſed tantum quòd prædicata tam attributalia quàm quidditativa habeantur intra eſſentiam cum hac differentia, quòd quidditativa habeantur intra illam per ſe, & in primo modo dicendi , attributalia verò in ſecundo modo dicendi per ſe , & ſic per allatam inſtantiam roboratur , non evacuatur argumentum , quòd nulla ratione in Deo inveniri valeat ratio partis, habetque vim etiamſi per poſſibile vel impoſſibile daretur compoſitio nullam dicens imperfectionem.

Eſſentia divina ut eſt pelagus omnium perfectionum originativum per radicalem ſuam continentiam, non excludit perfectiones ſecundùm eſſe formale eorum.

Probatur quintò noſtra Aſſertio contra reſponſum *Poncii*: ſi daretur in Deo ratio partis, jam daretur aliquid prius ipſo Deo. Sequela prob. quia partes conſtituētes ſunt quid prius re conſtitutâ, cùm totum conſtitutum dependeat à partibus conſtituentibus non ècontra; ergo aliquid eſſet independentius & prius ipſo Deo. Nec valet quidquam effugium : dari aliquid prius Deo objectivè ſolùm ſeu logicè & in prædicãdo; quia eo modo ratio partis præcedit totum conſtitutum, quo modo illud cõſtituit , ſed conſtituit illud ſubjectivè ac in eſſendo , nam ut monui in principio hujus *Controv. n.102.* loquimur hîc de compoſitione in ſenſu Scotiſtarum, quòd partes componentes importent formalitates ex natura rei inter ſe diſtinctas, cùm alioqui nulla eſſet Controverſia inter Scotiſtas : ergò ex opinione illa, quæ aſtruit in Deo compoſitionem realem, partes præcederent Deum. 128.

Partes componentes arguunt in Deo dependentiam.

Confirmatur; quia non minus præexigeret Deus entitatem ad ſui conſtitutionem & non èContra , quam homo præexigit animalitatem,

tem, sed animalitas in homine non præcedit hominem, sola prioritate prædicationis, & non convertibilitatis, sed etiam prioritate naturæ, quam, *ut suprà*, explicamus per independentiam, quòd pars non pendeat à toto, sed econtrà totum à parte.

129. *Objectio.* Dices: Quælibet pars constituens in Deo, est realiter ipse Deus: ergo malè dicitur, quòd esse aliquid Deo prius & independentius, nihil siquidem est prius & independentius se ipso.

Responsio quòd objectio destruat opinionem contrariam. Respondeo hanc instantiam subvertere, non probare intentum adversæ opinionis: nam si quælibet pars constituens Deum sit realiter ipse Deus: ergo vi illius identitatis realis quælibet pars dicit realiter totum Deum perfectissimè constitutum; & redit argumentum, quòd implicet tale totum partem dici ad se ipsum: tam enim repugnat idem realiter componi cum se ipso, quàm idem esse prius & independentius se ipso, ut patet considerant, consequenter implicat collocatio partium in Deo. Atque ex hoc fundamento *Scotus* ubique negat essentiam posse dici partem divinæ personæ, quia personalitas, & vicissim divina essentia dicunt realiter totum Deum: nec continet personalitas aliquam perfectionem, quam non realiter contineat divina essentia: quo sensu certè una pars non dicitur continere perfectionem alterius compartis, consequenter nec pars dicit realem continentiam totius; vel si dicat, jam non est pars, quod probatur septimò infringendo secundam partem responsi *suprà num. 122.* allati.

130. Infringitur secunda pars dati responsi, de partibus perfectis, & imperfectis, potentialitate perfecta & imperfecta, carentia perfectionis alicujus perfecta, & carentia perfectionis imperfecta, & probatur Assertio nostra sextò: Nam primò, quod suprà 10 responsione sua assumplit, erat: quòd infinitum possit esse pars compositibilis: cùm autem ratio partis ex una ratione formali imperfectionem involvat, nam omne componibile caret perfectione illius cum quo componitur: sed ut docet Scotus 1. d. 8. q. 4. infinito nihil deest perfectionis, eo modo, quo possibile est omnem perfectionem in uno summo ente haberi, hinc, ut hanc difficultatem evadat, recurrit ad rationem partis, & potentialitatem quæ solùm includat formalitatem conjungibilem cum sua formalitate distincta, & cum illa constitutivam rei conflatæ, absque omni imperfectione & potentialitate imperfecta, quali loquendi modus, si tem ponderemus, nihil est aliud, quàm invehere grande inconveniens in scholas, quæstiones rerum reducendo ad quæstionem de Nomine, fingendo nominum significationes pro libitu, ad quod inconveniens vitandum regulam nobis reliquit Philosophus, ut notat Scotus 4. d. 1. q. 2. & nos, *suprà Controv. 1. num. 7.* prænotavimus, quòd debeamus nomina accipere sicut monetam

Ex responso Poncii invehitur in scholas pro Q rerum. Quæstio de nomine.

secundùm communem usum loquentium, & progenitorum nostrorum, ne quæstiones excitemus sub significatione abusiva & impropria; quomodo reverà contingit in dato responso per distinctionem illam de parte perfecta, & imperfecta, de potentialitate perfectionem dicente, & non dicente, de carentia alicujus perfectionis perfecta, & imperfecta, quæ distinctio ut suprà num. 113. dictum est, omnino videtur implicatoria: quia cùm carentia sit negatio alicujus debitæ perfectionis; & rursus cùm ratio partis careat perfectione alterius compartis, item potentialitas dicat indigentiam formæ actuantis, non apparet ulla probabilitas illius doctrinæ, quæ scholas non illustrat, sed confundit magis, & potiùs offuscat. Quæ ratio fundata in totius antiquitatis consensu, contra allatam distinctionem, de parte, & carentia perfectionis perfecta, & imperfecta, cùm ante *Poncium* in usu non fuerit, sola sufficeret ad infringendum ejusdem responsum: verùm quia continuò ad judicium, & rationes convincentes appellat, ne tales deficere putet, sic argumentor ex ipsomet *Poncio*, & probo Assertionem nostram septimò.

Carentia perfecta & pars perfecta figmentũ, exprimũt.

131. Ille §. *Ad paritatem meam; in sæpè cit. Addit.* ait, quòd *ratio generica entis in Deo qua contrahitur ad Deum, non sit infinita, tum quia gratis requireretur infinitas utrimque extremi, tum quia essentia divina ratione infinitatis* (quam dicit esse ipsam infinitam ipsius generis, seu entis in Deo differentiam) *perfectissimè sibi identificat relationes, quæ secundùm Scotum ut communiter saltem intelligitur, non dicunt infinitatem formaliter.* Ex quo sic arguo: Ratio generica entis, quæ contrahitur ad Deum, non est infinita: ergo quia ens caret infinitate, esset perfectibilis per formalitatem differentiæ, perfectibilitate imperfectionem involvente, seu ex parte entis potentialitatem imperfectam referente. Anteced. patet ex verbis è doctrina *Poncii* jam allata. Consequentia similiter: quia in eo consistit potentialitas imperfecta, ut illud, quo de se carebat, sicut ens infinitate, per differentiam accipiat. *Nec juvat*, quòd essentia divina ratione infinitatis sibi identificet relationes, quæ non sunt formaliter infinitæ, *juxta Scotum*, & tamen non ideò sint partes imperfectæ, constituentes personas divinas, nam longè aliter discurrendum de ente ut sic in Deo, & de divinis relationibus, quia relationes non præscindunt à finitate, & infinitate, ut sint utriusque capaces, sicut ens; quia ex se sunt entia non quanta, & secundùm suam rationem formalem utriusque incapaces; sed formalitas entis, est de se indifferens ad finitatem, & infinitatem, quare licet neutrum formaliter includat, est tamen cum utroque disjunctim conjungibilis permissivè, maximè in sententia illorum Scotistarum, inter quos est *Poncius*, qui volunt illud ex natura rei distinctum: ergo erit verè perfectibilis per infinitatem, perfectibilitate

131. Doctrina Poncii ex qua contra ipsum proceditur.

Relationes originis sunt entia non quanta, & incapaces finitatis, & infinitatis.

Formalitas entis disjunctim conjungibilis

...um finitate, vel infinitate saltem permissivè.

te imperfectionem involvente in genere perfectibili, & paritas allata nulla est & irrita.

Probatur octavò Assertio contra datum responsum; Pars illa perfecta quæ dicit carentiam perfectionis perfectam, indubiè erit

132. realitas aliqua infinita, quæ per suam infinitatem omnem abigat imperfectionem, jam sic

Scotus.

arguo ex Scoto, *1.d.8 q.3.num.16. §. secundam partem Minoris.* Si illa realitas, à qua accipitur v.g. genus, esset verè tota quidditas rei, solum genus definiret, & non genus & differentia simul: iterùm si differentia accipiatur à tota quidditate rei, jam ipsa sola adæquatè indicaret illam, & non cum genere, sed quælibet illarum sigillatim totam definiret quidditatem, unaquæque enim est semel ipsa, & ideò tota quidditas bis exprimeretur, consequenter genus & differentia cessarent esse duæ realitates, ac proinde cessaret genus & differentia; atqui ens quod est in Deo, est realiter totus Deus, idem est de differeutia, quæ secundùm hunc Authorem *non minus esset infinita, quàm essentia, imò infinitas essentiæ esset ipsamet ipsius differentia*, ergo. Minor patet. Major prob. Ens infinitum est ens necesse esse, quod non cessat quousque est in ultimo actu omne, quidquid est illi compossibile concludente, proinde illud genus in Deo includeret differentiam infinitam, quia sine illa non esset in actu ultimo: si autem genus includit differentiam, tunc non est genus, & vicissim: ergo ex ratione necesse esse in Deo implicat genus & differentiam esse partem, consequenter etiam implicat dari partem, quæ dicat carentiam perfectam, quia illa pars esset tota quidditas, quoad impossibile est esse partem.

Solum genus definiret, si illud acciperetur à tota rei quidditate: idem vicissim est de differentia, ita ut tota quidditas bis exprimeretur.

133. Probatur nonò: secundùm hunc Authorem, genus & differentia Dei tam perfectè sibi identificarentur, quàm divina essentia, & sua attributa, ac relationes divinæ; *quia differentia, quam ego*, inquit, *ponerem in ipso, esset non minus infinita, quàm essentia, imò infinitas essentiæ esset ipsamet infinita ipsius differentia, aut ab ipsa procedens tanquam constitutivo ipsius intrinseco.* Subsumo: Differentia ut sic est principium distinguendi realiter & essentialiter speciem quam constituit, ab illis quæ sub eodem genere continentur. Et P.Baro *Apol.8. metaphys. Act.3. object.2.* ut probet, non per modos & differentias contrahi ens ad Deum, & creaturam, hoc argumento nos impetit: *Deus sine dubio*, inquit, *Deus distinguitur essentialiter, & plusquam specificè à creatura*, puta per differentiam, non per modos, qui non distinguunt specificè: atqui hoc supposito, implicat dari differentiam infinitam contractivam entis à parte rei ad Deum: ergo & implicat pars, quæ dicit carentiam perfectionis perfectam, seu potentialitatem non involventem imperfectionem. Maj. patet, min. prob. Idem esse principium distinguendi, & secundum idem principium conveniendi implicat, estque ratio, cur Scotistæ distinguant v.gr. formaliter ex natura rei animalitatem à rationalitate: atqui si daretur differentia infinita in Deo, *seu quæ sit ipsa Dei infinitas*, esset principium conveniendi, & non conveniendi: quia esset primò principium distinguendi, per quod non convenit Deus cum creaturis, ut conceditur: & etiam non esset, quod probatur ex dictis Poncii: Differentia infinita in ratione infinitatis necessariò realiter debet includere genus, quod contrahit, & per quod Deus cum creaturis convenit; includere, inquam, per realem sibique immediatam continentiam, & non beneficio alicujus tertii, & mediatè: ergo sicut est principium distinguendi Deum realiter à creatura, ita erit principium realiter conveniendi in ente realiter illi identificato.

Si verum quòd differentia est principium distinguendi, implicat infinitatem esse differentiam.

Effugium

Dices: Sufficere distinctionem formalem ne sit contradictio, cùm in sensu reali hujusmodi contradictoria, tam in creatis, quàm in divinis sustineri possint: atqui ratio entis in sententia probabili distinguitur formaliter ex natura rei ab essentia infinita: ergo non est contradictio magis, quàm si dicamus: Paternitas generat, essentia non generat, essentia est communicabilis, paternitas non, & sic de ceteris. 134.

Enervatur.

Respondeo conced. maj. negando minorem in sensu prætenso, esto enim concederetur (de quo hîc non disputandum) quod ratio entis in Deo præscindat formaliter ex natura rei à Deo, infinitas non ita præscindit ab ente infinito, cùm pertineat suo modo ad rationem formalem illius in primo modo dicendi per se, nec valeat adæquatè concipi sine illa; secùs est de formalitate generis, quæ est ratio conveniendi; & de formalitate differentiæ, quæ est ratio disconveniendi, quarum quælibet adæquatè sui conceptum terminare potest, atque à se mutuò abstrahi: quâ ratione Scotus *1.d.8. qu.4. num.25.* ait: non valere prædicationem de iis, concipiendo ut sese excludentia, & ut abstracta in ultima abstractione; implicat autem infinitatem sic abstrahi & excludi ab ente infinito, consequenter implicabit etiam, quòd infinitas subeat munus differentiæ, quo Deus disconveniat cum creaturis, eò quòd in adæquato conceptu entis quòd in Deo est, & in quo cum creaturis conveniret, involvatur; & sic esset ratio conveniendi, & disconveniendi, ut argumentum nostrum prætendit, manet ergo vis argumento, quòd non detur pars perfecta, nec potentialitas perfectionem dicens, nec denique carentia perfectionis perfecta, quæ omnia in idem redeunt: aliud est de essentia communicabili, & paternitate communicabili, de quo p.2. ex professo rationem dabimus suo loco.

Unde manifestè patet Poncium suprà, ubi dicebat: *Ego non curo de nomine differentiæ, per quam intelligo formalitatem actu distinctam formaliter à formalitate entis, & contractivam ipsius ad Deum, quam contendo, si rationem spectes, & secludas Scoti authoritatem*: pro ratione, quam tantoperè à nobis exigebat, volun- 135.

tatem

tatem adhibere; nam esto non curet de nomine differentiæ, debet tamen curare de re differentiæ, ut non sit id, quo conveniat constitutum ex illa & genere, sed distinguatur à specie opposita, adeòque quòd differentia excludat de se genus, & vicissim genus excludatur per illam, qualis exclusio etiam intelligibiliter repugnat in Deo propter infinitatem. Et si quis taliter infinitatem excluderet à Deo, id est, non præcisivè solùm, sed exclusivè Deum conciperet, jam nihil Dei conciperet. Quare reverà dum dicit: *Principium petes, dum dicis repugnare differentiam infinitam:* ipse in principio deficit, & statum quæstionis ad impossibile reducit, non satis ponderans, quàm improportionata sit comparatio essentiæ, & attributorum ad invicem cum genere & differentia, nimirum, ut *suprà num.* 115. ex ipso retulimus, quod sicut non impedit divinam simplicitatem, quod non includat formalitatem essentiæ divinæ, & formalitates sapientiæ, & justitiæ ac relationum, pariter non impediat simplicitatem ipsius formalitas generis, & differentiæ; nam aliter longè se res habet cum genere, & differentia: essentia siquidem & attributa Dei sunt sibi perfectè eadem ob eorum formalem infinitatem, genus & differentia minimè, cùm sint sese excludentia ut conveniens, & distinguens.

Anacephalæosis dictorum n. præcedentis 133 & 134.

136\. Ex his corruit principale fundamentum Poncii à dependentia, vel independentia unibilitatis, quòd quamvis attributa sint infinita, nisi ex hoc sequeretur independentia in unibilitate, nihil impedire quin faciant compositionem. Unde, inquit circa finem *Additionis*: si per impossibile duæ perfectiones infinitæ possent conjungi realiter, à parte rei omninò facerent compositionem. Dixerat autem suprà *in citata Addit. quasi in medio, vel paulò ante medium, §. Sed demus*: in responsione ad Mastrium, quòd secundùm omnes ad compositionem metaphysicam involventem imperfectionem sufficiat limitatio extremorum, quam esse in creaturis arguitur ex dependentia à causa extrinseca. Quare ergo, sicut ex mente Poncii, & omnium, sufficit limitatio extremorum ad inferendam eorum compositionem dum uniuntur, non sufficeret à paritate eorum illimitatio ad negandam omnem in Deo compositionem, & inferendam simplicitatem; ut benè notavit *Mastrius*, etiamsi, ut ex mente *Poncij* loquamur, quia vult ex infinitate sequi independentiam, cùm è converso Scotus *Quodl. 2. a. 1. Quodl. 5. a. 1.* & *Quodl. 7.* potiùs ex independentia probet infinitatem, ut deduximus *Controv. 1. q. 3. a. 3. n. 50. & alibi* ex verbis Scoti ibi citatis; etiamsi, inquam, ex tali infinitate non sequeretur independentia in unibilitate, quia prius in quantum prius à posteriori non dependet: ergo supposita attributorum infinitate, etiamsi inde per impossibile non sequeretur independentia in unibilitate, nihil impedit, quin neganda esset quæcunque compositio, & simplicitas attribuenda: si enim quid impediret, esset solùm secundùm Poncium ab extrinseco per consequentiam accidentalem, eo modo, quo dicimus hominem non esse rationalem, si non esset risibilis. Unde, quod obiter notare volui, mirum est, quòd ex limitatione extremorum inferat compositionem toto genere simplicitati oppositam; nolit autem ex illimitatione eorundem inferre simplicitatem similiter oppositam compositioni. Sed progrediamur ad tertiam partem dati responsi à *Poncio*.

Si ad inferendam compositionem sufficit limitatio ad illam negandã, illimitatio sufficiens erit.

Decimò probatur Assertio, & dispungitur tertia pars dati responsi: Tertium quod Poncius ad stabiliendam doctrinam suam protulit, erat: posse dari aliquid majus infinito, non quidem realiter, benè tamen formaliter. Ideò aliquod infinitum est majus alio formaliter, *quantum ad hoc*, inquit, *quòd includat formalitatem istius infiniti, quo diceretur esse majus, & aliam formalitatem distinctam formaliter ab ipso.* Sit illud v. gr. essentia divina infinitè perfecta, ut dicatur majus infinitum formaliter, quantum ad hoc, quòd concipiatur cum ipsis attributis etiam infinitè perfectis, quàm si conciperetur sine ipsis; & iterum eadem essentia sit infinitum minus, quantum ad hoc, quòd præcisivè sine attributis consideretur. 137.

Quomodo aliquid infinitum sit altero infinito majus.

Jam sic insto: Infinito ad mentem Poncii nullum datur majus realiter, atqui essentia præcisivè, & sine attributis considerata est infinitum: ergo illo infinito etiam ut præscindit ab attributis nullum datur majus realiter. Major est Poncii juxta datam ab ipso distinctionem, minor est de fide, legitimè concluditur, & ideò cogitur dicere, quod dicit: *datur majus formaliter.* Jam sic ad hominem: ideò est essentia cum attributis majus formaliter, quia essentia concipitur cum ipsis attributis sibi realiter identificatis, nam *majus alio formaliter est, quod includit formalitatem istius infiniti, quo diceretur esse majus, & aliam formalitatem distinctam formaliter ab ipso*: atqui essentia infinita etiam ab attributis præcisa, includit realiter formalitatem istius infiniti, quo vult Poncius infinitum dici majus, & iterum includit aliam formalitatem distinctam formaliter ab ipso: ergo essentia ut præcisa ab attributis est infinitum majus formaliter. Major prob. ex ipsis Poncii verbis, Minor patet, quia distinctio nostra formalis nequit excludere continentiam realem omnium in Deo compossibilium, esto præcisivè essentia concipiatur per illam, nullatenus tamen exclusivè: ergo essentia ut ab attributis formaliter distincta, omnia illa habet, quæ Poncius requirit ad hoc, ut sit infinitum formaliter etiam majus, nihilque in proposito interest, inter formaliter majus, & realiter majus, quàm sonus verbalis, ut patet rem penitiùs scrutanti. ergo redit argumentum quòd infinitum non possit esse pars, quia totum est majus suâ parte, infinito autem nihil est majus, nec realiter, nec formaliter, quidquid enim dicit infini-

Infinitum majus realiter, & infinitum majus formaliter quoad differentiã nihil est nisi sonus verbalis.

tum

tum formaliter, idipsum dicit infinitum realiter & vicissim. Jam sic quæro: illud alio infinito majus formaliter infinitum, quali infinito est majus? non infinito formaliter majori, nam nihil est majus se ipso, ut patet: ergo nec majus altero, quia illud alterum est idem realiter ipsum, est enim realiter infinitum formalitèr sumptum. His concordat doctissimus *Caramuel* in sua Grammatica audaci nu. 385. dicens: *Compositionem formalem ex natura rei, aut formalem rationis ratiocinata à Scotistis & Thomistis viris doctissimis admissam, non intelligo, sed neq; intelligere volo; nam sicut triangulus & circulus, si infiniti reddantur, coincidunt (nota id benè) sic etiam formalitates essentia, existentia, vita, intellectûs, voluntatis, potentia, &c. si esse infinita intelligantur, coincidunt.* Et mox: *Nemo poterit duas realitates reperire, quarum altera sit senarius duplex, & sextuplex binarius non sit: altera verò binarius sextuplex, non autem senarius duplex sit, & in multitudine infinita, si per impossibile daretur, nemo poterit distinguere realiter aut formaliter duas partes, quarum altera sit quaternarius infinitiplex, & non quinarius infinitiplex: & altera è contrario sit quinarius infinitiplex, & non quaternarius infinitiplex. Ergo in Deo (Ente infinito) nemo poterit duas formalitates objectivè distinctas reperire, quarum altera sit intellectus infinitiplex, & non sit voluntas infinitiplex, & altera sit voluntas infinitiplex, & non sit intellectus infinitiplex.* Ita ille, & appositè, & scitè: si enim repugnat, esse omnes formalitates, sine omnibus formalitatibus ejusdem objecti, quomodo non repugnabit in ente infinito, ubi omnes formalitates in identitate reali quid unum sunt? item una formalitas cum altera formalitate in eodem objecto infinito tam quid unum est, quàm omnes simul cum omnibus: ergo sicut omnes non possunt componere cum secum omnibus, ita nec una formalitas cum altera secum una seipsa.

Profertur opinio Baronis, quidnam sentiat ad Quæstionem & materiam præsentem.

138. *Baro.* PRimus, & in defendenda Poncii opinione magis fidus Achates est noster Bonaventura Baro *in Metaph. Apol. 8. Act. 3.* ubi rationem partis variis modis & exemplis ab omni imperfectionis & potentialitatis scoria tersam putat, si concipiamus, & concedamus sententiam illam de duplici causalitate unius effectus: statim, inquit, persuasimus nobis modum, quo hoc esset possibile, nam in eo casu, causa secunda verè influeret, & physicè, aliàs non verè causaret; nec proinde tamen effectus haberet dependentiam ab illa, quia eâ ablatâ subsisteret, ita hîc concipienda est contractio & actuatio ex parte differentiæ, non tamen potentialitas & imperfectio ex parte alterius, quod responderet tanquam genus, adeòque adsit genus sine generis imperfectione: sicut non debemus negare liberum arbitrium Deo, Beatis, aut creaturis, quamvis eorum nullus posset peccare, quia hoc non facit deesse, nisi defectum; non aufert substantiam libertatis, sed vitium, & imperfectionem. Itaque non est ratio, cur hîc hæreamus, & non magis absolutè dicatur, ens contrahi prius per differentias, quàm per ullos modos. Et paulò superius dicit his verbis: *Itaque concede in Deo differentiam, concede genus, concede etiam modos, sed aliter & aliter: dic ens quod est quasi genus non contrahi modis, sed differentiis, quas deinde sequuntur modi.* Hunc discursum, quem in calce *Apologia cit.* affert, paulò superiùs rationibus confirmat.

Nova mangonia pro sententia Poncij.

Allatus discursus, rationibus contra nostram opinionem objectis, confirmatur.

139. *Rationes Baronis contra supradicta.* PRimò: quòd modi præ differentiis non salvent simplicitatem rerum, sic: velle quòd differentia faciat compositionem, & modus non, est gratis dictum, quod ex se patet, & probatur: Modus v. gr. intensio, addit aliquid perfectionis subjecto, aut non addit? quòd addat, certum est; utique enim ens infinitum est perfectius ente puto: certum etiam est, quòd subjectum sit capax, & ita in potentia aliqua ad modum, quid ergo ei deest ad compositionem? fortè distinctio realis? sed hæc etiam differentiæ deest.

Secundò: Deus sine dubio distinguitur essentialiter, & plusquam specificè à creatura, modi autem non distinguuntur specificè, aut essentialiter: ergo distinctio illa non fit per modos. Cætera quæ affert ex Poncio, jam suprà num. 115. producta, & cum responso Poncii sufficienter refutata sunt.

Resel-

Refellitur discursus Baronis, & rationes ab illo adversus nostram & communem Theologorum sententiam allatæ, refutantur.

140. *Baro.* Baro ad facilitandam doctrinam Poncii, tale pro anchora jecit principium, quòd si primo obtutu non designet eum argumento succumbere, saltem indicat quòd rationum nostrarum pondus, ac sententiæ stabilitatem evertere non valeat; nam illud ipsum paradigma, quo intentum suum persuadere studet, non solùm à tota nostra est reprobatum schola, sed & ipse Baro in *Phys. Apol. 6. Act. 1. n. 2.* statuens simpliciter impossibile, jam de extraordinaria quàm de ordinaria Dei potentia, quòd sit effectus aliquis producibilis à duabus causis totalibus ejusdem generis & ordinis conjunctim, apertè declarat illud involvere repugnantiam, non solùm per causam accidentalem & locum extrinsecum, sed & ab ipso primo principio lumine naturali evidenter noto, *impossibile esse, idem esse & non esse, dependere & non dependere*; quale ergo doctrinæ suæ inde ideavit exemplar? cui conformiter quis fortè induci posset in hunc intellectum, quòd sicut effectus in tali casu pendet à duabus causis totalibus, & tamen non habet dependentiam ab illa altera, quia eâ ablatâ subsisteret; ita in divinis *esse Dei* semel intelligatur constitutum ex genere & differentia, iterum & secundò per se ipsum ratione suæ infinitatis, omnia quæ in Deo sunt, ad unum totum identificantis, & tamen *esse Dei* constitutum per compositionem, non habeat in esse suæ constitutionis dependentiam (si ita hic loqui liceat) ab illa secunda, quia ea per impossibile, aut saltem intelligibiliter ablata, cùm modus intrinsecus infinitatis secundùm hunc Authorem esset posterior differentia, jam adhuc subsisteret Deitatis constitutivum. Verùm hæc doctrina est Theologo indigna, implicat enim intelligi perfectè Deum sine majestali suæ infinitatis honore, consequenter sine totalitate identitatis realis, quæ est ratione solius infinitatis, non simul ac ratione compositionis, nisi totalitatem identitatis realis in Deo per infinitatem, & totalitatem ex genere & differentia per compositionem, non secundùm rem ipsam, sed sola formalitate verbi aliam & aliam esse velis, quomodo Sabellius personam Patris solâ nominis formalitate aliam esse dicebat à persona Filii; non incurreres quidem Sabellianismum, ast ut quoque evadas paralogismum, paraphraste opus erit. Alium itaque sensum Baro ex allato exemplo elicuit, ut *loco cit.* patet, & ex allatis ab ipso exemplis, scilicet quòd sicut effectus à duabus causis totalibus unâ sublatâ adhuc persisteret; ita in proposito posset ablatâ imperfectione & potentialitate genus adhuc persistere. & sic contractio & actuatio habeantur sine imperfectione. Sed ex dictis supra patet, illud non esse admittendum, &

Sensus dati exempli ambiguus, ex mente Authoris tamen accommodè intelligendus.

Sabellius.

141. *Neutra* Probatur ampliùs: differentia non est contractiva sui ipsius, sed generis, quâ dicit intrinsecè naturam partis ordinatæ ad differentiam velut actum, ita ut neutra pars dicat totam essentiam, sitque differentia principalior genere, ergo nequit esse genus sine imperfectione & potentialitate. Anteced. patet, quia in eo consistit indoles & radix componibilitatis. Conseq. patet etiam, quia imperfectio potentialitatis nihil aliud est, quàm contrahibilitas partis minus principalis, & quasi informis, per magis principalem, ut actuantem formã, hac ratione siquidem dicitur perfectibilis & actuabilis, item perfici, actuari & contrahi; sed impossibile est actuationem & contractionẽ dari sine tali adhuc informi contrahibilitate, ergò nec sine imperfectione potentialitatis. Exemplum autem in contrarium quod adducit de libero arbitrio, tam parum facit ad rẽ, quam illud de duabus causis totalibus, quarũ unâ sublata superstes altera sufficiat ad productionem illius effectus; contrarium enim accidit in natura generis, nempè ablatâ potentialitate partis perfectibilis, id est, ablatâ ipsâ perfectibilitate, adhuc manere genus: ex eâ enim parte, quâ genus essentialiter dicit rationem partis & non totum, est etiam essentialiter imperfectum, unde fit quòd dicatur totum perfectius genere. Quare illud exemplum (*non debemus beatis negare liberum arbitrium, quàmvis eorum nullus posset peccare, quia hoc non aufert substantiam libertatis, sed imperfectionem*) Baroni reddamus sic: non possumus negare esse de ratione generis id quod est substantiale generi, sed ratio partis est generi substantialis, ergo. Sed illa quà talis dicit imperfectionẽ, ergo esto abessent aliquæ imperfectiones, v. g. dependentia nihilitans à causa extrinseca, nõ possumus negare imperfectionẽ generis quoad rationem partis, quam necessariò & inseparabiliter consequitur potentialitas ad posse perfici & actuari, quomodo appetitus ad formas physicas, materiæ primæ realiter identificatus, ad ipsam sequitur materiam.

pars compositi sigillatim dicit totam essentiam, est tamen differentia principalior genere.

Quasi radix componibilitatis.

Generi substantiale est esse partem cui inseparabiliter affixa est potentialitas ad perfici.

142. Ad illud denique, quod in fine sui discursus insinuat, ens prius contrahi per rationes quidditativas non per modos vide *To. 1. Cont. 9, q. 4. n.* hic libenter concedimus, sed negamus illas rationes esse differentias: si quæras, quid ergo sunt? dico cum *Smising tract. 2. d. 2. q 1. n. 25.* sunt rationes transcendentales cum pluribus generibus transcendentes, atque etiam cum substantia sub nullo genere posita, nempe cũ substantia divina: sic, substantia transcendit cum substantia per essentiam & per participationem: & similiter substantia vivens vitâ intellectuali: differentia autem solum vel ad unũ genus pertinere potest, vel saltem non nisi ad diversa genera subalternatim posita, ut habet regula anteprædicamentalis, imo ulterius cõcedimus, quòd revera in ente finito prior sit ratio substantiæ, & talis quidditatis substantialis etiam usque ad singularitatem, quam sit

Ens prius contrahi per rationes quidditativas transcendentales, quàm per modos intrinsecos.

Differentia vel ad unum genus vel subalterna solum spectat.

Ens prius per substantiam

modus

usq; ad singulare, quàm per modos intrinsecos dividitur ab intellectu perfectè concipiente.

Qui sint intelligendi SS.PP. quando describunt Deum per infinitatem.

modus finitatis, & infinitatis, quia modi non constituunt in suo esse quidditatem rei, sed suo modo supponunt constitutum: unde infinitas Deum non constituit, nec finitas creaturam, sed in aliquo priori constituta supponunt. Non rectè itaque hîc videtur supponere Baro contractionem entis ad Deum, & creaturam esse à priori, & expresè Scotus negat *d. 2. q. 1. §. Ex his ad quaestionem:* ubi asserit infinitatem esse de Deo demonstrabilem per conceptum quidditativum Dei, tanquam per rationem à priori. Unde Scotistae communiter SS. Patres, quando describunt Deum per infinitatem tanquam conceptum primum, explicant: eos non intendere conceptum simpliciter primum, nec quoad nos primum primitate generationis, sed primitate perfectionis, quem pro hoc statu de Deo habemus, & quem non cognoscimus quidditativè. Eadem ratione Scotus intelligendus, dicens: *prius in Deo intelligi infinitatem, quàm haecceitatem*; cùm nemo pro hoc statu habeat quidditativum conceptum de haecceitate Dei, ideòque non per illam, sed per infinitatem concipimus Deum distingui à creatura, atque hinc prius concipimus Deum sub ratione infiniti, quàm substantiae, quia rationes substantiae, ut in Deo, non capimus, atque ita demùm prius dividimus ens in finitum, & infinitum, quàm in substantiam, & accidens, deinde substantiã finitam in sua genera, &c. Hactenus optimè Smising. Haec ergo damus Baroni, sed rotundè negamus, quod exinde ille perperam asserebat: ideò ens primò per differentias contrahi, quia illae rationes transcendentes non addunt enti novam formalitatem, condistinctam formalitati entis, sed ob summam illam entis transcendentiam illud includunt in sua formalitate adaequatè concepta, licèt ens contrahatur ab illis conceptu inadaequato, secundùm quem sibi vendicat quandam unitatem, & univocationem imperfectam, quae in schola nostra ad rationem generis insufficiens est, eò quòd genus dicat conceptum perfectum, & ex natura rei realitatem distinctam à differentia.

Rationes transcendentales in sua formalitate includunt formalitatẽ entis.

143. Jam respondeamus ad rationes, & primã remittimus ad suum Authorem, cui opus non fuit quaerere, *Quid ergo modò deest ad compositionem?* quia, datâ eâ sententiâ, quòd conceptus entis fundetur in una realitate communi ad Deum, & creaturam, compositionem potiùs dari in Deo nihil deest. Cùm enim illa realitas entis ut sic, secundùm hunc Authorem, non sit de se haec, sed communis, & ad plura contrahibilis, necessariò erit potentialis, & sic cum contrahente compositionem efficiet Metaphysicam, & tunc liceat nobis uti verbis Baronis, & quaerere; *quid deest ad compositionem*, consequenter ad destruendam simplicitatem? *an fortè distinctio realis, sed haec etiam differentia deest*, & tamen destruit simplicitatem,

Retorsio argumenti ad Authorem.

Respondeo secundò: Gratis dici contra communem Scotistarum, quòd modus ad instar differentiae compònat cum modificato, ad hoc siquidem necessariò requiritur, ut quemadmodum differentia variaret rationem formalem, si non illius rei cui additur, saltem constituti ex ipso & modificato, & ita cum realitate contracta novam quandam rationem constituat, cùm partes actuantes juxta Aristot. 8. *Metaphys. textu* 10. se habeant ut numeri, & si unica additur vel aufertur unitas, statim variatur species numeri, sic additâ v.gr. unitate ternario, evadit quaternarius; sublatâ, binarius; quae sunt aliae species à ternario: item si animali, quod definitur vivens sensibile, addatur rationale, evadit homo; si avellas sensibile, plantam dices: modus vero uti nullum gradum affert quidditativum, ita nihil variat, ut manifestè constat de gradu albedinis, cui v.gr. addatur quartus vel quintus, imò & supremus gradus, non constituit aliam naturam ab albedine. Itaque licèt dicatur naturam perficere, longè tamen alio modo, quàm differentia quia differentia perficit addendo entitatem vel realitatem, & hinc dicitur variare essentiam rei: at modus duntaxat eam perficit intra se ipsam nil addendo entitatis, ut ex ipso modo perficiendi quem exercet potiùs colligitur quòd non possit componere eum subjecto. Unde dum quaerit Baro, *intensio addit aliquid subjecto, vel non addit?* perperam concipit modum intensionis, ut propriam realitatem adaequatè conceptibilem, cum nullatenus concipi valeat sine re illa quam modificat, quae sunt una realitas adaequata: & sicut modificato nihil novae addit entitatis, ita illi nullam propriè potest addere perfectionem, nihil enim perfectionem propriè dicitur addere sibi ipsi. Qualiter autem modus non dicat propriam rationem entis, ut concipi nequeat sine modificato, sed sufficiat quòd sit ens identicè tantùm, & plura alia quae ad naturam modorum intrinsecorum spectant, *Vide tom. 1. p. 1. de modis intrinsecis.*

Modus nõ componit cum modificato.

Qualiter modi perficiant modificata.

Nullam addit perfectionem.

Ex his respondetur ad secundum: Deum 145.
essentialiter, & plus quàm specificè distingui & distare infinita distantia à creatura, neque tamen sic distingui per modus: unde ut hoc suum argumentum robur habeat, incumbit illi prius probare, quòd sicut rationale v.gr. dicitur differentia divisiva animalis, & constitutiva hominis; ita infinitas sit modus intrinsecus entis, quatenus ipsum dividit, & modus intrinsecus Dei, quatenus ipsum constitueret; quod falsum est, cùm nunquam aliquis intrinsecus modus constituat rem in esse primo & essentiali, sed constitutum supponat. Reliqua quae apud Baronem contra nostram sententiam leguntur, vel soluta sunt suprà cum argumentis & responsis Poncii, vel facilè ex doctrina num. 142. *de primâ entis contractione per rationes quidditativas*, solvi possunt.

QUAE.

QUÆSTIO III.

An sit admittenda ex doctrina Scoti compositio rationis in Deo, seu per solam mentis functionem illi affixa?

SUMMARIUM.

1. *Authores qui affirmativam tenent. n.146.*
2. *Affertur fundamentum eorum. ibid.*
3. *Negativa sententia præfertur, & probatur. n.147.*
4. *Deus summum refert ens non solùm in re, sed etiam in operatione cogitantis. ibid.*
5. *Enervatur fundamentum opinionis contrariæ. n.148.*
6. *Compositio rationis non est mera denominatio extrinseca à conceptibus nostris relicta, sed habet fundamentum ex parte rei cognitæ. ibid.*
7. *Cur in schola Scoti non debeat admitti compositio rationis in Deo. n.149.*

Smising. Mastrius. Fundamentum cur posset in Deo statui compositio rationis.

146. PRæter plurimos Nominales affirmativam sententiam tenentes, eam amplectitur Suarez l. 1. *de essentia Dei, c. 4. §. hic occurrebat Quæstio.* Ex Scotistis in eandem inclinat Smising *Tom. 1. tract. 2. d. 2. q. 2. n. 25.* Mastrius in *sua Metaph. d. 2. q. 4. num. 75.* ait: sequi in Deo compositionem rationis, apud intellectum inadæquatè concipientem: & in hoc pedem figit, quòd talis compositio rationis, non est alia, quàm extrinseca denominatio, resultans in objecto ex negotiatione intellectûs dividentis idem objectum adæquatum in plura inadæquata, unde nullam in objecto imperfectionem ponit, sed in solo intellectu, qui unico actu non valet assequi eminentem perfectionem objecti, ideòque priùs illud concipit sub una ratione, posteà sub aliis, & tandem utramque rationem, communem, & particularem componit ad invicem. Sic igitur in Deo primum gradum entis communem concipimus veluti potentialem ad finitum, & infinitum; deinde ratione infinitatis concipimus veluti contrahentem ens ad Deum, qui modus concipiendi ut patet, inquit, nullam ponit imperfectionem ex parte Dei, quia à parte rei etiam non ponit potentiam, nec infinitas actum. Ita Mastrius *loc. cit.* Similiter discurrit Smising, quamvis ille potiùs ad mentem eorum, qui volunt compositionem metaphysicam per rationis operam absolvi, loqui videatur.

ASSERTIO.

Dedecet Dei summam actualitatem etiam in operatione cogitantis, seu quòd in eo compositio per mentis functionem collocetur.

147. *S. Bonav.* HÆc assertio defenditur à Doctore Seraphico S. Bonaventura *1. d. 2. q. 1. §. Respondeo dicendo.* Ubi docet, quòd hæc vox *Deus* non solùm referat summum & actualissimum in re, sed etiam in apprehensione nostra, & operatione cogitantis, eò quòd omnis compositio rationis ex communissimo suo compositionis conceptu, qui ex communi usu & acceptatione talis vocis præsefert imperfectionem, à Deo prorsus abolendam. Probatur assertio: Compositio rationis refert potentialitatem propriam in tali genere, & actum illius potentialitatis qualificativum, sed repugnat Deo, etiam prout à nobis concepto, aliquid quod sit in potentia, & indigentia sui actus, & aliquid quod perficiat & contrahat dependentiam, ergo. Major patet, Min. prob. repugnat concipere Deum sub illa ratione, sub qua non est Deus, atqui si in Deo compositio rationis admitteretur, apprehenderetur sub aliqua ratione quâ non est Deus: ergo: Maj. prob. non apprehendi Deum sub ea actualitatis perfectione, quâ major alia intelligi nequeat, est concipere Deum sub ratione quâ non est Deus; quia ea ratio concepta non esset actualior omni ea, quæ in conceptum creatum caderet, cùm valeat à nobis percipi distinctio aliqua v. gr. Deitatis à suis proprietatibus sive potentialitate, quæ est de formalissimo compositionis conceptu: ergo in proposito, illud quod cum tali compositione conciperetur, non conciperetur ut Deus. Hoc argumentum urgeo, & insto.

Compositio rationis refert potentialitatē propriam, sub qua repugnat Deū concipere.

Secundò: Nemo secundùm rationem potest in Deo admittere rationem opinionis, fidei, corporis: ergo nec compositionis. 148.
Conseq. prob. ideò esset admittenda in Deo compositio rationis, quia propter eminentem Dei perfectionem intellectus noster partitur inadæquatè Deum in rationes objectivas,

Evertitur fundamentum adverſariorum.

vas, quæ omninò indiviſæ exiſtunt, unamque poſtea ut communem, aliam ut particularem, inter ſe componat ſolâ extrinſecâ mentis functione: atqui non ideò, id eſt, data pluralitate rationis, ſtatim admittenda rationis compoſitio in Deo: ergo, &c. Major eſt fundamentum Adverſariorum, Minor prob. quia ſic pro hoc ſtatu conjunctionis ad corpus, Deum apprehendimus etiam ad inſtar corporis, atqui non poſſumus propterea dicere Deum eſſe corpus per rationem, eo ipſo enim Deus non eſſet Deus, cùm extraheretur per rationem extra Deitatis rationem, quæ eſt ſpiritus, ad aliam lineam entis, ſcilicet corporis: ergo ſicut via remotionis & negationis eum debemus ut ſpiritum concipere, ita compoſitio quæ ex pluralitate rationis videri poſſet emergi, cùm extrahat Deum ab ea actualitate quæ in conceptum creatum cadere poſſet, eſt abolenda, & Deum etiam ſecundùm rationem ut ens ſimpliciſſimum apprehendere debemus, præſertim cùm actus & potentia, quam eſſentialiter imbibit compoſitio, trahatur ab ipſo, cùm non ſit mera denominatio extrinſeca à noſtris conceptibus relicta, ſed habet fundamentum ex parte rei cognitæ, à quo cum ſit compoſitio non rationis ratiocinantis, ſed ratiocinatæ, trahi debet ſubſtratum potentialitatis, neque enim intellectus noſter ad libitum fundare poteſt in aliqua re conceptum generis & differentiæ, ſed præſupponendum illius aliquale fundamentum in re concepta: ergo à Deo ut actu puro & ente ſimpliciſſimo, non poteſt trahi aliquid potentialitatis, & aliquid actualitatis. Hac ratione etiam ſolvitur argumentum, & ratio Maſtrii, contra quem

Compoſitio rationis non eſt mera denominatio extrinſeca, ſed habet fundamentum in re ſubſtracta illi.

149. Probatur ſpecialiter Aſſertio noſtra: quòd alii extra ſcholam noſtram aſſerant in Deo compoſitionem rationis, eſt, quia putant diſtinctionem & compoſitionem, etiam in Deo, eſſe convertibilia, & ex hoc principio urſi Adverſarios ſuprà *Controv.1.qu.3. art. 1, nu.39*. Et iterum fusè *art.4.§ 3.n.56*. qui conſequenter ad ſuum fundamentum, ut Smiſing *loc.cit.* probat, admittere deberent compoſitionem rationis, quam tamen multi negant, ut Gonet *tom.1.de Deo, d.4. datur modus in particulari a.1.§.3. per totum.* Optimè ſiquidem ſtante abſolutâ convertibilitate cum omni latitudine diſtinctionis, & compoſitionis in opinione eorum, qui Metaphyſicam compoſitionem per ſolam rationis operam perfici putant, urgentur, cùm ſicut non repugnat Deo, & ſimplicitati divinæ diſcretio rationis inter Deitatem, quæ quaſi ad eſſe Patris trahitur, & paternitatem trahentem, ita nec compoſitio rationis obſtare queat. Verùm in noſtra ſchola quæ in ea latitudine talem convertibilitatem reprobat, & ſecundùm Doctorem ſalvâ diſtinctione inter Deitatem & attributa, adhuc compoſitionem & potentialitatem explodit: ergo ſecundùm Scotum, & ſcholam ſuam ſimiliter, potentialitas & compoſitio rationis explodenda: tam parum in Deo enim diſtinctio rationis potentialitatem inducit ſibi proportionatam, quam diſtinctio formalis ex natura rei, & contrarium ſentiens inconſequentiæ in loquendo argui poſſet.

Smiſing

Gonet.

Speciatim refellitur Maſtrius.

Confirmatur Aſſertio authoritate *cap. Firmiter, de ſumma Trinitate*: qui omne dicit, nihil excludit, ſed ſecundùm determinationem *cap Firmiter*: plenariè confitetur *Deum eſſe ſimplicem omninò*: ergo nullus modus compoſitionis in Deo ponendus, quia ſimpliciter ex ſuo conceptu non poteſt non contradicere ſimplicitati, quæ actualiſſima eſt non ſolùm in re, ſed etiam in apprehenſione & ratione noſtra. Hinc benè S. Hilarius *ſuprà Controv.1.quæſt.1.num.19.citatus*: *Deus non eſt compoſitus, quia vita eſt; neque qui lux eſt, ex tenebris coarctatur*, quod certè non ſecundùm rem tantùm, ſed etiam ſecundùm rationem venit intelligendum, alioqui lux ſecundùm rationem poſſet dici obſcura, & per mentis fictionem ex tenebris compacta, Angelus ſecundùm rationem corpus, quæ à ratione abſona ſunt & abſurda. 150.

Hilarius.

CON-

CONTROVERSIA QUARTA.

DE

Iure & processu *Gabrielis Vasquez*, adversus catholicissimam & purissimam *Scoti* doctrinam, quæ, dum excernuntur & dispunguntur censuræ Vasquez, à calumniis emaculatur, & simplicitas divina in via *Scoti* amplius propugnatur.

SVMMARIVM.

1. *Recensentur obiter nonnulla censura Vasquez contra Doctorem Subtilem. n.151.*
2. *Quibus rationibus Vasquez voluerit Scotum malè audire, seu erroribus Gualteri, & Gilberti conspurcatum esse. à n.152. usq; 161.*
3. *Trutina fundamenti quo Vasquez delusus ad coacervandas rationes contra Subtilem. nu. 162.*
4. *Quales fuerint errores circa sanctissima Trinitatis mysterium; ubi qualem Gilbertus statuerit distinctionem inter essentiam & relationes divinas. n 166. & seq.*
5. *Vasquez convincitur gravissimis Sanctorum, & Theologorum testimoniis de affectato censurandi Scotum impetu. nu.168. usque 172. inclusivè.*
6. *Revincitur Vasquez ex propriis dictis, & scriptis, & ex actis Concilij Rhemensis. nu.173. usq; 178.*
7. *Vasquij rationes & objectiones in trutinam vocantur. n.179. usq; 184.*
8. *Infringuntur objectiones ex Conciliis. nu.185. usq; ad n.190. inclus.*
9. *Iudicium diversorum Theologorum de doctrina Scoti. n.191. usq; ad finem.*

153\. *Modestiâ requiri in Theologis.* MUlti, etiam extra scholam Scoti præstantissimi Theologi, vix sine stomacho referre possunt eam taxandi licentiam, quâ Neoterici quidam nullâ habitâ ratione modestiæ, in Theologis requisita, contra Scotum Doctorem modestissimum, censurarum plaustra effuderunt. *Delusus Vasquez antesignanum.* Coriphæus horum, & Antesignanus est *Gabriel Vasquez* turpiter (ut *infrà n.162*) delusus in Ottone Frisingensi Episcopo; quem, ut Scotum lacessat, *disp.107. c.2 n.4. & disp.120. c.1. n.2.* Patronum advocat, & ex ejusdem *l.1. de gestis Friderici primi Imperatoris c.56. & 57.* referens *c.5. n.9. & iterum 120. c.1. n.6.* Gilbertum nunquam dixisse Deum & essentiam esse duas res, & realiter differre; sed quòd solùm non distinguantur cogitatione mathematica, quæ unum ab alio dividit, sed etiam ratione Theologicâ: certè, inquit, per rationem Theologicam aliud intelligere non possum, quàm Theologus in re ipsa ex natura Dei concedere debet, sicut concessit Scotus, *vide infrà n.162. usq; ad 165.* iterum *1.p. eâdem disp.116. c.4. n.16.* dicit: *Scotum non solum incidere in sententiam Gilberti, sed & plures in Deo distinctiones introducere, quàm potuerit Gilbertus*; quia Scotus non solùm dicit Patrem aut personam divinam, non esse ex natura rei suam essentiam & sapientiam, sed etiam essentiam Dei non esse suam sapientiam & intellectum, quod Gilbertus nunquam negavit. *Notetur error & censura Vasquez.* Et mox *c.5. n.18. in corpore rationis* ait: *Scoti propositio cum propositione Gilberti convenit.* *Notetur censura.* Et iterum *n.10.* Scoti opinionem confundit cum errore Gualteri; & quod *Scotus ad tuendam Dei simplicitatem respondeat eodem modo atq; Gualterus*, videlicet plura illa ita convenire, ut nihil habeat rationem partis, nec unum sit ut potentia, aliud ut actus, *& utrimq; opinionem eodem modo confutandam, eademque argumenta quæ adversus Gilbertum S. Bernardus duxit, etiam contra Scotum militare.* Demque *disp.120. c.1. n.5* ait: *Scotum usum fuisse pro sua sententia eâdem ratione quâ Gilbertus pro sua, ac inde colligemus Scotum sequi Gilbertum.* Et *c.2. n.12.* insinuat id, quod *c.4. n.19.* Denique concludit: *Definitionem & condemnationem Gilberti, etiam valere contra Scotum.* *Notetur censura Vasquez.* Et similes calumnias ibi passim in Scotum coacervat.

QVÆSTIO I.

Quo jure, & quibus rationibus Vasquez voluerit Scotum malè audire, eumque erroribus Gualteri,& Gilberti conspersum esse?

SVMMARIVM.

1. *Vasquez contra Scotum detorquet Bernardi rationem contra Gilbertum. n.152.*
2. *Vasquez distinctionem Gilberti cum distinctione Scoti confundit. n.153.& iterùm n.158.*
3. *Compositionem Vasquez concludit, uti ex Gualteri,ita ex Scoti opinione. n.154.*
4. *Si vera esset opinio Scoti, non esset secundùm Vasquez in Deo summa unitas. n.155.*
5. *Idem stabilire conatur ex S. Anselmo, & quod ex opinione Scoti essentia Dei non esset essentialiter perfecta. ibid.*
6. *Novam ex Bernardo producit contra Scotum rationem. n.157.*
7. *Vasquez provocat ad Concilia: primò ad Florentin. n.159. Secundò ad Rhemense. n.160. Tertiò ad Lateranense. n.161.*
8. *Fundamentum Vasquez contra Scotum quale. n.162.*
9. *Ottonis Frisingensis in scribendo candor. n.163.*

ARTICULUS I.

In quo Recensentur rationes Vasquez.

152. *Spinosa punctura Vasquez contra Scotum.* *Bernard. serm.80. in Cant.* QUemadmodum, ut cantat Virgilius 5. *Eclog. plena spinis surgit paliurus acutis*; Ita Vasquez acutis censurarum spinis in Scotum surgit *1.part.disp.116.& d.120.* telis pungit, sentibusque plenus in illum deusescit, & quantum potest, ferit; & primum quidem, quod contra Scotum jacit, *disp.116.c.5.nu 18.* est ratio Bernardi, quâ abutitur contra Scotum, quæ propterea huc referenda est, ut habetur *in serm.80.in Cant. Divinitate, inquiunt, Deus est, sed divinitas non est Deus, forsitan non dignatur Deus esse, quæ tanta est ut faciat Deum; sed si Deus non est, quid est? aut enim Deus est, aut aliquid quod non est Deus, aut nihil. Equidem non das Deum esse, sed ne nihilum quidem (ut opinor) dabis quam usq; adeò necessariam Deo esse fateris, ut non modò absq; ea Deus esse non possit, sed ea sit. Quòd si aliquid est, quod non est Deus: aut minor erit Deo, aut major, aut par: at quomodo minor, quâ Deus est? restat ut aut majorem fatearis, aut parem. Sed si major, ipsa est summum Bonum, non Deus. Si par, duo sunt summa bona non unum.* Hanc argumentationem sic detorquet in Scotum.

Argum. Vasquez. Si essentia divina est sapiens, seu sapit sapientiâ, quæ suâ naturâ ab ea differt, & ante intellectum non est ipsa essentia, vel illa sapientia ante intellectum sua natura est aliquid, vel nihil. Non potest esse nihil, ergo est aliquid. Rursus illud aliquid vel ante intellectum naturâ suâ formaliter & essentialiter est superius, vel æquale, vel inferius ipsa essentiâ divinâ: superius esse nequit, ut liquet, nec æquale, quia vel esset ex natura rei ipsamet essentia Dei, & ita contra Scotum probatum esset id, quod contendimus: vel si adhuc esset distincta, essent plures essentiæ Dei, & plures Dii, quod enim æquale est Deo, esset ipse Deus: & quod est æquale essentiæ, est ipsa essentia. Aut denique illud esset inferius ipsâ essentiâ, & sic esset aliqua creatura formaliter ex natura sua ante intellectum: divina ergo natura sapiens efficeretur aliquo creato, quod est absurdum. Ratio hæc non solùm ob authoritatem Bernardi, & quòd ipsa efficacissima sit, magni facienda est: sed etiam quia ipse Bernardus bona pars fuit Concilii Rhemensis, *ut disp.120. videbimus.* Hanc vero rationem ille confecit, ut confutaret illam propositionem Gilberti: 1.
Deus non est sua bonitas, aut sapientia: eademque optimè pugnat contra aliam Scoti propositionem: *Deitas non est sua bonitas, aut sapientia ex natura rei ante intellectum.* *Censura Vasquez.* Nam quamvis addat Scotus, esse eandem rem essentiam & sapientiam, nihilominus cùm dicat ex natura rei ante intellectum unam non esse aliam, destruit quod posuerat. Nam hæc duo, ut infrà 2.
dicemus, manifestè secum pugnant, & ejus propositio cum propositione Gilberti convenit; quia negat unum de alio ex natura rei, & non solùm nostro modo intelligendi, sicut ille absolutè negabat: & in rigore ex natura rei cùm dicimus: *Deitas est veritas,* addere debemus, *hoc est, vera*: sicut Gilbertus dicebat addendum esse. *Censura Vasquez.* Hæc enim propositio est formalis in sententia Scoti; *Deitas est vera, vel sapiens*: illa verò: *Deitas est sapientia, vel veritas,* non est formalis, nec vera ex natura rei, nec

nostro

3. Censura Vasquez. nostro modo intelligendi: cùm ergo à Bernardo & Concilio illa Gilberti correctio quâ addebat, nempe: *hoc est; verus vel sapiens*, damnatur; reprehendi etiam debet in Scoto, quia in ejus sententia, si ex natura rei, & formaliter loquamur, etiam addenda est. Idem repetit *disp 120.c.4.n.19.*

153. 4. Censura Vasquez. 5. Censura Vasquez. Secundum censuræ, vel potiùs imposturæ telum, quo Scotum ferit, est expressa æquiparantia doctrinæ Scoti, cum doctrina Gilberti, non solum *in hac disp. 116.c.5.n.19.* sed etiã *disp.120.c.1.n 6. & c.4.n.19.* nimirùm Gilbertum non potuisse ita apertam distinctionem inter essentiam & personam, sicut est maxima distinctio, quæ inter duas res esse potest; sed dixisse quoquomodo theologicâ considerationè distingui, ita ut non solùm abstractione mathematicâ, sed consideratione theologicâ ratio nostra inter illa distinctionem operetur; quasi dicat, non solùm distingui nostro modo intelligendi, nam mathematicus solâ consideratione suâ separat à materia ea, quæ verè in materia sunt: sic ergo solùm ratione mathematicâ distinguuntur, quæ solò nostro intellectu distinctè concipiuntur; ratione verò theologicâ ea dixit differre, quæ secundum veram Theologiam inter se differunt, hoc est, quæ vera Theologia differre asserit, intelligit autem ex natura rei non solâ consideratione, alioqui non esset aliud differre ratione mathematicâ, & consideratione theologicâ.

154. 6. Censura Vasquez. Tertio novo, *citata d.116.n.29.* & supradictis non minus amarulento Subtilem pungit aculeo, ita ut Scotum & Gualterum hæreticum eodem carbone notet, & quòd contra Scotũ idem sequatur quod contra Gualterum, ex quo infert: ex Scoti opinione in Deo esse compositionem, ac proinde in opinione Scoti essentiam Dei se ipsâ non esse perfectam. Nã si ante intellectum plura in essentiam divinam conveniunt, sive illa dicantur rationes formales, sive res, non possunt non componere illud, in quod conveniunt, si enim sit distinctio aliqua ante intellectum, & ex natura rei, erit etiam aliquid & aliquid ante intellectum, ergo & plurium conventus & compositio. *Sed Scotus ut simplicitatem Dei tueatur, respondet eodem modo atq; Gualterus*, videlicet plura illa ita convenire, ut nihil habeat rationem partis, nec unum sit ut potentia, aliud ut actus. *Verùm eodem modo hæc solutio confutanda est sicut contra Gualterum.* Quoniam si ex natura rei est aliquid, & unum est in alio, sicut ratio quâ illud est tale, nempe sapientia in essentia, ut ea sit sapiens, sequitur, ex natura rei esse ante intellectum, actum, & potentiam: vel si hanc non admittat Scotus, concedat pejus, nempe aggregatum quoddam inordinatum, quod Logici appellant per accidens. Præterea cùm pluralitas repugnet summæ simplicitati, qualis est divinæ naturæ, repugnabit vel minima pluralitas, & distinctio ex natura rei.

Argum.

7. Error Vasquez.

Hoc argumentum multis confirmat ex S. Bernardo, *à n.20.& seq. disputationis 116.cit.c.5.* & speciatim *n.22.* ait: si vera esset opinio Scoti, certè non esset Dei unitas summa quæ esse posset, cùm in ea ante intellectum sit aliud, & aliud, quòd si non esset aliud & aliud ex natura rei, major profectò esset simplicitas, majorque unitas, quia major esset divisio, unum enim & indivisum idem sunt. 155. Confirmatio per rationem & authoritatem.

Deinde advocat *n.24.* S. Anselmum, ex quo contra Scotum sic arguit: Majus est id, quod nec re ipsâ, nec ex natura rei ullo modo distinguitur, quàm illud, quod ex natura rei plura in se habet, quia hoc nec intellectu dissolvi potest, illud autem potest: nam dissolvi per intellectum non appellavit Anselmus distingui solùm in conceptu nostro, sed intellectu invenire in re ipsâ aliud & aliud, quod sanè oppossuit dissolutioni actu, aut re ipsâ, hanc enim putavit fieri quon es existit unum fine alio, sed neque intellectus in re ipsâ inveniat aliud & aliud ex natura rei distinctum. Ex hoc tamen Anselmus non tollit distinctionem conceptuum quæ ipsam rem non attingit, sed in sola nostra consideratione manet; nec compositionem hoc modo, sed pluralitatem quamlibet in re ipsâ: quia majus quod excogitari potest, nempe simplicitas, in qua nulla sit pluralitas: Deo autem nihil majus potest excogitari. Ex opinione autem Scoti sequitur, ex natura rei essentiam Dei in se ipsa essentialiter non esse perfectam, sed aliquâ formâ adveniente perfici, quod est absurdum. Ex quibus omnibus fit, attributa inter se, & ab essentia sola intellectûs operâ distingui. 8. Error, & censura Vasquez.

Nec his contentus, sed *d.118.c.2.n.6.* iterùm refutari posse verbis Bernardi, sententiam Scoti, scilicet attributa non distingui in Deo ex natura rei, sed sola intellectione viatoris, nam si ex natura rei distinguerentur, eodem modo Beatus illa distingueret, uti viator; sed ait Bernardus intellectum in patria non posse in pluralitatem resilire, sicut potest in via: ergo non distinguuntur ex natura rei: si enim distinguerentur ex natura rei, posset etiam Beatus illa in plura intelligere. Et mox: quantum verò ponderis habeat authoritas Bernardi in hac re contra Scotum, inde, ait, colligitur, quòd sicut dogma Gilberti, contra quod Bernardus ibi disputat, damnatum: ita contra Scotum, tanquam indubitatum dogma fidei, probatur in Deo non esse aliam pluralitatem & distinctionem, quàm persona rum inter se. Bernard. 9. Error & censura Vasquez.

Denique *disp. 120.c.1.* ubi recenset sententiam Gilberti, *n 3.* quòd diceret Deum non esse essentiam suam, sed per suam essentiam, ideoque hanc propositionem: *Deus est essentia divina*, concedendam esse in casu *ablativo*, non *nominativo*, ac si diceret: *Deus non est Deitas, sed est Deitate Deus, vel bonitate bonus*; ut constructio esset transitiva: quæ sanè constructio videtur locum habere cum distinctione 10. Censura Vasquez.

formali ex natura rei. Dicitur autem intransitiva constructio, cùm nulla sit distinctio, ut cùm dicimus: Filiatio est proprietas relationis, hoc est, proprietas est ipsa relatio.

Objectiones Vasquez ex Conciliis depromptæ.

159. TRansit tandem Vasquez, ne color desit calori suo, ad diversa Concilia, ad quæ quamvis alibi, ubi agitur de distinctione Scoti, soleat responderi, quia tamen illa cc. adhibet in censurarum suarum adminiculum, huc illa referre lubet, *d.20.c.4.n.17.vel 18.* (quia distortè hîc ponuntur numeri) & primò opponit Concil. Florent. ex quo urget testimonio Joannis Theologi, cum Marco Ephesino Episcopo Græco Theologo disputantis, qui *sess.18.* sic dicit: *Divina substantia & persona re quidem sunt idem, secundùm autem modum intellectionis nostræ differre videntur.* Et subdit: cui sententiæ, *Marcus pro Ecclesia Græca, cum toto Concilio consensit.* Subdit mox iterùm: Andreas etiam Præsul Colossensis in eodé Concilio *sess.17.* volens conciliare disputationem eorundem, sic dixit: *Plurimum refert simpliciter proferre divinam substantiam, vel Patris Filiique substantiam; haudquaquam tamen putare debemus, ut re differant, quandoquidem sola ratione aut intelligentiâ differre creduntur.* Si ergo essentia Patris, aut Filii, solâ ratione differt ab essentia absolutè sumpta; sequitur solâ ratione etiam differre relationem ab essentia simpliciter accepta, nam alioqui & essentia Patris, quæ relationem addit, non solâ ratione differret ab essentia simpliciter. Tandem subnectit Vasquez, & quod caput est, *in eodem Concil. sess. ult.* in quadam confessione fidei, quæ à Latinis & Græcis missa est, sic dicitur: *Porrò autem ne identitatem conjunctionemque divinæ substantiæ distribuere, at ipsam substantiam re, non autem sola ratione ab Hypostasibus & personis differre credere videamur, &c.* Ad hæc mox Vasquez: ubi putas Concilium, & tota pars Latinorum incommodum, existimare inter personam & essentiam distinctionem majorem esse, quàm rationis, & intellectûs.

Concil. Florent.

Andreas Episcopus Colensis.

160. Secundò provocat ad celebrem definitionem Concilii Rhemensis, cui interfuit Bernardus, ubi definitum est sic: *Inter relationem & essentiam non debere distinguere rationem.* Ex quo tale Vasquez format argumentum: quãdo Eugenius definit, quòd inter relationem & essentiam non debeat distinguere ratio, usus est phrasi Gilberti, non intelligens rationem & considerationem mathematicam, sed theologicam, quæ est ex natura rei, & ante nostram considerationem: *ergo relinquitur quòd Eugenius in Scoti opinionem, eandem fulminet damnationem.*

11. Error & censura Vasquez.

161. Ultimum quod objicit est Concilium Lateranense sub Innocentio III. quod refertur, *cap. Damnamus de summa Trinit. & fide Catholica,* quo damnatur sententia Joachimi Abbatis astruentis in Deo tres personas, non unitate rei, sive essentiæ, sed unitate collectivâ, & multiplicitate, ex quo tres Deos videbatur asserere, sed huic errori Joachimi est proxima Scoti sententia, quia quamvis Scotus dicat essentiam & relationem non differre ut rem & rem, asserit tamen distingui ex natura rei relationes ab essentia, sicut rationes formales, ut ait Scotus, aut sicut rem, & modum, ut inquit Durandus (quem ibi eidem insimulat errori) ergo nequeunt Scotus, & Durandus saltem pluralitatem & numerum, inter relationem & personam ex natura rei negare, cum distinctionem astruunt, consequenter quia sic realis pluralitas conceditur, incidimus in aliquam quaternitatem, essentiæ nimiùm, & trium personarum.

12. Error & censura Vasquez.

ARTICULUS II.

In quo

Examinatur fundamentum Vasquez, quo inductus fuit ad coacervandas rationes, *suprà,* contra Scotum allatas.

162. AUdivimus Vasquez, quare censuerit Scotum convenire cum Gilberto; fundamentum quoad hoc fuit impulsus, ut ex ipsiusmet Vasquez verbis colligitur, aliud non haber, quàm quòd Gilbertus non posuerit distinctionem realem inter naturam & relationem, sicut inter duas res, sed dixerit: *Inter naturam & personam non mathematica abstractione, sed theologica consideratione, quoquo modo rationem dividere,* ita refert ex Ottone Episcopo Frisingensi, *de gestis Friderici Imp. l. c.57.* ubi per mathematicam abstractionem, significat distinctionem ratione confictam, quia mathematicus sola ratione abstrahit quantitatem à materia: per theologicam considerationem econtrà, distinctionem veræ Theologiæ, id est, ex natura rei, quæ non fictas, sed veras ex natura rei distinctiones attendit. Proindecùm Otto non dicat re, sed *consideratione theologicâ* rationem dividere inter personam & naturam, intelligit has ex natura rei, non tamen realiter, sed formaliter.

Otto Frisingensis Episcopus

de mente Gilberti.

Ecce

163. Ecce hic est lapis offensionis & petra, ad quam impingitur; nam quâvis Otto nihil exprimat, quod sit contrariũ doctrinæ Scot, ille tamen pro affectu suo erga Scotum, Ottonem non ut debuit de consideratione divisiva & physica, quam non solùm innuunt illa verba: *quoquo modo rationem dividere*, sed & præterea expresè sic intelliguntur à S. *Thoma* & S. *Bonaventura, ut quæst. seq. patebit*, ipse ad suum arbitriũ illa minus presè intellexit, dictosq; PP. *Thomam & Bonaventuram* erroris arguit, qualiter autem hunc ipsi deluserit, ostendunt Baronius *ad Ann. 147.* & Henricus Spondanus *in Epitome sua ad eundem Annum sub n. 4.* referentes Ottonem non ita sincerè & candidè historiam contexisse, ut inoffenso pede, & absque nota percurrere possit, cùm extollas immodicè acumen *Gilberti*, & deprimat zelum *Bernardi*, ut conscientiæ stimulis compunctus & jam moribundus palinodiam cantaverit. Si placet hîc de candore historiæ hujus Ottonis, accipe illa quæ posteritati de illo reliquit *Spondanus loc. cit.*

Candor Ottonis in historia Gilberti.

164. *Causa in Gallia coram ipso Pontifice Eugenio III. plenius cognoscenda remissa: interea S. Bernardus de his ab Archidiaconis certior factus, zelo, quo æstuabat fidei Catholicæ, una cum eis graviter egit, ut promulgata, quæ docerentur à Gilberto hæreses, damnarentur. Narrat hæc pluribus Otto Frisingensis, sed nimis cum laude doctrinæ, & acuminis* Gilberti, & *quadam reprehensione credulitatis, ac zeli* S. Bernardi. *Verùm idem, rebus clarius perspectis, quem prius excusare conatus fuerat* Gilbertum, & *ipse ad regulas topicas* Aristotelis *Evangelium aptare laborans, postea ex hac vita migraturus (ut testatur Radevicus ejusdem Frisingensis Ecclesiæ Canonicus) publicè obtestatus est, ut quæ pro Gilberto scripsisset, unde aliqui offenderentur, ea arbitrio virorum religiosorum corrigerentur secundùm Catholicæ fidei, & S. R. Universalis Ecclesiæ regulam: ac deinde multâ cordis contritione, & humili confessione reatum suum recognoscens, sumptis sacrosanctis mysteriis, in medio multitudinis sanctorum tàm Episcoporum quàm Abbatum, spiritum Deo reddidit.* Hæc Radevicus de Ottonis pœnitentia *ob Gilbertum laudatum atque defensum.*

Spondanus de Ott.

Hujus rei testem omni exceptione majorem habemus Cardinalem *Bellarminum* de Scriptoribus Ecclesiasticis, ubi de Ottone Frisingensi ita refert: *Quoniam Gilbertum Porretanum aliquando valdè laudaverat, in morte revocavit, siquidem laudem ejus dixisset, quod fidei Christianæ contrarium videri posset. Siquidem aliqui articuli in Concilio Episcoporum ab Eugenio III. Pontifice damnati fuerant sub nomine Gilberti.* Vide hæc omnia apud Radevicum *l. 2. de gestis Friderici Imp. c. 11.* Itaque Ottoni plus æquo detulit Vasquius, quod luculentius probabit quæstio sequens. 165.

Bellarminus de eodem.

QUÆSTIO SECUNDA.

Quales fuerint errores circa Mysterium SS. Trinitatis, signanter qualem Gilbertus statuerit distinctionem inter essentiam & relationes divinas, an formalem tantum ex natura rei, ut Vasquez ex allato suo fundamento contendit, vel realem, quæ est inter rem & rem.

SUMMARIUM.

1. *Refertur error cujusdam Clerici in Francia. n. 166.*
2. *Error Joachimi Abbatis. n. 167. Item error Gualteri ibidem relatus. n. 167.*
3. *Gilbertum docuisse distinctionem strictè realem inter rem & rem comprobatur testimonio S. Bernardi. n. 168.*
4. *Convincitur Vasquez ex S. Bernardo. n. 169.*
5. *Secundò Testimonium Magistri pro eodem. n. 169.*
6. *Item Testimonium D. Thomæ. n. 170.*
7. *Testimonium S. Bonaventuræ. n. 171.*
8. *Testimonium Doctoris Irrefragabilis Alexandri de Ales. n. 173.*
9. *Gilberti error primò in Parisiensi Synodo discussus, postmodum in Rhemensi Concilio damnatus. Ibid.*
10. *Præposterè Vasquez sentit de S. Bonaventura & D. Thoma. Ibid.*
11. *Frisingensis amplius 100. annis post Gilbertum cui vicini fuerunt DD. citati contra Vasquez. Ibid.*
12. *Referuntur propositiones Gilberti, item Acta Concilii Rhemensis n. 173.*
13. *Convincitur Vasquez ex propositionibus Gilberti de distinctione reali. n. 174. Iterum ex definitione Conc. Rhemensis n. 176. & ex propria doctrina. n. 177.*
14. *Vasquez sibi patenter & manifestè contradicit. n. 178.*
15. *Desideratur modestia in censuris suis. Ibid.*
16. *Refutatur Vasquii ratio prima n. 179. ubi rectè de fallaciis & frivolis arguitur commentis.*

17. *Refellitur ſecunda ratio Vaſquez. n.181. & frivola oſtenditur. Ibid.*
18. *Refellitur Vaſquez , & explicatur Joannis authoritas, eumque favere Scoto, & ſic prima objectio ex Florentino deletur. n.185.*
19. *Secunda objectio Vaſquez ex Concil. deprompta annihilatur. num. 187.*
20. *Reliqua objectiones Vaſquez ex Conciliis conteruntur. à n.188. uſque ad n 190. incluſ.*
21. *Vaſquium verè reprehenſibilem eſſe. n.191.*
22. *Diverſorum Theologorum judicium de doctrina Scoti. ibid. uſque ad finem.*

166. ERrorem Gilberti circa Myſteriom SS. Trinitatis præceſſit error cujuſdam Clerici, quem, ut videre eſt apud Vaſquez 1. p. d. 120. c. 1. n. 7. refert tacito nomine S. Anſelmus l. de Incarnat. Verbi, his verbis: *Cùm adhuc in Becci Monaſterio eſſem Abbas, præſumpta à quodam Clerico in Francia talis aſſertio: ſi in Deo, inquit, tres perſonæ ſunt una tantùm res, & non ſunt tres res, unaquaque per ſe ſeparatim ſicut tres Angeli, aut animæ, ita tamen ut potentiâ, aut voluntate omninò ſint idem: ergo Pater & Spiritus S. cum Filio eſt incarnatus.* Hactenus Anſelmus. Ex hoc loco recentiores Scholaſtici volunt, hunc Clericum aſſeruiſſe tres Deos: alii, tres perſonas Incarnatas, quia ſunt unus Deus, & ideo una ſine alia non poteſt incarnari. Vaſquez autem cenſet, non fuiſſe alium errorem prædicti Clerici ab errore Gilberti, quia ratio illius omninò eadem eſt cum ratione Gilberti. Addit; *Imo cum ratione Scoti.* Confirmatque non illum Clericum, ut colligitur ex Anſelmo c. 3. ſed Monachos qui illius errorem ad Anſelmum perſcripſerunt, poſuiſſe illam ſimilitudinem trium Angelorum; ex quo, etſi fateatur Vaſquez, quòd Anſelmus nunquam in hunc ſenſum Gilberti, Clericum illum impugnaverit, ſibi, *loc. cit.* tamen perſuaſum habet fuiſſe eundem errorem Gilberti & dicti Clerici.

Anſelmus De errore cujuſdam Clerici in Gallia.

Notetur cenſura Vaſquez contra Subtilem.

167. Alius item error circa Myſterium SS. Trinitatis fuit Joachim Abbas, & refertur in Conc. Lateran. *cap. Damnamus*, quod vide in Conciliis ad longum relatis ad initium hujus tomi, ubi ejus error qualiter ſit conceptus & proditus, ſic declaratur: quamvis concedat, quòd Pater, Filius, & Spiritus ſanctus ſunt una eſſentia, una ſubſtantia, unaque natura: verum unitatem hujusmodi non veram & propriam, ſed quaſi collectitiam & ſimilitudinariam eſſe fatetur, quemadmodum dicuntur multi homines unus populus, & multi fideles una Eccleſia. Poſt hos refert Auguſtinus Nyphus *12. Metaphyſ. d. 13. c. 3.* ſententiam Gualteri, cujus ſupra meminit Vaſquez, qui aſſeruit cum ſumma Dei ſimplicitate eſſe diſtinctionem realem attributorum inter ſe, & ab eſſentia divina, ex fundamento ſatis inepto, quod, ut benè noſter P. Herinx *tom. 1. de Deo d. 2. q. 2. n. 5* ait: vix dignum eſſe relatu, eſtque tale: ex quæ ſunt in diverſis prædicamentis, vel quaſi ſunt in diverſis prædicamentis, diſtinguuntur realiter; Attributa autem Dei & eſſentia quaſi ſunt in diverſis prædicamentis, ergo diſtinguuntur realiter: ſuntque diverſi ex recentioribus, qui aſſerunt in eadem ſententia fuiſſe Gilbertum, ſed Vaſquez contrarium ſentit *d. 116. c. 2. n. 4.* & probat ex ſæpè cit. Ottone Friſingenſi, & quia in Conc. Rhemenſi ubi error Gilberti damnatus fuit, de attributorum diſtinctione nihil fuit definitum.

Joachimi Abbatis error.

Herinx.

ARTICULUS I.

In quo

Convincitur Vaſquez graviſſimis teſtimoniis eorum, qui floruerunt temporibus Gilberto vicinis, imò ex ipſo S. Bernardo illi coævo, quod Gilbertus poſuerit diſtinctionem realem inter relationes & eſſentiam divinam, ſicut eſt inter res & res.

Primum Teſtimonium D. Bernardi contra Vaſquez.

168. FRuſtra & irritè Vaſquez toties provocavit ad S. Bernardum, tam apertiſſimè Gilbertum docuiſſe ſtrictè realem inter eſſentiam & relationes diſtinctionem, multipliciter eruitur ex ipſo Bernardo, ut videre eſt apud noſtrum Smiſing *de Deo tract. 2. d. 1. q. 2 n. 14.* ubi oſtendit, tum ex confeſſione fidei contra Gilbertum ab ipſomet D. Bernardo & Patribus provinciarum (id eſt, ut Vaſquez d. 120. c. 2. n. 11.) & Epiſcopis Gallicanis compoſita, in qua *art. 4.* habetur: *Patrem, Filium & Spiritum S. non eſſe res alias à Deo:* ergo ſignificatur Gilbertum docuiſſe, quòd ſint res aliæ à Deo, adeoque diſtinctæ tanquam res à re. illam confeſſionem, *ut loco cit.* refert Friſiogenſis: tum quia Bernardus *l. 5. de Conſiderat. c. 7.* ex doctrina Gilberti intulit evidens ſignum diſtinctionis realis inter eſſentiam & perſonas, ſcilicet quaternitatem in Deo, quæ involvit diſtinctionem & pluralitatem numeralem; diſtinctio autem numerica eſt realis, tum denique quia *ſerm. 80. in Cant.* idem Bernardus diſputans contra Gilbertum, ait: naturam non eſſe in perſona divina, tanquam formam in ſubjecto, à quo diſtinguatur, ſicut diſtinguitur albedo à nive, nigredo à corvo, quæ diſtin-

Bernardus non ſolùm in terminis ſynonymis diſtinctionem res à re, ſed illius etiam adducit evidens ſignum, nempe pluralitatem numeralem.

stinguuntur realiter: quæ de distinctione reali frustra tam operosè contra Gilberti errorem disputaret, si non posuisset Gilbertus quoque realem distinctionem, inter naturam & personalitatem, ut magis elucescet in responso ad tertiam rationem Vasquez *n. 155.* productam.

169. *S. Bernardus serm. 80. paulò post medium.*

Sed omissis iis, quæ ex Bernardo affert Smising l. c. adducamus sequentia ex citato sermone in Cantica, ubi de Gilberto & suis asseclis sic ait: *Recedant à nobis charissimi, recedant novelli, non dialectici, sed hæretici, qui magnitudinem, quâ magnus est, & bonitatem, quâ bonus est, sed & sapientiam quâ sapiens est, & justitiam quâ justus, & postremò divinitatem quâ Deus est, Deum non esse impiissimè disputant: divinitate, inquiunt, Deus est, sed divinitas non est Deus:* quibus verbis si rectè expendantur, Mellifluus Doctor exprimit ea, quæ in propositionibus, *infra n. 174.* referendis, Gilberti continentur, nimirum quòd illi hæretici Gilbertini non agnoverint identitatem realem attributorum cum Deo, imo nec divinitatis cum Deo, & has absolutè falsas esse dictitabant: *Deus est sua bonitas, sapientia, justitia, misericordia, &c.* imò & hanc: *Divinitas est Deus*, accipiendo Deum pro persona divina: nam in Rhemensi Synodo percunctanti Eugenio: *Anne illam summam essentiam, qua tres personas profiteris unum Deum, credas esse Deum*, diutinâ collatione fatigatum, scribit Otto *l. 1. c. 20.* Gilbertum minus præmeditate respondisse: *non*; quod in acta relatum est, una cum scholio Gilberti ad Boëtium *l. de Trinitate* dicentem; *substantia qua est Deus*, ubi Gilbertus adjecit: *non qua Deus est.* Postridie autem explicasse dicendo: negatum à se esse, divinam essentiam esse *Deum*, non simpliciter, sed tunc tantummodo quando nomen *Dei* personam significat in *Psalm. 47. Ascendit Deus in jubilatione*, id est, *Filius.* Interdum enim naturam significat, ut: *Deuter. 6. Deus noster unus est.* Ecce quàm patenter Gilbertus asserit distinctionem inter personam & divinitatem, ex quo fundamento consequenter negabat illas propositiones: *Deus* v. g. Pater aut Filius *est sua Deitas, sua divinitas, bonitas, justitia, misericordia, &c.* cùm enim hæ involvant identitatem realem cum personis, quam Gilbertistæ cum suo Magistro negabant, ideo adigebantur illas propositiones in abstracto negare, & in locum earum statuere alias, vel illas aliter & concretè enunciandas: *Pater est Deus, non Deitas; est verus, non veritas; est bonus, non bonitas; est justus, non justitia; est misericors, non misericordia, &c.* unde, inquit Bernardus, *non immeritò nuper in Concilio, quod Papa Eugenius Rhemis celebravit, tàm ipsi, quàm capitulis, perversa visa est, & omninò suspecta, expositio illa in libro Gilberti Episcopi Pictaviensis, qui supra verba Boëtii de Trinit.* sanctissima quidem atque Catholica, commentabatur hoc modo: *Pater est veritas, id est, verus; Filius est veritas, id est, verus; Spiritus sanctus est veritas, id est, verus*: nimirum ut indicaret veritatem esse aliquid distinctum à Patre, atque ita illam propositionem non esse veram, nisi sic explicatam, id est, quatenus excludit identitatem realem, quod S. Doctor meritò damnat, & justè in Gilbertum succensus, pro suo zelo exclamat: *O obscuram perversamque explanationem!* quâ scilicet indicabatur veritatem realiter distingui à personis: *quàm verius rectiusque per contrarium hoc dixisset*, puta catholicè ut D. Thomas & Scotus, non excludendo identitatem realem, quam Scotus tantoperè astruit, etiam in prædicatione de abstracto in divinis tenendam: quomodo ecce Gilbertus erravit à Scoto, quid ergo illi cum Gilberto? nihil prorsus. Quàm verius ergo, inquit Bernardus, *Pater est verus, id est, veritas; Filius est verus, id est, veritas; Spiritus sanctus est verus, id est, veritas.* Cùm enim prædicationes in abstracto inferant sensum identicum, magis exactè & distinctè exprimitur, illa non distingui realiter & physicâ distinctione, quam hæreticè intendebat & docebat Gilbertus, per oppositũ commentandi modum, usurpando hæc nomina quoad primigeniam suam significationem, utpote quæ significata important à subjecto realiter distincta. Quid mirum ergo, Bernardum, ut convellat Gilbertum, simpliciorem prædicandi & significandi modum circa Deũ exegisse. Hinc Bernardus, mox infra, eundem insectatur, dicens: *Quanquam manifestius in nonnullis locis à rectitudine fidei liber ille præfati Episcopi visus est discrepare, quorum verbi causa unum pono nam dicente uno Authore Boetio. cùm dicitur, Deus, Deus Deus, pertinet ad substantiam, Commentator Gilbertus intulit: non quæ est, sed qua est; quod absit, ut assentiatur Ecclesia Catholica, esse videlicet aliquam omnino rem quâ Deus sit, & quæ non sit Deus.* Habemus ergo ex ipso Bernardo, quòd Gilbertus posuerit distinctionem realem inter divinitatem & proprietates personales, fuitque præcipuus & manifestus error, unde alii originabantur: ideò enim veritatem & alia attributa divinitatis non prædicabat de personis nec de Deo, quando pro persona ponebatur, quia persona realiter distinguebatur à divinitate, consequenter etiam ab attributis divinitatis. Sanè ex hoc solo Bernardi testimonio Vasquez abundè in ante refutatus. Sit tamen insuper

Otto de Gilberto.

Explicatio doctrinæ Gilbertinæ, quod sapiat veram distinctionem realem.

Quare Gilbertini adigebantur mutare propositiones.

Gilberto nihil cum Scoto commune.

Patenter habetur ex S. Bernardo Gilbertũ posuisse distinctionem realem.

Secundum Testimonium Magistri Sententiarum contra eundem Auctorem de distinctione reali à Gilberto asserta, est 1. d. 33. cap. Hoc autem.

170. *Exprimitur distinc-*

Non multo tempore ante Petrum Lombardum Magistrum sententiarum emersit error Gilberti, de quo suppresso nomine sic scribit: *proprietates in personis esse, sed non esse personas*

Proprietates...

sonas ipsas: quia ita dicunt esse in personis, vel in essentia divina, ut non sint interius; sicut ea sunt quæ secundùm substantiam dicuntur de Deo, ut bonitas, justitia, sed extrinsecus affixa sunt. Dixit ergo Gilbertus proprietates esse in personis vel in essentia divina, ut non sint interius sed extrinsecus affixæ. Ergo evidenter patet Gilbertum posuisse realem distinctionem inter essentiam & relationes; & hinc Magister *cap. seq. Horum doctrinis: Nova* vocat & *humana commenta.*

Tertium Testimonium D. Thomæ contra eundem.

171. Distinctio realis.

DOctor Angelicus, expresso nomine Gilberti *1. part. quæst. 28. art. 2.* errorem illius & distinctionem realem his verbis aperuit; Respondeo dicendo, *quòd circa hoc dicitur Gilbertus Porretanus errasse, sed errorem suum postmodum in Conc. Rhemensi revocasse.* Et mox *dixit quòd relationes in divinis sunt assistentes, & extrinsecus affixa.* Ecce quid clarius ad exprimendam distinctionem realem à Gilberto assertam?

Quartum Testimonium contra eundem ex S. Bonaventura.

172. Distinctio rei à re clarè exprimitur.

ALiud contra Vasquez Testimonium accipio à Seraphico Ecclesiæ Doctore S. Bonaventura *1. d. 33. q. 1. a. 1.* in hæc verba: *prima positio fuit, quòd proprietates non sunt persona, nec in personis, sed assistunt personis, sicut relationes.* utique non potuisset melius exprimere distinctionem rei & rei, quàm exprimendo, quod auferat ista positio Gilbertina identitatem rei cum re, quæ proprietas nec sit persona, nec in persona, sed aliquod assistens illi; quod S. Doctor plenius notificans, rationem affert Gilberti, & suæ sectæ Asseclarum: *& ratio, quæ movit istos, fuit personarum pluralitas, & divina simplicitas, quia enim personæ plures sunt, plures habent proprietates, quæ verè differentes sunt; & quia differentes sunt, si essent in persona, auferrent ei simplicitatem, quæ cùm non possit auferri à divinis, posuerunt proprietates esse assistentes personis, non esse personas. & huic videtur consonare natura relationis, quæ non videtur esse in substantia, nec prædicare aliquid in subjecto, sed dicere respectum ad aliud. Et hæc positio, etsi rationabilis aliquo modo fuit, tamen stare non potest, quia ponebat, relationes in divinis nec Deum esse, nec creaturam. Unde etiamsi in principio sui modicum continet errorem, tamen ducebat ad magnum, & ideo retractata fuit in Conc. Rhemensi, & Magister* Gilbertus Porretanus *ore proprio retractavit.* An non hæc Sanctorum testimonia Gabrielis Vasquez commentum omninò convincant, utporè quæ errorem Gilberti & retractationem ejus in Conc. Rhemensi exprimunt? judicet æquus Lector.

Quintum Testimonium contra eundem à Doctore irrefragabili Alexandro Alensi.

173 Exprimitur definitio realis.

SPectabilem insuper testem adduco, Alensem nostrum, vel inde ab omnibus justo titulo, ut Theologicæ disciplinæ Parentem suspiciendum, quod utrumque Ecclesiæ jubar, *Thomas* scilicet & *Bonaventura*, ex ejus schola processerit. Is *1. p. q. 68. membro 5. a. 1. in initio*, sic ait: *Ad primum nota opinionem Gilberti Porretani cujus opinio hæc fuit, quòd proprietates non essent in persona divina, nec essentia divina, nec in personis, nec in essentia: & motus fuit ad hoc ex natura relationum, quæ non dicunt esse in, sed esse ad, nec consistunt in substantia sicut qualitates & accidentia: sed exterius assistunt. Cùm enim quis sit dexter, vel sinister, per hujusmodi relationes nihil ponitur in substantia, nec inest substantia, sed adest, vel est ad: quia ergo sic vidit in relationibus creaturarum, sic etiam posuit in relationibus divinarum personarum.* Et mox. *Item ipse* (potà Gilbertus) *supponebat hanc propositionem: nihil se ipso differt vel distinguitur; sed personæ proprietatibus distinguuntur, ergo proprietates non sunt personæ.* Et hæc ab Alensi allata confirmat Otto Frisingensis *l. 1. c. 50.* scribens accusatum Gilbertum, *quòd assereret divinam essentiam non esse Deum: quod proprietates personarum non essent ipsæ personæ. &c.* Similia habet Albertus Magnus *1. p. q. 39. membro 2.* & Henricus *Quodlib. 5. q. 7.* aliique antiquiores Scholastici, ita ut propter hujuscemodi testimonia Principum totius Antiquitatis Theologicæ, melioris notæ Theologi unanimiter pronuncient præfatam Vasquii opinionem esse inverisimilem: præsertim cùm adducti Scholastici, maximè Magister, Alensis, Thomas, Bonaventura, & alii non adeo diu post tempora Gilberti versati sint in Academia Parisiensi, ubi priùs, antequam Rhemis damnata fuit, sententia Gilberti discussa est; nam teste Gaufredo S. Bernardi socio & Monacho Claræ-Vallensi, qui ut refert Ricciolus *in tract. de distinct. Entium c. 16.* acta S. Bernardi in Conc. Rhemensi scripsit ad Cardinalem Albanensem, extantque *in 7. tomo Conciliorum, editionis Morellianæ parte 1.* urgente namque Bernardo, ut addit Gaufredus, Pontifex Eugenius Gilbertum, ante coactum Rhemis Concilium, ad Synodum Parisiensem citari jussit, ad opinionis suæ confessionem, & examinis rationem subeundam, in quâ Synodo Parisiensi, quæ habetur *tomo 3. Conc. Binii parte 2.* exprimuntur per-

Sancti Doctores adducti extiterunt Gilberti temporibus vicini.

fona

sona, errores ac origo Gilberti, nec non occasio, qualiter fuerit illius hæresis publicata, & postmodum à duobus Diaconis Arnoldo & Calone ad Rom. Pontificem denunciata. Unde meritò Suarez, justus Vasquii Adversarius, *in Summa p. 1. l. 4. de Trinit. c. 2.* dicit: se non dubitare quin Gilbertus realem posuerit distinctionem: Incredibile enim est exemplaria Gallica de Concilio apud Gallos nuper celebrato, D. Thomam, S. Bonaventuram & Alensem, præcipuos Galliarum Magistros, latere potuisse. Unde manifestè patet, dum *d. 120. c. 1. n. 2.* concedit Vasquez, Alensem, Bonaventuram & S. Thomam putasse Gilbertum in ea sententia fuisse, & docuisse relationes fuisse quasi extrinsecus affixas, & tamen asserit ex altera parte Gilbertum non ita docuisse, & consequenter errasse illos Sanctos; patet, inquam, cùm hic agatur de re facti, quod illi legis pronunciato, *in ore duorum aut trium testium stabit omne verbum*, toties in divinis Scripturis recommendato, contradicat, aut certè cum sanctos illos Doctores mendacii arguere non possit, quòd eâdem facilitate quâ Scoto Gilbertinum affricavit errorem, illos inscitiæ & oscitantiæ, quòd minùs graviter hujus veritati studuerint, subarguat, nimirum dum erroneè, ut vult Vasquius, astruunt, Gilbertum existimasse relationes esse tantùm Deo extrinsecè affixas, absque reali identitate, proinde immeritò sub eâ ratione à SS. Doctoribus Gilbertum fuisse impugnatum. Quare æquus Lector, quomodo hoc Vasquio, tanto Doctori in mentem venire potuerit, judicet, præcipuè cùm nulli solido fundamento, sed verbis cujusdam Authoris de corrupta & fucata historiæ relatione, ex propria confessione notati, innitatur: & qui, ut malè Ricciolus *paulò post initium cap. supra citati*, non fuit coævus Gilberti; sed ut Vasquez prædictâ *disp. 120. c. 1. n. 2.* (ex Ottone l. de gestis Friderici Imp. cujus Otto Episcopus Frisingensis nepos fuit) post Bernardum plus quàm centum annos claruit, Anno 1260. vacante Imperio: quàmvis & Otto, ut supra etiam notavimus, nihil oppositum Scoto expressit, nec iis quæ ex Magistro, Alensi, Thoma & Bonaventura retulimus. Et licèt ita esset, qua ratione illi major fides adhibenda esset quàm Magistro, Alensi, Thomæ, & Bonaventuræ, qui incomparabiliter longè sanctitate, doctrinâ, & temporis vicinitate, Ottonem anteverterunt? cùm obierit Alexander noster, plenus dierum, Anno 1245. 12. Calend. Septemb. ut ex Epitaphio Parisiis inciso sepulchro ejusdem Alexandri, accuratè notavit Franciscus Gonzaga *1. p. Historia Seraphica, in descriptione Conventus Parisiensis.*

Calumnia Vasquez contra S. Thomam Bonavent. Alensem, &c.

Quando floruerit Otto Frisingensis, & quod diu post S. Thomam Bonaventuram & Alensem, &c.

Mors Alexandri Alensis.

ARTICULUS II.

In quo

Convincitur dictus Auctor ex propriis suis scriptis d. 116. c. 2. & d. 120. c. 2. ex Actis Concilii Rhemensis, ibidem ab illo relatis.

174. ITaque *d. 120. c. 2.* ex codice manuscripto, misso ab Episcopo Antissiodorensi ad Gregorium XIII. producit Gilberti propositiones & acta Concilii Rhemensis, quæ hic, ut ostendamus Vasquez in ipsa meridie cæcutire, proferre voluimus.

Assertiones Gilberti.

Gilberti propositiones.

1. QUòd divina natura, quæ divinitas dicitur, Deus non sit, sed forma quâ Deus est, quemadmodum humanitas homo non est, sed forma quâ homo est.

2. Quòd cùm Pater, & Filius, & Spiritus sanctus unum esse dicantur, non nisi unâ divinitate esse intelligantur, nec converti possit, ut unus Deus, vel una substantia, vel unum aliquid Pater, & Filius, & Spiritus sanctus esse dicatur.

3. Quòd tres personæ tribus unitatibus sint tria, & distinctæ proprietatibus, quæ non sunt ipsæ personæ, sed sunt tres res æternæ, & ab invicem à divina substantia in numero differentes.

4. Quòd divina Natura non sit incarnata. His addo quæ scribit Matthæus Paris *in Hist. Anglicana ad Annum 1149.* Gilbertum priùs denuntiatum fuisse apud Calixtum II. Papam & tertiam assertionem Gilberti hanc fuisse; *Proprietates personarum relationes quædam sunt æterna, quæ non sunt quidem quod ipsæ personæ, sed diversa numero, & diversa substantia, & habet quidam tres unitates, esse multa æterna sunt, quorum nullus est Deus.* In quâ assertione, sicut & in tribus superioribus ponuntur relationes, quæ non sunt ipsæ personæ, sed divisæ numero à divina substantia differentes. Sed ponamus sequentia Concilii Rhemensis.

Ponuntur, quæ deinde in dicto Concilio habentur,

Anno Domini 1148. Symbolum istud sub Eugenio III. Papa, in Rhemensi Concilio firmatum est à Patribus Provinciarum.

CRedimus & confitemur simplicem naturam divinitatis esse Deum, nec aliquo sensu

sensu Catholico posse negari, quin Divinitas sit Deus, & Deus divinitas. Sic ubi verò dicit Domini sapientia, Dominum sapientiâ sapientem, magnitudine magnum, divinitate Deum esse, & alia hujusmodi; credimus nonnisi ea sapientia, quæ est ipse Deus, sapientem esse: non nisi eâ æternitate, quæ est ipse Deus æternum esse, nonnisi eâ unitate unum quæ est ipse, nonnisi eâ divinitate Deum, quæ est ipse: id est, se ipso sapientem, magnum, æternum, unum Deum.

Cùm de tribus personis loquimur, Patre, & Filio, & Spiritu sancto, ipsas unum Deum, unam divinam substantiam esse fatemur: & è converso cùm de uno Deo, una divina substantia loquimur; ipsum unum Deum, unam divinam substantiam esse tres personas confitemur.

Credimus & confitemur solum Deum Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum æternum esse, nec aliquas omnino res, sive relationes, sive proprietates, sive singularitates, vel unitates dicantur, vel alia hujusmodi adesse Deo, quæ sunt ab æterno, & non sint Deus.

Credimus & confitemur ipsam divinitatem, sive substantiam divinam, sive Naturam divinam dicas, incarnatam esse, sed in Filio.

Hactenus in eo codice Concilii Rhemensis scriptum erat contra propositiones Gilberti.

175. Jam reconveniamus Gabrielem Vasquez an justè Scoto tribuerit errorem Gilberti, & primò quidem de opposito illius ex prima Gilberti propositione, quæ erat: *quòd divina Natura, quæ divinitas dicitur, non sit Deus, &c.* Vasquez hoc modo convincitur: Divinitas secundum Gilbertum, simili conjunctione Deo Patri v.g. copulatur, quâ humanitas conjungitur homini, v.g. Petro (loquimur ad mentem Gilberti de copulatione divinitatis cum proprietatibus personalibus) at homo qua suppositum aut persona est, addit aliquid realiter distinctum supra humanitatem quâ natura est, ergo secundùm Gilbertum Divinitas addit aliquid ad proprietates, & vicissim proprietates personales addunt aliquid supra divinitatem ab ipsa realiter distinctum, quod est assertum hæreticum, diametraliter oppositum menti Scoti, sæpissimè astruentis distinctionem ex natura rei inter attributales proprietates & essentiam; item inter relationes & essentiam, stare cum omnimodâ identitate reali.

Revincitur Vasquez.

Confirmatur ex secundo errore Gilberti, qui erat: dici *non posse tres personas aliquid unum*; quia nimirum re differebant à divinitate, quæ erat alia numero à proprietatibus personalibus, quas propterea rectè S. Thomas & D. Bonaventura dixerunt Gilbertum posuisse tantùm extrinsecus assistentes, & essentiæ affixas, ex quo iterum & tertiò convincitur Vasquez ex tertia propositione Gilberti, quæ coincidit cum illa, à Matthia Paris *loc. cit.* relatâ, in qua manifestè ponuntur à Gilberto tres res æternæ, quæ erant proprietates personales, ita à Deitate condistinctæ, ut cum divinitate relatæ pluralitatem numeralem constituerent, ut constat ex illis verbis: *sunt tres res æternæ, & ab invicem à divina substantia in numero differentes:* Videat nunc Vasquez an hæc non sonent distinctionem realem, quam Scotus inter proprietates & relativas hypostases tanquam hæreticam assertionem ubique inficiatus est. Ad oculum proinde paret, quo jure & quâ modestia tribuerit Scoto errorem Gilberti.

Pluralitas numeralis.

Ponitur à Gilberto.

176 Quartò convincitur Vasquez ex definitione ipsius Concilii Rhemensis supra ex ipso relata: *Credimus & confitemur simplicem divinitatem esse Deum, nec aliquo sensu Catholico posse negari, quin divinitas sit Deus, & Deus divinitas. Credimus non nisi eâ sapientiâ, quæ est ipse Deus, sapientem esse; non nisi eâ magnitudine, quæ est ipse Deus, magnum esse; non nisi eâ æternitate, quæ est ipse Deus, æternum esse. Credimus & confitemur solum Deum Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum æternum esse, nec aliquas omnino res adesse Deo, quæ non sint Deus.* Ponderet hic Vasquez verba Symboli: *nec aliquas omninò res:* de re igitur erat error Gilberti, & de distinctione reali, illamque distinctionem impugnabat Bernardus, quæ erat rei à re, per quam volebat illas res adesse Deo, & tamen non esse Deum: ergo luce clarius est non tangi distinctionem *Scoti*, quæ non est inter res & res, non est inter distincta realiter, & eo tempore de illa distinctione nemo agebat, ejus enim primus inventor, vel saltem qui primus in scholas invexit, *Scotus* fuit, ut ideo Carthusianus *1. d. 2. q. 2.* illam appellet Novitatem temporibus superioribus, ante Scoti tempora, incognitam.

Concilii Rhemensis symbolum.

Error Gilberti erat de distinctione reali, qui non tangit subtilem.

177. Quintò denique, si Vasquez sibi ipsi fidem adhibeat, ex propriis suis convincitur scriptis: tum primò *d. 116. c. 2. ubi n. 5.* dicit: sententiam *Gualteri*, qui ponebat realem attributorum distinctionem inter se & ab essentia divina, esse manifestum errorem, & eandem definitionem factam in Concilio Rhemensi contra Gilbertum, *quâ*, inquit Vasquez, *decretum fuit, Naturam divinam non distingui realiter à persona*, non minus pugnare contra *Gualterum*, quàm contra *Gilbertum*: subsumo, definitio contra *Gilbertum* facta, pugnat secundùm Vasquez contra *Gualterum*, distinctionem realem inter essentiam & attributa Dei ponentem; quia illâ definitione decretum fuit, *Naturam divinam non distingui realiter*, ideò siquidem æquè pugnat contra Gualterum, ergo Gilbertus posuit distinctionem realem inter essentiam & relationes. Conseq. patet: id quod definiebatur, erat contra errorem *Gilberti*, sed definiebatur juxta *Vasquez*, Naturam non distingui realiter à persona, ergo error *Gilberti* fuit positio distinctionis realis. Tùm secundò *d. 120. c. 1. n. 7.* convincitur ex illo quod refert ex dicto *Anselmi*, fuisse quendam Clericum in Francia, qui invenerit errorem Gilberti, qui error quanti fuerit, vide *supra n. 166.*

Convincitur Vasquez ex propriis scriptis.

ex Vasquez ab Anselmo relatum: nimirum tres personas non idem cum Deitate, ne scilicet ex eo quòd una res sint, sequatur Naturam divinam, in qua essent re actualiter unum in Patre & Spiritu sancto, qui iterum essent unam rem cum Filio, fuisse incarnatam cum Filio. Nolebat itaque Clericus ille omnimodam identitatem inter Deitatem & personas, consequẽter statuebat distinctionem realem, ergo Vasquez tenetur fateri eandem statuisse Gilbertum Conseq. patet ex verbis illius loco cit. dicentis: *prædicti Clerici errorem postea secutus est tempore Bernardi Gilbertus*; & infra num. 8. *Ego persuasum mihi habeo fuisse eundem errorem, quem Gilbertus aliquot post annos tempore Bernardi in eâdem Francia publicè docuit: est enim eadem omninò ratio utriusque, ad hoc tendens, ne tres personæ sint eadem omninò res communis, ut una incarnetur persona sine alia.*

178. Unde non video, quomodo possit evadere: quòd si dicatur illum quidem non negasse, quòd Gilbertus posuerit distinctionem realem, sed cum Gilberto non fuisse usum illo nomine, sed nomine distinctionis Theologicæ; talis falsa esset interpretatio, quia in terminis contrarium habet citatâ d. 116. c. 5. n. 19. dicens: *Gilbertum nunquam dixisse Deum & suam sapientiam seu essentiam esse duas res, aut realiter differre*: & iterum d. 120. c. 1. n. 6. disertis verbis: *alterum notandum est, Gilbertum non posuisse ita apertam distinctionem inter essentiam & personam, sicut est maxima distinctio, quæ inter duas res esse potest.* Quæ si comparentur cum aliis ex Vasquez allatis, quibus convincitur distinctio realis, & continent manifestam contradictionem, & præterea quidquid tandem intenderit, valdè inconsultò, Scoti sententiam cum errore Gilberti intulit.

Vasquez sibi non constat, sed contradicit sibi.

Unde in hujus Authoris censuris, modestiam desiderari autumant Franciscus Coriolanus 1. p. S. Bonavent. q. 27. a. 4. Hugo Cavellus Scoti scholiastes 1. *sentent. d. 8. q. 4. in primo scholio* citans Vasquez ait: *qui frivolis rationibus motus, putat sententiam Doctoris Subtilis, parùm aut nihil differre à sententia Gilberti damnata, modestia desideratur in ejus censura.* Aegidius verò Augustinianus *libro 5. de visione divina essentiæ q. 5. a. 4.* ait: *non possum non mirari hujus viri licentiam, ut non vereatur dicere propositionem Scoti convenire cum propositione Gilberti*, jam damnatæ; & quàm id falsum sit, facilè intelliget, qui & Gilberti & Scoti tam verba, quàm sensum perceperit.

In Vasquez censuris desideratur modestia.

ARTICULUS III.

In quo
Dicti Auctoris Rationes & objectiones à n. 152. usque ad n. 162. allatæ in trutinam vocantur.

179. PRimum ut ostendamus, quàm imbellem Vasquez contra Subtilem exerat armaturam, præmittenda est genuina expositio mentis S. *Bernardi* contra *Gilbertum* agentis, & ad absurdum quod ex suâ sequebatur opinione, deducentis sic: Tu dicis divinitatem non esse Deum, sed formam Dei constitutivam, itaque cùm illa divinitas non possit esse merum nihil, nec quid Deo inferius, eò quòd tunc non esset ratio constitutiva Dei, forma enim inferioris ordinis nequit esse ratio superioris entis, quâ superius est; ergo erit quid æquale cum Deo, & ut ille est summum bonum, ita & divinitas, quæ se habet ut quò respectu illius; jam ergo cùm secũdùm te non est idem quod Deus, erunt duo summa bona. Hæc est Bernardi ratio, & obtinet vim quâ adigebat Gilbertum ex uno absurdo ad aliud; videlicet vel dari duos Deos, vel impossibilem esse realem distinctionem, quam meditabatur Gilbertus.

Germana explanatio quid intenderit hoc argumento S. Bernardus.

Ex hac genuinâ explanatione Bernardi contra Gilbertũ, liquet, Vasquez eluxato prorsus intellectu extraxisse Bernardum à proprio instituto, adeoque renuentem & invitum Scoto objecisse, contra quem argumentum minimè concludit: cùm enim omnia quæ in Deo sunt, realiter secundùm Scotum sunt eadem; implicat *primò*, sapientiam Dei formaliter distinctã esse creaturam, quia creatum & increatũ realiter identificari nequeunt. *Secundò* nec sequitur, quod sit vel majus, vel minus, vel æquale cum Deitate, quia realis identitas talem comparationem seu habitudines correlativas non admittit, cùm nihil æquale sibi ipsi rectè dicatur, nec majus vel minus se ipso: sicut enim idẽ sibi ipsi realiter non opponitur, ita nequit talis oppositionis correlativæ extremum esse ad se ipsum.

Sapientia Dei non est creatura.

In Deo non est majus aut minus vel æquale.

Si autem quis argueret ex opinione Scotistarum, an sapientia ut formaliter solum à Deitate distincta, sit illi æqualis vel non, ita ut argumentum non censeatur procedere de oppositione correlativa, sed ex nudâ consideratione quâ distincta sunt: dicimus sapientiam prout formaliter à Divinitate distincta, esse æqualem divinitati, non solùm quoad convertentiam, quomodo passio dicitur æqualis subjecto à quo emanat; sed etiam quia sapientia ita infinita est essentialiter sicut Deitas, id est, sicut de adæquato Deitatis conceptu est, habere sapientiam per realem identitatem, ita & de formalissimo sapientiæ conceptu est, habere per realem identitatem, sibi unitam Deitatem.

Vel dic omnia in Deo esse æqualia.

Frustra itaque & enerviter arguit Vasquez de duobus Diis & essentiis, quale nec aliunde valet concludi; nam nomen *DEUS*, nõ infert præcisè solã aliquam formalitatem, quæ ut proprietas attributalis illi per realẽ identitatem conjuncta concipiatur, cujusmodi est sapien-

Nullitas elationis à Vasquez allatæ.

pientia; sed importat entitatem omnibus suis perfectionibus absolutissimè completum.

180 Ex quibus habetur an consideratè dixerit, & non potius somniaverit, illam rationē Bernardi optimè pugnare cōtra aliam Scoti propositionem. *Deus non est sua bonitas aut sapientia ex natura rei*, nam addere debuisset Vasquez *τὸ formaliter*, qui terminus denotat, in quâ restrictione Scotus dicat, *Deus non est sua bonitas*, & an non captiosè dicat idē Vasquez: *quamvis Scotus addat esse eandem rem essentiam & sapientiam, nihilominus cùm dicas ex natura rei ante intellectum, unam non esse aliam, destruit quod posuerat*: quæ verba manifestā continent fallaciam *à dicto secundùm quid ad dici simpliciter*, sicut si diceret: Petrus non est homo albus, ergo simpliciter non est homo: vel dicat ubi unquam dixit Scotus, aut Scotista, absolutè & simpliciter: *Deus non est sua bonitas ex natura rei*, ut hic illis attribuit Vasquez, & hinc mox inferat, Scoti propositionem cum Gilberti propositione convenire? tota Scoti schola cum Magistro suo, talem ut falsissimam semper rejecit & rejicit, opponendo hanc affirmativam ut veram & Catholicam, *Deus est ex natura rei realiter sua bonitas*: Vasquez verò illis impingit hujus contradictoriam, nimirum procedendo ab hac propositione: *Deus non est formaliter ex natura rei sua Bonitas*, quæ est limitata ad sensum particularem & formalem; ad hanc simpliciter in sensu reali & illimitato: *Deus non est ex natura rei sua bonitas*, quæ est falsa & hæretica, quia excludit identitatem realem, quàm hæc, *Deus non est formaliter sua Bonitas* includit; nam distinctio ex natura rei formalis, non est conceptibilis nisi cum identitate reali seu continentia unitiva eorum, quæ sic sunt distincta, adeòque impossibile sit quod destruat illam identitatem. Igitur falsum est, quòd Scotus destruat ea, quæ posuerat; sed Vasquez concipiendo in Deo essentiam & relationem velut unicam formalitatem, potius destruit in Deo, vel hujus, vel alterius rationem formalem, propriam & particularem; si enim illa formalitas eadem & unica est formalitas, impossibile est, ut quælibet habeat particularem & propriam suam rationem formalem: *Scoti* ècontra doctrina & salvat essentiæ, sapientiæ, &c. particularem & propriam cujuslibet rationem formalem, & utriusque identitatem realem. Quando igitur dicit *Vasquez*, illas propositiones: *Deus est sua veritas, bonitas, sapientia*, &c. secundùm *Scotum* interpretandas esse, ut addere debeamus: *hoc est, vera, bona, sapiens*, prout *Gilbertus* hæreticè aiebat, commentum addit commento, quàmvis non dicam, ob reverentiam tanti Theologi, ut Mastrius *disp. 2. de Attributis divinis quæst. 2, art. 1. num. 8.* quòd scripserit mendacissimè, revera tamen dici potest, quòd offensissimè talia de Scoti doctrina & scripserit & dixerit, ut videre est ex iis, quæ dicta sunt *Controv. 1. q. 3. a. 2. n. 45, & 46.* & *in ejusdē q. a. 3. n. 52, & a. 4. n. 52. & 63. & 66.* & passim alibi.

Fallacia detegitur.

Vasquez impingit Scoto.

Scoti doctrina solida sibi constans & inculpata.

Ex dictis hujus *Q. à n. 168. usque ad 179.* patet, quòd Gilbertus, non tantùm in sensu formali negaverit illam propositionem, *Deitas est sua sapientia, Paternitas est Deitas*, sed etiam in sensu reali & identico, quia putabat diversas res importare, & justè ejus opinio damnata fuit in Rhemensi Concilio: at *Scotus*, licèt propositiones illas neget in sensu formali & præcisivo, in sensu tamen identico & reali illas concedit, & oppositum condemnat.

Jam ad secundum *sub n. 153.* ex *Ottone* Frisingensi, quod est principale fundamentum, quòd Vasquium ad portentosā censurandi licentiam induxit, quid dicendum sit, liquet similiter ex dictis, *hâc Q. à n. 108. & seq.* nimirum falsum esse, *Gilbertum* non posuisse ita apertam distinctionem, inter essentiam & relationem, qualis est inter duas res, quando enim dicit: *inter naturam & personam non mathematicâ abstractione, sed theologica consideratione quoque modo rationem dividere*: expressè, ut obiter *supra n. 163.* notatum est, *Gilbertus* per divisionem secundùm rationem theologicam intellexit rationem considerantem distinctionem realem & abstractionem divisivam, ut constat ex ipso divisionis nomine. Addidit autem, *quoque modo*: quia licèt poneret relationes ab essentia distinctas, non tamen ita quòd essent ab essentia separabiles, atque ideo *Concil. Rhemense* talem distinctionem, quæ in physica & entitativa rerum pluralitate consistebat, meritò damnavit, & solam abstractionem mathematicam & præcisivam admisit, quæ indifferenter pro opinionum diversitate fundari potest, vel in distinctione formali actuali, vel virtuali plurium formalitatum, ut mox *infra n. 185. & 187.* proindè nullum omninò præjudicium Conc. Rhemense intulit doctrinæ *Scoti*. 181

Divisio secundùm rationem Theologicam à Gilberto accipitur pro distinctione reali.

Ad Tertium *sub n. 154.* quod calumniis scatet, quoad compositionem, quæ visa *Vasquio* provenire ex distinctione formali, tribus integris Controversiis præcedentibus satis superque responsum & actum. Et certe illud. Si quid valeret ad affricandum *Scoto* Catholico Doctori dogma *Gilberti & Gualteri*, *Vasquez* suo se ore & judicio Ananum esse constituit, ideo namque Scotus cum Gualtero, ait, convenit, & Gualteri colligitur sequi sententiam, *quia ut Scotus simplicitatem Dei tueatur, respondet eodem modo, atque Gualterus.* & disp. 120. c. 1. n. 5. *ut inde*, inquit, *colligamus an eandem sententiam sequatur: Ratio Scoti est, Essentia divina realiter communicatur per generationem, relatio non communicatur realiter, de eodem autem omninò secundùm rem non possunt contradictoria secundùm rē verè enunciari, ergo opus est, ut ante intellectum ex natura rei Essentia & relatio distinguantur; quæ ratio omninò eadem est cum ratione Gilberti, si rectè conferatur. Colligit enim Gilbertus Essentiam non esse relationem, nec cogamur dicere de Essentia, quæ de persona enunciamus, scilicet generare & generari, ac si à contrario cum Scoto diceret: de Essentia non dicimus, quòd reipsa generatur, sicut de persona, ergo Persona & Essentia non sunt idem se-* 182.

secundùm rem. Ecce quia *Scotus* habet pro tuenda sua doctrina quasi eandem rationem, qualem illi duo Errones, Scotus cum illis factus est erro: atqui *Vasquez* ut tueatur simplicitatẽ Dei, utitur eodem argumento contra *Scotum*, quo ad tuendam illam utebatur olim insignis Arianus *Eunomius* contra S. fratres Basilium & Gregorium Nyssenum, qui refutabant dogma illius, etiam volentis omnia formaliter in Deo unum esse, vel ut ait *Nyssenus* orat. 12. contra eundem *Eunomium* ibi dicentem, *neque justitiæ rationẽ, neque sapientiæ. neque bonitatis*, &c. *diversam esse ab Essentia, sed in omni nominum recensione, unum subjici, quod significetur.* De quo videre licet Controv. 7. q. 5. & 6. per totum, ubi duo isti SS. contra dictum *Eunomium* disputantes illius doctrinæ strenuè opponunt aliquam rerum differentiam significatorum in Deo, seu Attributorum dari distinctionem ab Essentia, vide si placet QQ. cit. Controv. 7. signanter q. 5. n. 338. usque ad finem. Q. & q. 6. n. 346. specialiter à n. 348. usque ad q. 7. & habebis qualiter ibi retundant *Eunomii* insultus, continuò in erroris sui favorem obtendens Dei simplicitatem lædi, compositionem, si à parte rei in Deo admittatur pluralitas Attributorum ab Essentia aliquo modo differentium, evitari non posse, &c. eodem prorsus iniquam utitur argumento, quo *Vasquez* putavit *Scotum* expugnare, sicut ergo *Scotus* ex mente *Vasq.* convenit cum *Gilberto*, ita ille cum *Eunomio* ex Doctore Catholico ob eandem causam evadet Arianus, aut dicendum frivolam esse illam objectionem contra Scotum allatam, & certè cùm omnes Scholastici, imò ipse Vasquez disp. cit. c. 6. in solutione Argumentorum utuntur illo ipso argumento ex contradictoriis deducto ad inferendam aliquam in Deo distinctionem sive virtualem, sive rationis, nimirum ut illa contradictoria componantur, & secundùm diversas rationes verificentur, neque tamen ideo cum *Gualtero* & *Gilberto* convenire censentur, alioqui si quis ex illo Psal. 90. *Quia Angelis suis mandavit de te, & in manibus tollent te, ne fortè offendas ad lapidem pedem tuum.* Meticulosum æricidam, id est, metalli fossorem mercede conductum ad subeundam altam fodinam animaret, vel cuipiam navem ad pericula maris conscendenti naufragii metum adimere conaretur, vel ab alta turri per scalas descensum suaderet talis, cum diabolo, Christo præcipitium suadente, similiter præcipitium vel suffocationem suasisse, adeoque genio malesuado proximũ fallere voluisse, censendus esset. Pariter ergo, esto Theologi eâdem ratione utantur, non tamen cum *Gualtero* & *Gilberto* eandem inferunt cõclusionem: sic etiam de *Scoto* dicendum, quòd licèt eodem argumento ex contradictoriis deducto fuisset usus (quod tamen aliter proponit ac *Vasquez* refert, & in alio sensu, quàm *Gilbertus*) non tamen ideo convenit cum *Gilberto* & *Gualtero*, quia aliam sanè infert conclusionem: illi siquidem distinctionem simpliciter realem inferebant, *Scotus* verò solam distinctionem formalem; quæ stat cum summa identitate reali.

Ex quibus manifestè patet, quòd illud ipsum quo Scotũ *sub n. 155.* urgere putabat, Vasquiũ urgeat & premat de falso intellectu *Bernardi*, qui contra *Gilbertum* ibi disputans, ostẽdit ex ratione, & ab exemplo ab imagine Dei desumpto, illam in homine non esse suo prototypo æqualem; quia magnitudo id est, capacitas æternitatis, seu rerum æternarũ, quæ capacitas in homine est secundum intellectũ & voluntatem, non est idem (ut existimat) cùm anima, sicut intellectus, & voluntas, & quævis perfectio Dei est ipse Deus, & sic concludit: *sola summa increata natura quæ est Trinitas Deus*, hanc sibi vendicat *meram singularemq; suæ essentiæ simplicitatem, ut* non aliud & aliud, non alibi quoque & alibi, sed ne modo quidem & modo inveniatur, in ca. ubi *Bernardus* conformiter ad confessionẽ fidei contra *Gilbertum* à se & Episcopis Gallicanis editam: *Patrem Filium, & Spiritum S. non esse res alias à Deo* dicit: nõ est aliud & aliud Deo absolutè spectato sub ratione divinitatis & hujus essentiæ præcisè, seu non aliud, ut *Gilbertus* dicebat, quòd est Deus Pater v. g. & aliud quò est, seu non est aliud quo persona est Deus, & aliud quo est persona; cui doctrinæ *Bernardi* consonat doctrina *Scoti*, ubique docentis, quòd sive Deus absolutè spectetur sub ratione Deitatis, sive sub ratione attributali, quòd in Deo non sit aliud & aliud, sed omnia prædicata Dei esse realiter Deum, quis enim unquam in subtili legit, Deum quâ trinum, vel aliquam personam Trinitatis, aliud esse quod est Deus, & aliud quo est Deus? oppositum qui oculos habet, apud Scotũ reperiet, quod nullâ ratione vendicet sibi *quod est*, aliud ab eo, quò est Deus, v. g. sapiens, nam esto ob distinctionẽ *Scoti* formalem quâ attributa distinguuntur ab essentia, unum attributum secundùm quid & formaliter solum discrepet ab alio attributo, item essentia ab attributis, v. g. sapientiæ, quâ dicitur sapiens, hinc tamen pessimè infertur aliud & aliud in Deo, in sensu Gilberti, quia adhuc in sensu Scoti, propter identitatem realem, quam supponit distinctio formalis, stat, quòd Deus sit sua sapientia: imò in aliquo sensu, ut Patres loquuntur, *Deus est sapiens quo Deus*, & quòd *Deus sapientia sit Deus*, nempe sapientia in quantum infinita, ex sua ratione formali est realiter eadem Deitati, & Deitas ex sua ratione formali est realiter eadem sapientiæ, quæ omnia inficiatus fuit *Gilbertus*: hinc benè contra eum inferebat *Bernardus*, malè autem & falsò contra Scotum *Vasquez*, sicut & quod major esset simplicitas, si non esset inter personalitatem & essentiam distinctio formalis ex natura rei; de quo sicut & de eo quod ex S. *Anselmo* supra *sub n. 156.* adducit, Responsũ quære *Cont. 1. q. 2. per totũ & parte 2. suo loco.* 183.

Germana textus declaratio S. Bernardi.

Scotus Bernardo consonus.

Porro quod affert *d. 118 supra n. 157. cit.* posse verbis *Bernardi* sententiam *Scoti* refutari, minimè urget; *Bernardus* enim non loquitur 184.

in sensu quem ex illo torsit *Vasquez*, ut ex dictis abundè liquet. Si autem quis contendat, intellectum beatum in patria non posse ferri in pluralitatem ex natura rei formalem, rotundè negamus, ut alibi à proposito ostendatur, quærendo, *an possit videri essentia in Deo, non visâ personâ, & unum attributum sine alio*, de quo hîc non est locus disputandi. Minùs verè & immodestè interim hinc subjungit *Vasquez*, quòd subjaceat definitioni *Concilii Rhemensis* Scoti doctrina, quâ dogma *Gilberti* damnatû fuit; sicut & quod hæc propositio, *Deus est Essentia divina*, sit Scoto concedenda in casu transitivo & auferendi, non verò intransitivo & nominandi; ac si diceret transitivè, *Deus non est Deitas, sed est Deitate Deus, & bonitate bonus*, quæ ex n. 183. & ex inibi allatis, patet esse falsissima, & merum, ut ait *Brinzenno* t.p. Controversiarum *Controv. 1. art. 6. n. 13. Gabrielis Vasquez* commentum, non impactum illi à *Brinzenno*, prout incusatur à *Veken* d. 5. de Deo, n. 2. sed re ipsâ probatum ex dictis, & probandum ex mox dicendis in solutione objectionum quas deprompsit ex CC.

Notetur modestia Vasquez in censurando.

Infringuntur objectiones Vasquez ex Conciliis *supra à n. 159. usque ad n.* 162. allatæ.

185\. SEd age; jam conteramus oppositiones Vasquii ex Conciliis excerptas: Primo loco ex *Florentino sess. 18.* objicit verba cujusdam Joannis Theologi, quis ille, scite operæ pretium est, is fuit *Joannes de monte nigro* ab *Eugenio* Papa electus, ad agendas in eo Concilio Latinorum partes, fuit autem professione Ordin. Prædicat. vir eximiæ doctrinæ, dignitate & officio Provincialis, quo nomine intitulatur à Jul. Cardinale *sess. 19. §. Domine Ephesie:* Scitulo Reverendè passim in Concilio legitur insignitus. Hic, *citatâ sess. 18.* cum *Marco Ephesio* Episcopo Græco ad disputandum de processione Spiritus S. ita præfatur: *Acceptâ à Sanctitate Beatissimi Patris benedictione, jussu & mandato ejus aggressurus disputationem, quæ mihi vobiscum erit, de iis quæ ad fidem spectant, hoc est, de processione Spiritus sancti; in quibus juxta Beati Patris Augustini sententiam primo capite de Trinitate, disputandum est cum reverentia; quapropter attendatis, vestrasque aures mihi prabeatis. Inprimis si quid dixero, quod non sit adeo tutum, nec ita peritè prolatû, cupio à Sanctitate Patris Beatissimi corrigi, qui locum, & sedem, & fidem S. Petri tenet: opto etiam emendari à Reverendissimis Patribus qui præsentes adsunt, deinde ab ipsis etiam Theologis*. Huic præfationi conformiter primò posset responderi cum Suarez *l. 1. de Trinit. c. 2. n. 11. dixit hoc Joannes quidam Theologus, non Concilium*. Nec erat ibi locus, ut ipse Marcus notat *seq. §. Quomodo inter se*, expendendi eam rem, aut de eâ disputandi subtilitate scholasticâ, quia ad apicê disputationis non spectabat; an non igitur Joannes Theologus Thomista suam secutus scholâ loqueretur? quâmvis ergò sic cum quibusdam Scotistis responderi posset, quòd Vasquez afferat flosculos pro fructibus, & opiniones partium pro decisione Concilii, attamen ut huic Theologo deferamus, dico & respondeo, si verba Joannis & alia quæ in illâ disputatione dicta sunt, benè expendantur, minimè negatur nostra distinctio, eò quòd dicat: *substantiã & personam, secundùm modum intelligendi* differre, cùm enim illa in omni rigore realis non sit, sed ut dicit ipse Scotus *1. sent. d. 2. q. 7. n. 43. §. Respondeo non est propriè realis*: quod possit vocari differentia rationis, sicut dicit quidam Doctor, (intellige S. Bonaventuram in margine citatum) non quòd ratio accipiatur à differentia formata ab intellectu, sed ut ratio accipitur pro quidditate rei, secundùm quod quidditas est objectum intellectûs, itaque hæc distinctio Scoti etiam ad modum intelligendi revocatur cum fundamêto in re à diversis formalitatibus objectivis accepto, juxta modum intellectûs Scotici. Id quod confirmari posset ex ipsomet Vasquez proferêtis verba Joannis quod dixerit non absolutè, *secundùm modum intellectionis nostra differre*, sed modestè, *videntur differre*, consequenter nô improbavit Scoti sententiam. Verùm quia *τὸ videntur*, nô invenio in textu latino hujus Concilii Florentini quod habetur *tom. 4. Conciliorum Sever. Binii*; & in Græco absolutè ponatur *διαφέρειν*, hoc est, differunt, illud aliter ostendo ex mente Joannis, nam statim post illa verba: *substantia & persona sive hypostasis ita sunt idem, & differunt nostro modo intelligendi*; subdit: *ita ut persona côstet ex substantia & proprietatibus*: atqui constare ex essentia & proprietatibus, est illas aliqua ratione inter se distinctas includere, & non solùm distinctas distinctione extrinsecâ, quia talis nihil juvat ad differentiam verè realiter constituentium, ut patet ex modo loquendi & significandi conjunctionis copulativæ, &; quæ non innuit variationem tantùm nominis, seu conceptûs formalis extrinseci, sed modû differendi intrinsecum; quia alias dicere, personâ constare à parte rei essentia & personalitate, idem esset ac personam esse constitutã ex prosopo & persona, ad modû si quis diceret, hæc machæra seu spada constat ex ense & gladio, quod est ludicrum. Secundò idem constat ex verbis Joannis immediatè sequentibus: *nunc igitur quoniam intelligentia & ratione distinguitur, substantia quidem communicatur personis, proprietas verò nullo modo communicatur, idque, ex vi relationis*. dicit essentiam esse communicabilê, relationem non esse communicabilem, *idque, ex vi relationis*, quibus verbis indicavit formalitatem Scoti, admissa illa *vi ex parte relationis*, h.e. à parte rei & non ab intelligentiâ nostrâ: ergo Joannes sua distinctione secundùm modû intelligentiæ comprehendit illam ex vi rei, quæ est ipsissima distinctio Scoti: alioqui Joannes contendens contradictoria intrinseca & conceptibus nostris præsupposita salvare per conceptum extrinsecum & subsequen.em, vitiosè & malè transiret à statu reali, quo vere relatio. nê ex suâ vi dicit non cômunicari, essentiâ verò êcontra comunicari; ad statû intentionalê, & ex-

Joannes Theologus quis?

Præfatio Joannis in Florentino.

Responsio prima.

Distinctio Scoti ad modum intelligendi revocatur cum fundamento in re à diversis formalitatibus objectivis accepto.

Extrinseca distinctio nihil facit ad differentiam verè realiter constituentium.

Scoti doctrina exprimitur in verbis Joannis.

& extrinsecū, quod non est de illo opinandū.

186 Jam verò cum Vasquez tam malè supra interpretando S. Bernardum & Concilium, suā apud nos fidem in hac materiâ prostituerit, videamus verumne sit quod subdit: *Cui sententiæ Marcum pro Ecclesia Græca* coram toto Concilio consensit: Marci itaque verba proferamus, & sunt hæc: *quomodo*, inquit, *inter se differant essentia & hypostasis in divinis, non est hujus temporis disputare, fortasse enim hac in parte nulla est inter nos discrepantia, quod verò simpliciter differāt substantia & hypostasis, perspicuum est, eo scilicet modo, quo proprium à communi differt, quemadmodū & Magnus asserit Basilius scribens ad Gregorium fratrem; sicut essentia hominis communi ratione sumpti, ac persona & hypostasis differunt, hoc ut arbitror vobis etiam videtur.* Quæ omnia si penitius inspiciantur, prorsus labefactant intentum Vasquii, affirmātq; opinionem Scoti. apposuit, *fortasse*, & quid ipse senserit, mox profert, scilicet, differre personā à natura in Deo, non solùm sicut proprium à communi, sed & sicut substantia hominis à persona, quæ sanè innuūt majorē distinctionē, quàm puræ rationis: unde si Vasquez ex Marco pro se aliquid probare intendat, tenebitur sentire cū Scoto.

Marcus favet Scoto, Vasquez eliditur.

187 Sed pergamus ad secundam objectionem, quam ex eodem Concilio, *supra n. 159.* profert: estq; talis: *Andreas*, inquit, *etiam præsul Colossensis in eodem Concilio sess. 17. (sess. 17. mendosè ponitur, 19. ponenda erat) volens conciliare disputationem eorundem, sic dixit: plurimum refert, simpliciter proferre divinam substantiam, vel Patris, Filiiq; substantiam; haud quaquam tamen putare debemus, ut re differant, quanquā solâ ratione aut intelligentiâ differre credantur*: qui locus non magis urget quàm Joannis Theologi, cùm ibi per rationem intelligere potuerit distinctioné formalem ex natura rei, quæ nihil aliud est quàm formalium rationum discretio, quæ nō sit strictè realis & physica distinctio, & hoc innuitur illis verbis: *haudquaquam putare debemus ut re differant*, id est, realiter & physicè, sed modo reali & physicæ distinctioni opposito, *solâ ratione aut intelligentia*, etiam in sensu Scotistarum, ut colligitur ex Bessarione Cardinali & Patriarcha, qui Florentino Concilio interfuit, de processione Spiritus sancti, apud Staudeubechi, *Tract. de distinct. p. 2. c. 2. n. 328.* sic loquente: *substantia & hypostasis in unaquaque persona res una sunt, atque ita una, ut solâ ratione ab invicem discernantur, nam si re ipsâ invicem persona seu hypostasis & substantia differrent, essent quemadmodum personæ tres re ipsâ, sic & tres substantiæ, hoc autem contrarium est fidei.* Hæc ille. Ex quibus perspicuum est, quòd distinctionem rationis non opponat distinctioni formali, quæ non facit differre substantiam & personas, realiter ut tres res; sed ut unam rem, diversas tantum dicentem formalitates, quæ sint in illâ unâ re secundùm proprias suas & particulares rationes realiter idem. Quare distinctio rationis juxta modū loquendi Patrū & Concilii, dum dicunt differre substantiā & hypostasin solâ ratione aut intelligentiâ, non excludit, sed connotat vel supponit distinctas formalitates objectivas: in opinione Thomistarum quidem supponit formalitates objectivas virtualiter distinctas, suntq; fundamentū illius distinctionis: in sententia verò Scotistarum formalitates objectivas à parte rei, seu ex natura rei formaliter distinctas, ita ut per unā cognitionem attingi possit præcisivè formalitas, altera, quæ illi realiter idētificatur, relictâ: & quia tunc concipitur una, perinde ac si non esset alteri realiter identificata, quæ tamen à parte rei non est illi disidentificata, rectè quoque dicitur, *solâ ratione*, & per intelligēdi modum distingui, quæ ita manifesta sunt, ut nesciam, quale incommodū sit, ea quæ ex natura rei formaliter distincta sunt, etiam *ratione & intelligentiâ* rectè dicantur distincta. Quod cū illis, quæ supra ad Joannem respondimus, vel inde multò magis confirmari potest, & Vasquez confutari, quòd Patres aliquādo de quibusdam, etiam realiter, strictè & physicè distinctis, talem usurpent loquendi modū, ut asserāt illa discerni solâ *ratione & intelligentia*. Sic *Agatho* Papa, ut hujus demus exempla, *in Epist. ad Imper scribit* (ut habetur *Actione 4. sexta Synodi Constantinop.*) *omnia duplicia unum ejusdemque Domini Salvatoris nostri Jesu Christi secundùm Evangelicam traditionem asserimus, i. e. duas ejus naturas prædicamus, divinam scilicet & humanā.* Et mox infra: *Et utrasque unius ejusdēq; Dei Verbi Incarnati, i. e. humanati, inconfusè, inseparabiliter, immutabiliter esse cognoscimus*, solâ intelligentiâ, quæ unita sunt, *discernentes, propter confusionis duntaxat errorem.* Ubi certum est, Agathonem Pontificem non posse loqui de intelligentiâ strictè pro solâ o; cī mentis, quomodo Anthropomorphitæ loquebantur, sed de intelligentiâ mentalis abstractionis unius ab alia vel judicio negante idētitatem earū, etiāsi sint unitæ in uno Christo. Similiter Basilius M. contra Eunomium de Christo loquens, sic scribit: *In his omnibus nō duo dicimus, Deum seorsim, & hominem seorsim, nam unus erat, sed cogitatione naturam cujuslibet cogitamus.*

Per rationis distinctionē intelligi potest distinctio rationum formaliū.

Distinctio rationis opponitur distinctioni strictè reali non formali.

Qualiter distinctio rationis connotat tam apud Thomistas quàm Scotistas distinctas formalitates.

Physicè distincta à PP. sæpè dicuntur solâ cognitione distingui & solâ ratione.

Ecce modum loquendi, Basilius fide tenebat duas naturas in Christo realiter distingui, & tamen confidenter ait, divinam & humanā Naturam in Christo cogitando solum discernendas. His addo Maxentium l. contra Acephal. ubi ait: *Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum non re ipsâ, sed cogitatione tantùm ab invicem discerni.* Bernardus denique id clarissimè cōfirmat l. 5. de consider. ad Eugenium: *substantia una est. personæ tres sunt.* Quid mirum, quid & obscurum in hoc? nihil, si personæ seorsim à substantia cogitentur, puta in sensu Gilberti, ut realiter distincta à quarta quadam re. Ex isto Patrum loquendi modo nō evincitur semper distinctio rationis strictè, sed convenienter ad subjectam materiam ventunt intelligendi, cōsequēter si realiter distincta etsi unita, dici possunt *intelligētiâ, cogitatione & ratione* distingui; quantò magis formaliter solum distincta hic

& nunc dici poſſunt *ſola intelligentia & ratione* eſſe diſtinctæ. Sed

188. Venio ad Tertiam, *quod*, ut ait Vaſquius, *caput eſt in eodem Concilio ſeſſ. ultima in quadam confeſſione fidei*, quæ à Latinis ad Græcos miſſa eſt: *Porro autem ne identitatem conjunctionemq́; divinæ ſubſtantiæ diſtribuere, ac ipſam ſubſtantiam re, non autem ſolâ ratione ab hypoſtaſibus & perſonis differre credere videamur*, &c. Hanc Authoritatem confeſſionis Latinorum adducit *Veken* contra Scotiſtas loco cit. ac eâ occaſione, quod hic obiter refero, perſtringit noſtrũ *Brinzenno*, quod eadem Confeſſionis verba, ſed mutilata referat *citatâ Contro.* ſupra, omiſſo nimirum & actu intelligendi, *ut tantò*, inquit, *facilius ea interpretetur, de ratione quæ non fiat per operationem intellectûs* ſed præſupponatur *objectivè à parte rei, ideoque formalem differentiam non excludat*. Et mox: *Sed hac occaſio textu integro reſtituto præcluditur, neque enim* actus intelligendi, *ut loquitur confeſſio fidei*, neque apprehenſio, intelligentia, modus intelligendi, *quibus verbis diſtinctionem rationis deſcribunt Theologi Florentini datur objectivè à parte rei independenter ab intellectu, ſicuti datur ipſo Brinzenno aſſentiente diſtinctio formalis*. Ita *Veken*. Verùm, judicet æquus Lector an fideliter & rectè hic Author ita tractet Brinzenno, verba confeſſionis Latinorum à Brinzenno loc. cit. n. 23. relata ſunt. *Porrò autem ne identitatem conjunctionemque divinæ ſubſtantiæ diſtribuere, ac ipſam ſubſtantiam re, non autem ſolâ ratione ab hypoſtaſibus & perſonis differre, credere videamur*. Græcè legitur: ἀλλ' ἵνα τὸ ταυτὸν καὶ ἓν τῆς οὐσίας μὴ διαιρέσωμεν, καὶ τὴν οὐσίαν ἀπὸ τῶν ὑποστάσεων πράγματι μὴ διαφέρειν, ἀλλὰ λόγῳ μόνῳ, καὶ ἐννοίᾳ δοξάσωμεν. Et ſic de verbo ad verbum referuntur à Vaſquez loco cit. ſuntque deſcripta ad literam ex Tomo 4. Conciliorum Editionis Venetæ Anno 1585. ſub auſpiciis *Sexti V*, Papæ apud *Dominicum Nicolinum*. Verba è contra confeſſionis Latinorum apud *Veken* relata, hæc ſunt: *Sed ne identitatem unitatemque eſſentiæ dividamus, atq́; ut eſſentiam ab Hypoſtaſibus non re differentem, ſed ratione tantùm & actu intelligendi aſſeveremus, &c.* Quæ deſcripta ſunt ex Tomo 4 Cõciliorum *Severini Binii*, editio Coloniæ Agrippinæ Anno 1618. Sumptibus *Joannis Gymnici ſub Monocerote*. Jam ſi lubet, locum cum loco confer, in ſubſtantia, ut vides, conſonent; in verbis verò pro diverſitate Editionis & verſionis diſcrepant. Aliud ſiquidem eſt *diſtribuere videamur*, aliud *dividamus*; aliud *conjunctionem*, aliud *unitatem*, &c. Non itaque rectè & verè ait *Veken*, quòd eadem verba referat *Brinzenno* & minus rectè & minus verè, *quod illa referat mutilata*, nimirum omiſſo & actu intelligendi, nam illa particula non habetur Tomo 4 Conciliorum Editionis Venetæ, quo uſus eſt *Brinzenno* & *Vaſquez* in Hiſpania, ubi uterque ſcripſit. Si *Vaſquez*, dum ſtudioſius *Scotum* impugnavit, illa verba vidiſſet, ſanè non omiſiſſet illa, nec pro ſua ſagacitate expectaſſet calamum *Veken*. Habes ergo quod

Veken.

Brinzenno vindicatur à cenſura Veken.

fideliter non mutilè, ſed ex integro quidquid ad rem habetur, referunt, & *Vaſquez* & *Brinzenno* ex 4. CC. volumine, Editionis Venetæ in Hiſpania invento, Tomis Conciliorum Binii paulò ante *Brinzenni* tempora Coloniæ evulgatis & fortè necdum viſis ibidem. Et eſto quod haberetur illa particula etiam in Tomo Conciliorum Veneto, adhuc mirum eſt, cùm *Veken* illum locum apud *Vaſquez*, quem citat & à commento excuſat, eodem modo relatum videat ſine particula illa, & actu intelligendi, quod illam depoſcat à Brinzenno, qui ad objectam illam authoritatem, ut erat propoſita à *Vaſquez*, eandem ad literam relegendo ac explanando reſpondit, neque erat eundum ulterius, quia non ſuam, ſed alienam, cui ſatisfaciendum erat, objectionem in trutinam vocavit, ſed vindicato jam *Brinzenno* ab illa impoſtura, quantum ad rem pertinet dicimus, quod nihil amplius convincat *Veken* ex illo loco, quàm *Vaſquez* ex ſuo, quia locus iſte, ubi tota pars Latinorum inconveniens exiſtimavit, aliam diſtinctionem inter eſſentiam & hypoſtaſes aſſerere, quæ intelligentiæ & rationis non ſit, jam ex ſupra dictis reſeratum exiſtit, nempe diſtinctionem rationis, etiam intelligi diſtinctionem rationis formalis, ſive quidditativæ rationis, quæ objectum intellectûs diſtinguentis eſſe queat, adde contra Veken hic ut ſupra notatum, quòd nunquam Concilium intenderit definire, quòd hæc diſtinctio rationis ſubſtantiæ & hypoſtaſeon ſit ab intellectu, vel ex natura rei; à quibus, cùm id ſpectet ad apices concertationis ſcholaſticæ, abſtrahebat Concilium, intendens unicè eliminare diſtinctionem phyſicam & realem, noſtræ formali, aut Thomiſtarum virtuali, contradiſtinctam, quod cernitur ex ipſis Concilii verbis: *ne identitatem unitatemque eſſentiæ dividamus*, græcè διαιρῶμεν, ἢ μὴ πράγματι διαφέρειν *re & non ſola ratione differre credere videamur*: en perſpicuè dixit, *ne videamur*, & perſpicuè poſuit, *re differre*: ſed *dividere*, & *re differre* ſignificat diſtinctionem realem, imò interdum actualem diviſionem, itaque ex hoc loco à Vaſquez & Veken nobis objecto, nihil obtinetur contra Scotum, à quo negatur omnis diſtinctio illa, quæ in divinis infert diviſionem & diſtinctionem realem in tres diſtinctas eſſentias, quam Græci & Latini abhorrebant, eſto Græci ex opinione Latinorum, qui dicebant à Patre & Filio procedere Spiritum ſanctum, ob talis diſtinctionis illationem timuerint admittere opinionem Latinorum, exiſtimantes dividi Eſſentiam ſi Filius ſpiraret cum Patre, eò quòd tunc viderentur eſſe duo principia & duæ ſpirationes. Latini verò ut hoc impedimentum credendi removerent, oſtenderunt ex Patribus & ratione, unum ſolum & idem principium eſſe in Patre, & Filio, & unam ſpirationem, ratione unius & ejuſdem eſſentiæ, & ſic ſervabant identitatem & unitatem naturæ, excludendo omnem diviſionem & realem diſtinctionem,

Nota re differre & dividere, importat diſtinctionem realem & ſæpè actualem diviſioné.

qua

quà demum Græcis metum ademerunt, & processum à Patre simul & Filio persuaserunt, nihil curantes de distinctione rationis, quod ex ipsis Eugenii verbis, quæ in hujus tomi apparatu ubi Concilii Florent. acta adduximus in definitione unionis Eugenii Papæ fusè videre, & ex iis, quæ hic breviter rescripsimus, Lector colligere potest: *Convenientes enim Latini ac Græci in hac sacrosancta Oecumenica Synodo, magno studio invicem usi sunt, ut inter alia etiam articulus ille de divina Spiritus sancti processione summa cum diligentia, & assidua inquisitione discuteretur. Prolatis verò testimoniis ex divinis Scripturis, plurimisque authoritatibus SS. Patrum Orientalium, & Occidentalium, aliquibus quidem ex Patre, & Filio, quibusdam vero ex Patre per Filium procedere dicentibus Spiritum sanctum, & ad eandem intelligentiam aspicientibus omnibus sub diversis vocabulis, Græci quidem asseruerunt, quòd id, quod dicunt Spiritum sanctum ex Patre procedere, non hac mente proferunt, ut excludant Filium; sed quia eis videbatur (ut aiunt) Latinos asserere Spiritum sanctum ex Patre, & Filio procedere tanquam ex duobus principiis, & duabus spirationibus, ideò abstinuerunt à dicendo, quòd Spiritus sanctus à Patre procedat, & Filio. Latini verò affirmarunt, non se hac mente dicere, Spiritum sanctum ex Patre Filioque procedere, ut excludant Patrem, quin sit fons ac principium totius Deitatis Filii scilicet, ac Spiritus sancti; aut quòd id, quòd Spiritus sanctus procedit ex Filio, Filius à Patre non habeat; sive quòd duo ponant esse principia, seu duas spirationes: sed unum tantùm asserant esse principium, unicamque spirationem Spiritus sancti, prout hactenus asseruerunt. Et cùm ex his omnibus unus & idem eliceretur veritatis sensus, tandem in infrascriptam sanctam, & Deo amabilem eodem sensu eademque mente unionem unanimiter concordarunt & consenserunt. In nomine igitur sanctæ Trinitatis Patris, & Filii, & Spiritus sancti, hoc sacro universali approbante Florentino Concilio diffinimus, ut hæc fidei veritas ab omnibus Christianis credatur, & suscipiatur sicque omnes profiteantur. quòd Spiritus sanctus ex Patre, & Filio æternaliter est, & essentiam suam, suumque esse subsistens habet ex Patre simul, & Filio, & ex utroque æternaliter tanquam ab uno principio, & unica spiratione procedit.* Plura de hoc leguntur *l. cit. Actis & Decreto Concilii.* In hac definitione nulla sanè fit mentio de illa distinctione rationis, quia scopus Concilii erat definire processum Spiritus sancti à Patre simul, & Filio, in ratione essentiæ unitis, tanquam unico principio, sine illa essentiæ partitione. Qualiter autem essentia & hypostasis distinguantur, modò realiter non distinguerentur, alterius erat indaginis, apud privatos Doctores relicta.

Latinorũ & Græcorum discordia & reparata concordia unde.

Pater, & Filius sunt unũ principiũ, & per unicã spirationem spirant Spiritum sanctum.

189. Ad allata ex Concilio Rhemensi *suprà nu. 160.* Respondeo Vasquium Eugenii mentem vel non percepisse, vel violenta interpretatione ad suum arbitrium traxisse, unde hoc suum argumentum sic retorqueo contra ipsum: Eugenius definivit inter essentiam & relationem, nec ratio debet distinguere, intellexit secundùm phrasin Gilberti rationem & considerationem non mathematicam, sed Theologicam: atqui per rationem Theologicam, quæ res non ut ratio mathematica abstractivè solùm, sed ut in se ipsis existunt, considerat, intellexit Gilbertus, ut *totâ hac quæst.* evidenter & luculenter probatum est, distinctionem realem entitatum, inter se realiter distinctarum, & solùm extrinsecè assistentium: ergo Eugenius nihil definivit contra Scotum.

Definitio Eugenii secundùm phrasin Gilberti accipienda.

In Vasquez retorquetur.

190. Ad postremum *sub num. 161. ex Concil. Lateranensi adductum*, satisfactum est suprà in Responso ad primam rationem Vasquii *sub n. 181. & 183.* & passim alibi sæpiùs. Quibus adde, perperam inferre Vasquium pluralitatem numeralem ex distinctione formali ex natura rei attributorum & relationum ab essentia, quia relationes & proprietates sint una essentia realiter, & essentia vicissim est plures proprietates realiter, quare falsissimum est, quòd incidamus in aliquam quaternitatem essentiæ nimirùm & trium personarum, & aliquam, quæ necessariò sequeretur, centenitatem scilicet attributorum; summa siquidem identitas realis eorum inter se foras mittit numerum, & Vasquii argumentum.

191. Ex hactenus dictis apparet Vasquium reverà reprehensibilem esse, quòd tam iniquè voluerit purissimam Scoti doctrinam temeratam esse tam nefandis & probrosis Gualteri, Joachimi, & Gilberti erroribus, assumpta præsertim persona diversorum Conciliorum, & SS. Patrum Bernardi, & Anselmi. Quare non immeritò, præterquàm quod Cavellus & Ægidius *suprà n. 178.* in specie Vasquium de immodestia notârunt; etiam hujusmodi Scotomachos generaliter perstringit Ricciolius *Tract. de distinct. c. 16. num. 191. in fine*, dicens: *Pudeat ineruditionis suæ illos, qui non satis cognito errore* Gilberti, *& sensu ac modo loquendi* Scoti, *non dubitarunt præcipitis censura* Scoti non identitatem formalem, *inter naturam & personas, redigere ad Gilbertinam distinctionem realem inter rem & rem.* Neque tamen quòd Ricciolius vir is alioquin eruditissimus in hoc passu ineruditionis alicujus rubiginem objiciat neque quod Mastrius *suprà n. 180.* Vasquium mendacissimè dixisse, Gilbertum non posuisse distinctionem realem repugnat, ideò his Authoribus succensere possint, sed meminerint dicti S. Hilarii 2. de Trinit. *in vitium vitio coarctamur alieno.* Quare nemini etiam videatur mirum, quod noster Macedo *1. Sentent. collatione 3, de distinct. formali, sect 3. statim in principio*, pugnum pugno retundens, dicat: Adamum, qui asserit, *Sanctos clamare contra distinctionem Scoti*, non intellexisse, nec benè audivisse Sanctos, sed fortè serpentem Bachonium, qui ait: *opinionem Scoti esse contra Sanctos* vehementer in Scotum debacchari solere. Marsilium, dum dixit, *Sanctos communiter docere contra Scotum*, hîc marcessere, & Massylum potiùs exhibere, quàm Marsilium.

Ricciolius.

Mastrius.

Macedo.

Molinam, docentem Scoti sententiam *non esse satis tutam*, in suo molendino non semper triticum molere, & molas informes interdùm parare. Zumelium, dum pungit Scotum, quod *non consonet fidei*, tum de suo fumine cogitasse. Vasquium, cui in hac Controversia satisfecimus, vas quidem eruditionis, sed hic non esse vas electionis: justus dolor animos, non fungos occupat, si isti Doctores piam regulam è Scoto traditam *1.d.8.q.5.n.8. §.de intentione istorum*, observassent; quā exprimit Antonius Possevinus in suo Apparatu de Scoto loquens his verbis: Haud mirum fuerit, ait, si ingenium Doctoris Subtilis modestiâ & charitate præditum, altissimos sensus eruere potuerit ad veritatem indagandam, nunquam enim suam sententiam profert in aliorum injuriam vel depressionem, quin quorum errores convellit, aut opiniones discutit, adeò id modestè, & plerumque suppresso nomine facit, ut Christiano pectore hausisse à Domino sapientiam conjici possit: & ipse Scotus his verbis: *quòd non sint imponenda aliis absurdiora, quàm ipsi dicant, vel quàm ex dictis eorum necessariò sequatur, ac rationabiliorem intellectum ex dictis eorum accipiendum esse*: nunquam taliter Scotum sugillantes, tot calumniis onerassent: unde verè ait idem Ricciolius *suprà cit.c.18.n.204. graviter peccaverunt in Scotum, ejusque doctissimam sectam, & sanctissimum & illustrissimum Ordinem, qui Scoto fortassè in fonte non lecto, aut minus accuratè, illi diversas censurarum notas inurere non dubitârunt, ut videre est apud* Recupitum *l.3.de Deo,qu.4.c.3. & mox infrà num.201. Ego verò intolerabile censeo, quòd Scoti opinionem hanc Gilberti erroribus affinem quidem audeant dictitare, cùm toto cælo ab illis distet, ut luce meridianâ clarius fiet legenti errores Gilberti, & dicta Scoti.*

Scotus, & modestus illius in censurando.

Immodestis hisce & acerbis Catonibus, sapientissimorum virorum, qui non solùm modestiùs de modestissimo Doctore, sed & æquius, & prudentiùs scripsere, judicia saniora opponamus, & primò producamus S. Congregationis, dein sapientissimi Gersonis, quod refert Brinzenno in *Apparatu historice vita Joannis Scoti, n.18.p.88.*

Iudicia Theologorum de doctrina Scoti, signanter de distinctione in Divinis.

Primò: Theologi S.Congregationis.

Sacra Eminentissimorum Cardinalium, *Quidquid Scoti esse constat, intactum innovatumque admittatur.* Ita sancivit ante annum circiter 1610.

Secundò: Quid censuerit Gerson laudatissimus Parisiensium Cancellarius.

192. PRæmittimus Joannem Gersonem inter Parisienses Doctores celeberrimum, Scoti temporibus contiguum, qui *Tom.4. lect.1. consider.5.* expendens illud assertum Scoti *1.d.2.q.2.* in quo actualem distinctionem formalitatum inter Deitatem, & attributa vocat virtualem distinctionem realitatum, sequens subjicit de Scoticæ doctrinæ pietate & humilitate judicium: *Placuit hujus Doctoris Scoti inter cæteros meminisse, quoniam ipse non singularitate contentiosâ vincendi, sed humilitate uti mihi visus est; & si Doctoris istius mentio repellatur ab altero, ipse viderit, quàm verè & sobriè id fecerit; ego nec scio, nec præsumo aliter dicere, quàm quòd resolutio Scoti, & suorum stet cum pietate fidei, & essentia divina veritate.* Et deinde, ne quis putaret se ex privato affectu erga Scotum tale judicium proferre, subdit de Assectarum Scoti numero, & authoritate sequentem attestationem. *Vereor ne curiositatem increpant, in eandem me demergam, cùm studeo eos, quos Scotistas vocamus, ad concordiam cum aliis Doctoribus adducere, quorum certè numerus longè major est, & multitudine, & authoritate.* Ubi æquus Lector videat coronam Scotistarum, Gersonis ævo multitudine & authoritate exuperantem oppositæ scholæ Assectas.

Tertiò: Quid censuerit Guilielmus Vorilonus.

Non minùs acutus, quàm antiquus Scriptor Gulielmus Vorilonus in Epilogo ad 4. *l Sentent.* sic Scotum alloquitur: *Haud puto quenquam in terris tuas laudes dignis celebrare sermonibus, quem Mater Universitatum Parisiis in flore & pretio, tot inter Doctorum turmas* Subtilis nomine *insignivit.* Et mox infrà: *Mirum in tot subtilia scribens in errore non es comprehensus in aliquo.*

Quid judicaverit de Scoti Asserto Picus Mirandulanus.

Picus ille Mirandulanus, vir sui sæculi, & maximus, & eruditionis gloriâ clarissimus, in his conclusionibus, conclusione 7. negat, *quidquam à Scoto assertum, quod simplicitati Dei repugnet.*

Judicium Ægidii Lusitani.

Ægidius Lusitanus Conimbricensis Academiæ lumen *l.5.de Beatitud.q.5.a.1. & 2.* laudat Scoti sententiam de distinctione formali strenuè contendens, eam *admodum probabilem esse.*

Judi-

Quid eruditissimus juxta ac pientissimus Fonseca censuerit.

Societas Jesu in sua adhuc infantia, & primis suis Theologis Scoti doctrinam commendat; nam Fonseca, qui extitit, ni fallor, primus Societatis JESU Scriptor *2. Metaph. c. 6. q. 1.* & alibi Scotum defendens & sequens testatur, *Scoti opinionem de distinctione formali non lædere simplicitatem Dei.*

Judicium recentiorum Theologorum ejusdem Societatis Jesu.

Fasolus.

Fasolus vir doctissimus *1. p. q. 7. a. 2. dub. 12. n. 14.* inquit: *Siquidem existimo cautius ac prudentius facere, qui à censura temperant, propter authoritatem Subtilissimi Doctoris, & totius illustrissima Scotistarum scholæ, de Theologia optimè merita, qua semper unanimi consensu hanc sui Magistri opinionem libentissimè amplexata, & acerrimè tueri conata est.*

Jul. Cæsar Recupitus.

Julius Cæsar Recupitus gloriâ Fasoli Magistri sui *l. 3. de Deo, q. 2. c. 2.* dixit: *Ego tamen à censuris omnibus temperandum censeo, dum de opinione illa agitur, quæ à florentissima Scotistarum Academia in oculis Ecclesiæ Catholicæ ad hunc usque diem defenditur.*

Theophilus Rainaudus.

Rainaudus in Theologia naturali *d. 6. q. 2. a. 1. n. 66.* calumnias Scoto illatas repellit, pronuncians ejus asserta *plusquam probabilia.*

Antonius Bernaldus de Quieros.

Antonius Bernaldus de Quieros *in selectis disputationibus de Deo, Tract. 2. dub. 14. sect. 4.* sapientissimè de censuratum acerbitate Authorum, quos suprà indicavimus, ait: *quas censuras non mirari nequeunt Scotistæ, ut novitori & ferventiori animo ad pauca respicienti exortas*, rem, ut aiunt, acu tetigit hic Author, ex alio siquidem fonte hujusmodi censuræ non proficiscuntur, quàm ab animo, calidioribus passionum febribus fervente, & magis ad sensus sui abundantiam, quàm modestiam respiciente, nam si ex veritatis amore proditent, tam exulceratas, & mordaces potiùs cohiberent censuras, solidaque aut in rationibus fundata argumenta, quibus non taxent, sed expugnent adversam doctrinam, produxissent: cùm autem Scoti doctrinam nullis argumentorum machinis hactenus quiverint expugnare eam, ut citatus Author de Quieros, *animo ad pauca respiciente*, id est, cæco impetu calumniis concutiunt, abjiciuntque, & fictam ratione distinctionem illi præferunt eodem prorsus modo, quomodo nonnulli, quibus ex organi indispositione lilia fœtent, illis papaveris flores præferunt, quia nimirùm lilia olfacere nequeunt: ita quia hæc distinctio suis philosophandi modis non consymbolizat, vel quia ex organi indispositione illius pulchritudinem non intelligunt, subtilitatem non penetrant, securitatem non percipiunt, illam abjiciunt, nec olfacere possunt; sed redeamus ad de Quieros, qui ad mox à se dicta subdit: *Nullatenus notas prædictas in Scotum probo, mihi enim sufficit, ut hæc distinctio formalis ex natura rei, indemnis omninò servetur, quòd eam defendendam totis viribus nunc florentissima Scotistarum schola suscipiat, ob quorum authoritatem præcisè probabilem esse permittam.*

Hurtadus.

Hurtadus *d. 6 Metaphys. sect. 3. & 4.* miratur quosdam *bruta fulmina in Scotum jecisse*, *eò quòd ipsum non legerint.*

Ricciolius.

Sæpè mentionatus Ricciolius vir in doctrina Scoti haud mediocriter versatus *c. ult. cit.* de distinctione Scoti ita concludit: *Non identitas formalis à Scoto admissa inter attributa divina, essentiam divinam & personas, non modò nullam nec levissimam quidem censuram meretur, sed probabilissima est, ne dicam unicè necessaria ad verificandas multas propositiones de Deo, affirmativas, & negativas.* Item in *Appendice 2. ad cap. 24. conclus. ultimâ ante nu. 329.* sic ait, distinctionem Scoti pro explicando tuendoque mysterio Trinitatis, *præferendam esse omnibus aliis distinctionibus*, utpote mediam *inter extremas & falsas vel insufficientes*, eamque nec minùs *solidè*, quàm *subtiliter* à Scoto assertam. Adeòque quamdiu alia non excogitetur, quæ media sit & melior, nec meris vocabulis à Scotistica discrepet, præ cæteris amplectendam esse.

Antonius Possevinus Soc. Jesu in suo Apparatu.

Egregius hic Author de Scoto loquens testatur Doctoris Subtilis opera inoffenso decurrenda pede, sicut de Hilarii libris scripsit ad Lætam Hieronymus. Et infrà: Ejus, inquit, doctrinæ grave illud testimonium extat, quòd ejus libri absque ullo erroris nævo usque hunc diem 300. circiter annis in Oecumenicis Conciliis inviolati permanserint.

Quid censuerit Franciscus Mayronius, communiter per excellentiam nuncupatus & acclamatus, *Doctor illuminatus*, qui & extitit celeberrimi actûs Sorbonici inventor, & institutor.

Franciscus Mayronius Doctor eximius, ampliùs audet, & Ricciolium confirmat *1.d. 8.q.3.* hanc distinctionem demonstratam, ait: *Satis evidenter, necessariò esse tuendam, eamque si homo nolit protervire, oportere quemlibet concedere ex vi demonstrationis.* Viri hujus censura præjudicatam habet authoritatem, quam illi propriam facit insignis illa prærogativa, quòd inter tot præclara sui sæculi lumina, & laureã Doctoris, & laureolam illuminati à cunctis sibi acclamatam adeptus fuerit. Depurato proinde oculo ad justè retundendas Adversariorum censuras injustè contra Scotum prolatas non poterat non loqui, cum *Leonardo Lessio* in censura *Commentariorum Oxoniensium*, quòd *Scotus semper in schola triumphare consueverit*.

Antonius de Fantis.

Hic fuit vir doctus & subtilis, in Epist. Dedicator. Sconci repertorii, quod *Mare magnum* appellatur omnibus omnium Scoti encomiis summariè ita consonat: Quis in sacris enodandis mysteriis vigilantior? cujus rei singulare indicium est, irrefragabilis ubique ipsius adeò ventilata subtilitas, & celebrata sapientia, ut cùm plurima excellentium virorum volumina in publicis Conciliis dearticulata fuerint, eorumque articuli sub excommunicationis nota promulgati; candidissima Doctoris volumina, absque ulla erroris caligine hunc usque in diem inviolata permanserunt. Aliorum Theologorum censuras, cùm hæ suppetant, omitto; vidisse, quòd sub pondere Adversariorum gloria Scoti creverit, sufficiat.

193. Definet itaque Vasquez pulsare Scotum, in tuto stat, securè incedit, & qui eum sequuntur, securissimo ambulant tramite, nullius unquam suspicio erroris Subtilem contaminavit, nemo in essentia divina salvando proprias & particulares attributalium rationum perfectiones formales cum summa Dei simplicitate & identitate earum solidavit melius, nemo stabiliùs, si lubet Magistri doctrinam agnosce in discipulo Cornelio Musso è Scoti schola prodeunte, in qua, quod alto pectore de Dei simplicitate hauserat, eruditè *L. de divina Historia* deprompsit, dicens: Deus dicitur unus, non solùm quia non habet socios alios Deos, sed quia in Deo nihil est quod non sit Deus, & omnia in se unit; ea enim quæ sunt in Deo, non sunt tantùm in Deo, vel Dei, vel circa Deum, sed sunt ipse Deus. Nedum habet divinitatem, sed est ipsa Deitas: totum est sine partibus, substantia sine accidentibus, differt ab omnibus sine differentia; subsistit, sed est ipsamet sua hypostasis; existit, sed est suum esse; intelligit, sed est suum intelligere; agit, & est sua actio, & suum agere. Iterùm in eodem: Deus est omninò simplex, in quo omnia sunt unum; ubi nulla partium multitudo, nulla potentiarum distinctio, nulla actionum diversitas, Quòd unitas in numeris, quod punctum in linea, quod nunc in tempore, quod lux in Sole, quod semen in substantiis, principium in elementis, anima in corpore, mens in anima; finge tibi omnes unitates, imaginare omnes simplicitates, adhuc longè simplicior est divina simplicitas, longè indivisibilior divina unitas.

Legisti in Musso Scotum, character est discipuli, sedè doctrina Magistri, quâ omnia fugantur Adversariorum terriculamenta, & inanium sonus cymbalorum, cùm & eorum qui extra scholam Scoti sunt judiciis. Id Boëtii *l. de Trinit.*

Simplex esse, simplex posse,
Simplex velle, simplex nosse,
Cuncta sunt simplicia.

Doctrinæ Scoti ita consonum est, & conforme, ut Boëtii dictum quoad substantiam & contentum Scoti pronunciatum dici possit, & si Boëtii non esset, Scoti foret,

CON-

CONTROVERSIA QUINTA.

DE

Necessitate luminis fidei, & compossibilitate supernaturalitatis cum distinctione Scoti in divinis, & quòd per eam cognoscatur augustissimũ mysterium SS. Trinitatis non esse impossibile, adeoque reddi credibilius, minimè verò eius altitudinem evacuari, & in creaturas invehi.

SVMMARIVM.

1. *Scoti doctrina ex mente Adversariorum præjudicat mysterio SS. Trinitatis. n.194.*
2. *Mysterium SS. Trinitatis transcendit captum luminis naturalis. n.195.*
3. *Graves & curiosæ authoritates, quibus Deum ut trinum demonstrari posse suadetur. n.196. & seq.*
4. *Resolvitur impossibilem esse demonstrationem Trinitatis à num. 201. usq; ad 205. inclusivè.*
5. *Quæ pro parte affirmativa allata sunt, discutiuntur. n.206. & seq.*
6. *Philosophi, Sybillæ, & Trismegistus an & unde hauserint Trinitatis notitiam ibid.*
7. *Mysterium Trinitatis non destruit evidentiam luminis naturalis. n.215. & seq.*
8. *Demonstrare naturaliter hujus mysterii impossibilitatem impossibile est. n.220.*
9. *Nomine & titulo facilitatis mysterium reddi facilius, non evacuari illius supernaturalitatem. n.226. & 227.*
10. *Resolvitur quæsitum principale, nullum SS. huic Mysterio inferri præjudicium, & solidatur doctrina Scoti. n.232.*

194. NOvis & diris denuò flagris vapulat Scotus, vix non lætæ Divinæ Majestatis reum proclamant, nam præjudicium, inquiunt, affert suâ doctrinâ Augustissimo SS. Trinitatis mysterio: quare? quia ex ea, supposito, quòd detur distinctio formalis ex natura rei etiam in creatis, eadem facilitate cognoscetur hoc mysterium, quâ cognoscitur Mercurius ex Mercurii statua, aut saltem ut è vestigio Hercules, aut gigas alicujus populi, quâ sinum infert vestigium, cognosci potest. Sed edissere quomodo hoc, ut tam parvæ & minimæ earum, quæ dantur à parte rei, distinctioni, tanta vis aut virtus inexistat? nunquid sepium regulus aquilam calcat? quid, respondent, difficultatis habet, quòd Pater producat Filium absque eo quod producat naturam, si natura & Filius sint formaliter ex natura rei, & vera distinctione inter se dissita? quid obscurum quòd unum actu communicetur non communicato alio? quòd substantia una sit, personæ tres sint, quid mirum, cùm simile videamus in creatis, ubi habemus in una res plura, eaque realiter identificata? sicut enim in SS. Trinitate tres personæ realiter distinctæ sunt unus Deus, ita & in ente creato v.g. homine, animalitas, & rationalitas sunt ex natura rei formaliter distincta, & sunt realiter unus homo: ergo in creatura, dato quòd hæc distinctio sit in divinis, velut in herculeo aut giganteo vestigio cognoscimus sanctissimam Trinitatem, tam quoad ea quæ ad unitatem, quàm quoad ea quæ ad distinctionem pertinent.

Ut hasce umbratiles rationes, cum ipso verborum sono disparentes ostendamus, & fundamentum principalis quæsiti discussionem præstemus, præmittimus 1. An mysterium sanctiss. Trinitatis sit simpliciter supra captum naturalem. 2. An sit contra captum naturalem, & possit naturaliter probari esse impossibile. 3. An rectè dicatur hoc mysterium evacuari solo titulo, & nomine facilitatis, quâ credibiliùs redditur & ostenditur non esse impossibile. 4. Propugnato Adversariorum fundamento, tandem dabitur responsum, ad principale quæsitum, & solventur finaliter argumenta in oppositum allata.

QVÆ-

QVÆSTIO I.

An sanctissimæ Trinitatis mysterium sit supra captum luminis naturalis?

SVMMARIVM.

1. *An mysterium sanctiss. Trinitatis sit naturaliter cognoscibile, & quomodo hoc intelligendum. n.195.*
2. *Afferuntur varia authoritates pro parte affirmante. à n.196.usq; ad art.2.*
3. *Admiranda Mercurii Trismegisti, & Sybillarum de Trinitate & aliis fidei mysteriis eloquia. n.195.& seq.*
4. *Raymundi Lulli demonstrationes æquiparantia inferuntur. n.199.*
5. *Mysterium sanctiss. Trinitatis nulli subest evidentia, aut inquisitioni naturali. nn. 200. usq; ad n.205.*
6. *Convelluntur authoritates & argumenta in oppositum. n.206.*
7. *Philosophi unde cognoverint Trinitatem. ibid.*
8. *Singulorum qui pro parte affirmativa adducti fuerunt, rationes, & dicta in trutinam vocantur. art.3.per totum. n.206.*
9. *Sybilla, & Trismegistus aspirati divinitùs: floruit hic Trismeg.ante Abraham. n.208.*
10. *Raymundus Lullus per impostura calumniã malè audit, sed ab ea gloriosè vindicatur. nn. 210.& seq.*
11. *Rationes Lulli rejiciuntur. n.212.*
12. *Malè asseritur Scotum docuisse, quòd Deus, quà trinus est, naturaliter sit demonstrabilis. n.214.& seq.*

195. HAnc Quæstionem præmittendam duxi, ut Scoti doctrinæ soliditas, & eorum quæ contra illam afferuntur nullitas, meliùs patefacta, explodat; ubi nota.1 Quæstionem non esse de inclinatione & capacitate nativa ad cognoscendum hoc mysterium, quoquo modo illius haberi possit notitia, sive per revelationem, sive per demonstrationem habeatur: certum siquidem est, ut Subtilis *q.1. Prologi n. 21. §. Ad suppositum dico: quòd cùm intellectus passibilis quacunque cognitione naturaliter perficiatur, etiam ad quamcunque naturaliter inclinetur.* Nec in eo difficultas est, quia omnis potentia passiva naturali pondere recipit id, quod sui perfectivum est, adeòque naturaliter intellectus creatus propendet in cujuscunque veritatis cognitionem, præcipuè verò præstantissimæ veritatis, qualis est divinæ essentiæ unitas, & personarum trinitas. Et in hoc sensu Scotus *eadem quæst. Prologi §. Ad secundum, num.12.* dixerat: Deum esse finem naturalem hominis, licèt non naturaliter adipiscendum, in quam sententiam adducit locum S.August.l. de Prædest, Sanct.c.4. *posse* (Augustin.) *habere fidem, posse habere charitatem, natura est hominum.* Ex his autem inferre, Doctorem negasse formas supernaturales, est calumniam struere, de quo hîc non est agendom. Secundò, Non est quæstio de incomplexa, & imperfecta cognitione horum terminorum, *Deus*, & *Trinus*, nam ut Doctor *qu.14. Quodl.* Deus ut causa prima, adeòque unitas Deitatis, à nativo intellectûs creati lumine cognosci potest: sic & indubiè qui attenderet ad numerum ternarium, & ad significationem nominis personæ, dum Trinitatem ab aliquo propositam audit, quid ille terminus Trinitas sit, cognoscere potest. Sic Scotus *Quodl. cit. n.4. §.quod probatur,* ait: *Fidelis & infidelis contradicentes sibi de hac propositione,* Deus est Trinus, & Unus. *non tantùm contradicunt sibi de nominibus, sed de conceptibus, quòd non esset, nisi uterque haberet intellectum terminorum.* Difficultas itaque in eo solùm est, an mysterium Trinitatis naturali viâ, & per nativam intelligendi aut discurrendi facultatem inveniri valeat.

ARTICULUS I.

In quo

Quæ affirmantem quæstionis partem suadent, afferuntur.

196. (Augustin. Eugubin. Clem. Al.) REjicitur D.Thomas à Vasquez, quòd neget Philosophos habuisse notitiam Trinitatis, quasi non apertè legeretur in Patrum scriptis, quòd plures Philosophi aliquam Trinitatis notitiam habuerint, ut videre est apud Augustinum Eugubinum *l.1. & 2. de perenni Philosophia*, & apud Clementem Alexandrinum *l.5.Stromatum* de Platone. Justinum martyrem *in cohortatione ad Græcos.* Et Cyrillum *1. & 2. contra Julianum*, de Orpheo, & aliis. (Justinus martyr, Cyrillus, Augustin.)

aliis. Augustinum *l. 7. Confess.* ubi fatetur se in libris Platonicorum legisse, *non quidem his verbis, sed idem omninò multiplicibus suaderi rationibus, quod in principio erat Verbum, & Verbum erat apud Deum.* Et Claudianus Mamertinus

Claudianus Mamert. de Platone testimonium.

apud Eusebium l. 2. de præparatione Evangel. de Platone ait: Qui tantis sæculis ante puerperium Virginis, ante prædicatam summæ Trinitatis in Gentibus unitatem ineffabilem, non imitabili eloquio, quæsivit, invenit, prodidit. Et in *Epist. ad Dionysium Regem*, qui ipsum de natura Dei fuerat percunctatus, sic ipsemet Plato scribit: *De natura primi loquendum est per ænigmata, ut si quid Epistola ponto vel terra perpessa fuerit, qui legerit non intelligat: sic ergo res habet, circum omnium Regem omnia sunt, & illius gratiâ omnia existunt, illeque est causa bonorum omnium: secundum autem circa secunda, & tertium circa tertiam.* Quorum verborum sensum teste Cyrillo explicavit Porphyrius his verbis: *Usque ad tres subsistentias progredi, id est, habere divinam substantiam tres descensus, sive in triplicem numerum se propagare, esse enim supremum, altissimumque Deum ipsum per se bonum, post eum secundum Opificem dedit animam mundi, quæ anima Latinè idem est, quod Græcè ἄνεμος, id est ventus, anima enim est velut spiritus quidam.*

Cyrillus. Porphyr.

Quid de hoc mysterio Trismegistus, & Sybillæ protulerint, item Aristoteles, & alii.

197. PRæ omnibus Philosophis ad hujus mysterii, & aliorum Christianæ fidei veritatem, accessit Mercurius τρισμέγιστος id est, ter Maximus, sic dictus, non solùm ut putat Vasquez ex Suida, quòd verba fecerit de Trinitate: sed ut Franciscus Flussas *in præfat. in Mercurii Pimandram*, quod juxta vetustos Ægyptiorum mores, à Maximo Philosopho in Sacerdotium vocaretur, à maximo verò Sacerdote in Regem accitus esset, unde ter maximum illum dici Philosophum, Sacerdotem ac Regem, receptum est. Sic verò ait de hoc mysterio: *l. 1. cui titulus Pymander c. 1. n. 6.* τὸ φῶς ἐκεῖνο, ἔφη, ἐγὼ νοῦς ὁ σὸς θεός, &c. *Lumen illud, ego mens Deus tuus sum, qui sum ante naturam humidam, quæ ex tenebris eluxit. Quòd autem ex mente* lucidum *Verbum* (non ut refertur apud Frassen *Tract. 3. de Deo, d. 1. quæst. 2. num. 11. humidum*) *Dei Filius est*; sic enim sonat littera originalis φωτεινὸς λόγος υἱὸς θεοῦ, idque mox explicans, quòd Pater sit lumen & mens, ex qua est Verbum, *Quod*, inquit, *in te videt, & audit, Verbum Domini: mens autem, Pater Deus, non etenim sejunguntur à se invicem, unitas namque horum est vita*, ultrà autem *num. 9.* exprimit Spiritum sanctum quoque. *Mens autem Deus ambisexus existens vita, & lumen, ut Author peperit Verbo alteram mentem opificem, qui Deus ignis & Spiritus existens, &c.* Idem Mercurius *c. 13. in Hymnodia seu cantione arcana, num. 19.* [Greek illegible] ζωὴ φώτιζε φῶς πνεῦμα θεέ. *Totum quod nobis est ô vita serva, ô lux illustra. O Spiritus Deus.* Et mox: O Spiritus, lator, opifex, Tu es Deus. Omissis verò aliis multis id adhuc addo testimonium ex collectaneis Suidæ, & habetur in Pimandra Mercurii, *cap. 15. ad Tat Mercurii filium, num. 12. Erat lumen intelligibile ante lumen intelligibile, & erat semper mens à mente lucens, ac nihil erat hujus unitas quam Spiritus omnia circumplectens,* & statim: *Extra hoc non est Deus, non Angelus, non essentia quæpiam alia: Omnium enim Dominus & Pater, & Deus: & omnia sub ipso, & in ipso sunt. Nam Verbum ejus absolutissimum extat & fœcundum ac opifex in fœcunda natura.* Ad hunc textum sequitur apud Vasquez *1 p. d. 132. c. 1. n. 4. & aqua fœcunda prolificam fecit aquam. Ideò*, inquit, *videtur dixisse Verbum divinum fœcundam fecisse aquam, quia ex aqua volatilia, & aquatilia animalia produxit*, ut refert *Script. Gen. 1.* verum quod ὡς ἐν παρόδῳ ut aiunt, hîc addimus, de hoc dubium esse potest, quia textus originalis Græcus sic sonat παῖς ὢν καὶ γονίμῳ ὕδατι ἔγκυον τὸ ὕδωρ τὸν ἄνθρωπον ἐποίησε id est, *Filius existens, & aqua fœcunda conceptum hominem facit.* Ubi potiùs videtur præludere Baptismo, ut homo respectu generationis sit quasi conceptus, generatus autem per lavacrum regenerationis in aqua fœcunda: seu ut habet *c. 4. n. 4.* immersus in craterem spiritu refertum, & ablutus, homo fiat id, ad quod natus, &c. Porrò finit Mercurius testimonium suum de Spiritu S. allatum ex ipso *c. 15. n. 2.* in fine, hoc modo: *Adjuro te ô cœlum, Dei magni sapiens opus, adjuro te ô vox Patris quam primam effatus est, quando universum firmavit mundum, adjuro te per unigenitum Verbum, qui cuncta circumambis* ἵλαος ἵλαος ἔσο propitius, propitius esto. Huic accedit Zoroastes Chaldæus, ita scribēs: *Monas genuit duadem, & in toto mundo lucet trias.* Cui consonat illud quod circumfertur ex citato Trismegisto: *Monas genuit Monadem, & in se suum reflexit ardorem.* Quod significat, Patrem unicum genuisse unicum Filium, eosque sese ardenter amando spirasse Spiritum S. qui est amor procedens.

Unde Mercurius Trismegistus dictus.

Aperitur mysterium Trinit.

His adde vaticinium *Sybillæ Cumanæ*, vel ut alii *Eritbrææ*, vel ut legitur in chronicis de ætatibus mundi impressis Augustæ à Joanne Schenkenger, *ætate v. fol. 111. Thyburtina.* Quo Verbi divinitas, incarnatio, & passio tam clarè referatur, ut clariùs referari nō posset, ut videre est apud S. Aug. *18. de Civ. c. 23.* ubi sic ait: *Vir clarissimus Flavianus, cùm de Christo colloqueremur, græcum nobis codicem protulit, carmina esse dicens Sybillæ Eritbrææ* (quam, ut suprà, alii vocant *Cumanã*) *ubi ostendit quodam loco, in capitibus versuũ ordinem literarũ ita se habentem, ut hæc in eo verba legerentur* Ἰησοῦς χριστὸς θεοῦ υἱὸς σωτήρ, *Jesus Christus Dei Filius Salvator.* Adducitur etiã à nonnullis in hanc rē Arist. *l. 1. de cœlo c. 1. text. 2.* dicens: Ipsa tria omnia sunt, & ter ipsũ omni ex parte. Et *textu 3.* Nam ut Pithagorici

enā inquiunt, ipsum omne ac omnia tribus sunt definita; finis enim, medium atque principium ipsius omnis numerum habent, hæc autem Trinitatis.

Quid censerint Theologi de hoc.

199. NOn defuerunt etiam Theologi, quos à duce & Magistro suo *Raymundo Lullo*, Lullistas vocamus, qui naturaliter in Deo tres personas demonstrari posse censebant; an autem supposito lumine fidei, vel ex solis naturæ principiis, infrà *art.3. §.5.n.212.* videbitur. Huicque sententiæ favet Henricus *Quodl.8.quæst.4.* Richardus de S. Victore *l.1. de Trinit.c.4.* quē tamen in alium sensum benignè interpretatur D. Thomas *1.p.quæst.32. ad 1. in solutione secunda.* Quantum verò ad Raymundum, putat ille, in *libro, quem Apostrophen vocat;* & *in lib. sentent.* in principio, ubi disputat, an Theologia sit scientia: & in lib. de demonstratione æquiparantiæ, & alibi sæpè. Putat, inquam, Tria de hoc mysterio demonstrari posse 1. plures esse in Deo personas. 2. Nec plures, nec pauciores esse, quàm tres. 3. Has personas esse Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum. Primum sic demonstrat 1. Ubicunque est concordia, ibi etiam est pluralitas; in divina bonitate autem est concordia: ergo in divina bonitate est pluralitas. Min.prob. Ubicunque est actus, quem ipse appellat *bonifacere*, ibi est concordia agentis, & acti in ipso actu; in divina bonitate verò, ibi est actus: ergo est ibi, ait, concordia bonificativi & bonificabilis in actu bonificandi. Secundò: Ubicunque est æqualitas, est distinctio inter ipsa æqualia, sed in divina bonitate est æqualitas inter bonificativum, & bonificabile: ergo est ibi pluralitas. Majorem relinquit, sicut & superiùs, ut notam, Minorem verò eodem modo probat, quo suprà.

Secundum verò, scilicet hanc pluralitatem esse Trinitatem, sibi visus est sic demonstrare: illa essentia censetur in majoritate actionis, in qua sufficit unica actio, unica passio, & unicus actus: hoc est, illa essentia est perfectissima in agendo, quæ est communicans se perfectissimo modo; seu, illam essentiam esse in agendo perfectissimam, in qua tantùm reperitur unicum agens seu producens, unicum productum, & unicus actus: ponit exemplum, *bonificativum, bonificabile,* & *bonifacere,* qui sunt termini *schola Lulliana.* Sed divina bonitas est perfectissima in producendo: ergo tria illa tantùm debent esse in ea. Majorem hujus demonstrationis probat; quia si in eadem essentia essent plures actiones, una limitaret aliam; quod esset magnæ imperfectionis, ac proinde talis natura non esset in majoritate actionis. Quod iterùm alio confirmat medio: Illa essentia est in majoritate distinctionis, in qua est unicus distinctivus, generativus, seu productivus, unicus etiam distinguibilis, generabilis, & producibilis, & unicum distinguitur per spirare & amare: divina autem bonitas est in majoritate distinctionum: ergo in divina bonitate illa tria sufficiunt. Et mox infra se explicans ait: intendimus dicere quòd est unicus generativus & distinctivus respectu Filii, & hic est Pater divinus; & unicus distinguibilis, generabilis, & producibilis respectu Patris, & hic est Filius; & unicum distinguere per amare, & spirare, & hic est Spiritus sanctus.

Tertiò demonstratum vult esse Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, hac ratione: omne id concedi debet in divina bonitate, per quod bonificativum est in majoritate actionis, & bonificabile in majoritate passionis, vel id est Deo tribuendum, quod habet perfectiorem modum producentis & producti: hoc autem fit per Paternitatem, & Filiationem: ergo in Deo, ratione actionis & passionis, id est ratione producentis & producti est Pater, & Filius. Quare bonificativum erit Pater, bonificabile Filius. Min.prob. quia perfectissimus modus producendi est Patris respectu Filii, hic enim de tota sua substantia Filium generat. Debere autem etiā Spiritum sanctum esse, probat; quia unum illud concedendum est in divina bonitate, per quod bonificare est in majoritate actionis, id est, per quod est perfectissimus actus, bonificantis, & bonificabilis, hoc autem fit per amare: ergo in divina bonitate concedendum est amare, quod appellamus Spiritum sanctum. Min. demonstrat: quia bonificare sine amare, non esset infinitum, ac proinde non esset perfectissimum, nec in majoritate actûs. Vide plura de his, & pro terminorum Lulli explicatione, *Arborem illius divinalem. cap. de numero ternali divinali fol.121. impress. Lugdun.*

Illa ternaria pluralitas est Pater, Filius, & Spiritus S.

Notat tamen Raymundus Lullus, demonstrationes hujus mysterii non esse à priori, sed neque à posteriori, sed æquiparantiæ. Vocat autem demonstrationes æquiparantiæ, quia nec per causam sunt, cùm nulla sit causa Trinitatis: nec ab effectu, quia effectus Dei ab alio procedunt, non quà Trino, sed quà Uno. Asserit nihilominus has demonstrationes deduci ex propositionibus prioribus, non quia illæ sint priores conclusionibus, cùm nulla ibi sit causa prior; sed quia illæ non habent alias priores, adeoque has demonstrationes adeò vult evidentes esse, ut non solùm Gentilem, & Mahumetanum convincere valeant, si eas penetrare velit; sed ea etiam semel à viris doctis, elevatum intellectum habentibus, habitá, putat in ipsis circa hoc mysterium non ampliùs manere fidem. Et quando dicitur sic tolli doctis meritum fidei: Respondet nos non esse creatos ad meritum fidei, sed ad laudandum Deum, quem finem nihilominus consequimur, etiamsi tolleretur meritum fidei. Voluit itaque hujus mysterii fidem remanere apud illiteratos, & rudes, qui trahuntur per fidem; Subtiles per rationem.

Lullus demonstrationes æquiparātia quid explicet.

Hisce

200 Hisce Theologis denique Alphonsus Toletanus *1.d.2.qu.1.art.1.* & Ockam *ibidem*, connumerare volunt hanc in rem Scotum *1.d.2. quæst.7.art 3.§. Quia sicut dixi.* Et infrà *n.18. §. dico tunc ad quæstionem.* Ubi sic habet: Quidquid de ratione sua formali, & sine imperfectione est principium productivum sufficiens, illud in quocunque reperitur est illius principium productivum: at memoria fœcunda, id est, intellectus habens objectum actu intelligibile sibi præsens, ex ratione sua formali est principium productivum Verbi. Similiter (ut mox infrà Doctor post additio-„nem) voluntas perfecta habens objectum „amabile actu cognitum sibique præsentatũ, „ex ratione sua formali est productiva amo-„ris perfecti: ergo memoria perfecta, & „voluntas perfecta, in quocunque reperiun-„tur, sunt productivæ Verbi, & Amoris; re-„periuntur autem in Deo: ergo cùm in Deo „sit idem esse & posse, de facto sunt produ-„ctivæ Verbi, & Amoris. Non producunt „autem Verbum, & Amorem distinctum à „natura dicentis, quia hoc est imperfectio-„nis in creatura intellectuali, & quantò ali-„quid perfectiùs ad intra procedit processu „intelligibili, tantò magis, ut inquit D.Tho-„mas *1.p.quæst.27.art.1 ad secundum.* est unum „cum eo à quo procedit; nam manifestum „est, ait, quod quantò aliquid magis intelli-„gitur, tantò magis conceptio intellectualis „est intima intelligenti, & magis unum. Et „mox infert: unde cùm divinum intelligere „sit in fine perfectionis, necesse est, quòd „Verbum divinum sit perfectè unum cum „eo à quo procedit absque omni diversitate. „Ita cum proportione de voluntate discur-„rendum est, quòd quantò perfectiùs res a-„matur, tantò magis unitur amato, proinde „fit ut divinus Amor sit cum eo, à quo pro-„cedit, perfectissimè unum. Et sic per na-„turalem discursum non solum habemus du-„as processiones, unam Verbi, alteram A-„moris; sed etiam tres personas, unam quæ „dicit Verbum, alteram ipsum Verbum à co-„gnoscente & dicente illud, tertiam quæ ex „mutuo complexu Verbi, & dicentis Ver-„bum procedit, & est Amor. Verbum au-„tem est Filius, seu notitia genita quæ est Fi-„lius Patris, quia procedit per modum simi-„litudinis cum principio vitæ conjuncto, „quæ processio est generatio. Amor deni-„que ab utroque procedens est Spiritus san-„ctus, qui procedit per modum spirationis, „& impulsus ad amatum.

D.Thom.

Apparet Trinitatis ostensio.

Secundò allegant Scotum *2.d.3.quæst.9.nu.* „*6.§. Ad quæstionem igitur respondeo aliter.* Li-„cèt enim ibi principaliter agat de notitia „abstractiva Deitatis, tamen *infrà num.16.re-*„*spondendo ad tertium. §. Et si objicitur contra* „*istud.* Illud extendit ad Deitatis notitiam, „ut est *in tribus suppositis*, ut Lychetus *in Com-*„*ment.n.17.* in notabili allato innuit.

ARTICULUS II.

In quo

Resolvitur caput Quæstionis pro parte negativa.

201. PErspicuum est, & experientia quotidiana certum posse ex hoc mysterio à fidelibus credito, vel solùm etiam in sacris Litteris expresso, ingenerari audientium vel legentium animis opinionem quandam naturalem, & fidem humanam de veritate ejusdem, qualem ipsi infideles, quando audiunt illud à fideli prædicatore enunciari, illud naturaliter apprehendendo habere possunt, sive credant, sive non; & qualem de facto habent hæretici, quos videmus firmissimè assentiri huic mysterio, ut etiam omnem de opposito formidinem excludant, imò perfectiùs quàm ulli veritati scientificæ, ut parati sint pro illa veritate retinenda mortem subire: quam tamen veritatem, cùm illam sibi non vendicant, ex parte motivi, quod verè humanum est ac fallibile, sed ex parte subjecti, ideò assensus ille simpliciter incertus est ac imperfectus. Similiter fideles cum recordantur se aliquando actum fidei elicuisse circa hoc mysterium per actum recordandi naturalem illud apprehendunt; estque idem de his, qui habuerunt evidentiam revelationis, & de Angelo, & de anima cognoscente visionem & fruitionem suam beatificam. Pari ratione quidam Philosophi & infideles, in sacris Litteris aut fidelium sermone de Trinitate instructi, illud naturaliter apprehendunt, licèt infideles aliorum quæ necessaria sunt ad credendum, ex ignorantia aut voluntatis defectu non conceperint veram fidem.

ASSERTIO.

Imposſibile eſt ſine revelatione, aut divina inſtitutione per viam inventionis propriam, poſſe creaturam ſuo veluti marte probare, ſimpliter eſſe Trinitatem in Deo, multò minùs comparare ſibi poteſt certam ac evidentem hujus myſterii notitiam. Hæc eſt communis Scholaſticorum.

Matth. *Lucas.* *Concil. Nicæn.*

202. HAnc Aſſertionem expreſsè innuit S. Scriptura *Matth. 11. & 27. Nemo novit Filium niſi Pater, neque Patrem quis novit niſi Filius, & cui voluerit Filius revelare.* Et Luc. 10. *Nemo ſcit quis ſit Filius, & quis ſit Pater, niſi Filius, & cui voluerit Filius revelare.* Quæ loca adducit *Concil. Nicænum l. 2.* Ad probandum divinæ generationis myſterium eſſe penetratu impoſſibile. Et 1. *Timoth. 6. v. 16.* Deus dicitur *lucem inhabitans inacceſſibilem.* *Hebr. 11.* fides aſſeritur *argumentum, rerum non apparentium.* Quòd præterquàm Matthæus & Lucas perſpicuè loquantur de hoc myſterio, ſi reliqua de aliis ad fidem pertinentibus ſint intelligenda, multò magis de hoc myſterio accipi debent, quòd inter omnia à lumine naturali remotiſſimum, & cognitu difficillimum eſt, imò ferè aliarum fundamentum exiſtit. Unde rectè ait Epiphanius, *Hæreſi 76. Omnia prætervolant, & excedunt, & omnem cauſam ſyllogiſticam relinquunt doctrinali illi ex Scriptura ſententia, nempe nemo novit Filium, niſi Pater, neque Patrem, niſi Filius, & cui is revelavit; revelat autem per Spiritum ſanctum, non his qui de ipſo per ſyllogiſmos ratiocinantur, ſed qui in ipſum legitimè, & perfectè credunt.* Confirmatur ex illo Matth. 16. ubi cùm Petrus Chriſtum Dei Filium confeſſus eſſet, audivit: *Caro & ſanguis non revelavit tibi, ſed Pater meus.* Ubi confeſſionis hujus illapſum non ab homine, ſed deſuper eſſe, atteſtatur Chriſtus. Ubi & benè notavit Smiſing *Tom. 1. de Deo Trino, d. 1. q. 2. n. 17.* loquitur Chriſtus de illa revelatione per carnem & ſanguinem, quæ adæquatè opponitur revelationi Patris cœleſtis, qualis non ſolùm eſt illa, quæ per ſenſum emendicatur, ſed omnis & quæcunque naturalis cognitio, ſeu quomodocunque naturæ viribus compacta, quam Chriſtus ſub illo exemplo de carne & ſanguine à captu hujus myſterii intendebat excludere. Ita hanc Scripturam intellexerunt, Concilium Nicænum *l. 2. §. Ne quæras.* ut extat *in Tom. 1. Concil. fol. 316. Editionis Colonienſis Severini Binij.* S. Athanaſius *in Epiſtola ad Serapionem.* Auguſtinus *1. de Trinit. c. 1.* Ambroſius *de fide, ad Gratianum, c. 5.* Juſtinus *in expoſitione fidei.* Hilarius *l. 1 de Trinit.* Et S. Cyrillus *in oratione de Verbi Incarnatione*, quam habuit in Epheſina Synodo, dicens: *In ipſam rem curioſius noli inquirere, non enim per Græcorum ſapientiam, aut mundanum ſenſum percipitur, ſed ab utroque eſt aliena.* Beatus es Simon Bar-iona, *inquit Dominus*, quia caro & ſanguis non revelavit tibi, ſed Pater meus, &c. *nam Filius Dei, cognitio cœleſtis, divinaque inſpirationis donum eſt.* Conſonat etiam S. Dionyſius *l. de divin. Nomin. c. 13. §. 3.* dicens: ὐδὲ μονὰς ἢ τριὰς, ὐδὲ ἀριθμὸς, ὐδ᾽ ἑνότης ἢ γονιμότης, ὐδὲ ἄλλο τὶ τῶν ὄντων, ἤ τινι τῶν ὄντων συνεγνωσμένων ἐξάγει τὴν ὑπερπάντα καὶ λόγον καὶ νοῦν κρυφιότητα τῆς ὑπερπάντων ὑπερθεότητος, &c. *Nulla monas aut Trias, neque numerus, neque unitas aut fœcunditas, neque quidquam aliud eorum quæ aut ſunt, aut eorum quæ alicubi exiſtentium cognita ſunt, arcanum illud omnia ſuperantis divinitatis, quod rationem omnem mentemque vincit, enunciavit.* Et S. Auguſtinus *Tract. 39. in Joannem. Eſt aliquid ineffabile, quod verbis explicari non poteſt, ut numerus ſit, & numerus non ſit:* numerus videlicet perſonarum, quarum quælibet Deus eſt, ſine numero naturæ multiplicatæ numericè. Huic concordat, quod idem S. Doctor refert c. 6. in illa verba Joannis: Sunt quidam in vobis qui nõ credunt: *Evangeliſta, ait, non dixit quidam in vobis qui non intelligunt, ſed cauſam dixit quare non intelligunt, ſunt enim quidam in vobis, qui non credunt; & ideò non intelligunt, quia non credunt, Propheta enim dicit, Niſi intelligeretis, non credetis.* Cui alludit S. Gregorius Nazianzenus *Orat. de Theolog. num. 67.* Ducem potiùs fidem, quàm rationem ſequamur, ſi modò ingenii tui imbecillitatem in propinquioribus didiciſti, rationiſque indolem cognoviſti, ut quænam ſint ea, quæ rationis humanæ captum excedunt, agnoſcas, ne alioqui pronus terrenus ſis, ipſam quoque ignorantiam tuam ignorans. Sanctus verò Hieronymus *in c. 18. Iſaiæ*, ſic ait: *Trinitatis recta confeſſio, eſt ſcientia ignorantio.*

Epiphan. Trinitatis myſterii difficillimum.

Smiſing. Quis intellectus horum verborũ: Caro, & ſanguis nõ revelavit tibi.

Conc. Nicæn. Athanaſ. Auguſt. Ambroſ. Hilarius, & Cyrill.

Dionyſius.

Auguſtin.

203. Probatur etiam ratione. Non poſſumus pro hoc ſtatu Deum agnoſcere immediatè ſicut eſt in ſe, oportet proinde, ut omnem naturalem notitiam, quam de Deo habemus, ex creaturis colligamus, ſive per viam cauſalitatis, & à poſteriori, ſive per viam ſimilitudinis; atqui ex creaturis neutra via nobis demonſtrari poteſt myſterium ſanctiſſimæ Trinitatis, ergo. Non *Prima*, quia ex creaturis, quæ ſunt effectus Dei ab illo prodeuntes, non quâ Trinus, ſed quâ Unus eſt, non aliter ducimur in cognitionem cauſæ, niſi ſecundùm eam rationem, ſecundùm quam procedit ab illa, v. gr. ex eo quòd animal ſentit, & vegetari

Quâ viâ de Deo notitia obtineri poſſit.

gerari videamus, non intelligimus illud animâ rationali præditum esse, esto si animam rationalem haberet, sit eadem anima in illo, quo & actum intelligendi,sentiendi, & cogitandi exerceat,non tamen nisi secundùm diversos perfectionis gradus: ita licèt creaturæ procedant à Deo, qui Trinus, & Unus est, non tamen quà Trinus,sed quà Unus,& prout est ens à se, quòd sit rerum omnium principium. Quæ ratio cùm sit communis omnibus personis, ac in omnipotentia consistat,non potest nobis peculiares manifestare rationes Trinitatis constitutivas.

204. Confirmatur ex Scoto *Quodl. 14. num. 11. §. De scientia autem.* Illud non potest sciri de Deo per creaturam, quo circumscripto remanet in causa, quidquid est necessarium ad causandum; sed circumscripta per impossibile Trinitate, haberetur quidquid in Deo necessarium est ad causandum creaturam: si enim per impossibile unicum in Deo esset suppositum (accipiendo suppositum pro aliquo per se stante simpliciter, licèt non incommunicabiliter ut *hîc*, & *1.d.4.quæst.2.* accipit,dicens: quòd hæc sit primò vera, *Deus creat*,prout ly Deus non supponit pro aliqua persona, sed pro hoc Deo singulari) tunc æquè talem haberet,& eandam vim infinitam producendi, quam habet de facto: ergo ex cognitione creaturæ à Deo procedentis, non potest cognosci ipsa divina personarum Trinitas.

Nec altera via ex creaturis notitiam Trinitatis colligere licet: cùm nihil huic mysterio proprium nobis ostendunt; cùm enim species ab aliquo ente creato immediatè derivatæ illud solùm repræsentent, non verò aliud ens, & intra totum genus creaturæ nihil habeatur, quod in se unum & simplex identificetur pluribus realiter distinctis, quin potiùs creaturæ, non solùm universali illo & constanti principio *Quodlibet est, vel non est*, sed etiam ex alio illo lumine naturæ noto principio: *Quæ sunt eadem uni tertio sunt eadem inter se*,intellectum aliunde non confirmatum in partem Trinitatis oppositum violenter abducet. Si enim est realiter unus, quomodo Trinus? quod idem videri potest ac non realiter unus: quod licèt verum sit, nequit tamen intellectum evincere, qualiter illa natura in divinis realiter identificetur cum tribus suppositis, & non ipsa inter se supposita. Plura de hoc *in seq.Controv.*

ARTICULUS III.

In quo

Discutiuntur & enervantur,quæ pro parte affirmativa Art. 1. suprà allata,ubi unde Philosophi hauserint notitiam Trinitatis?

§. I.

205. *D. Thom.* GEneraliter ad ea quæ *suprà num.196.art.1.* relata sunt, vel responderi posset cum D.Thom. *1.p.qu.32. art 1. Ad primum*: Philosophos non cognovisse mysterium Trinitatis per propria,quæ sunt Paternitas,Filiatio,& processio; cognovisse tamen essentialia attributa,quæ appropriantur personis, v. gr. Potentia Patri, sapientia Filio, bonitas Spiritui sancto. Sed quidquid sit de hoc, cùm hujus contrarium Patres referant, responsio rejicitur ab aliis, prout notavimus *suprà nu.196.* Primò quidem, quia vel ipsam notitiam potuerunt accipere ex ipsa traditione,quæ ab Adamo usque ad Noë, & ab hoc usque ad Abraham profluxerit; Abraham posteà, & Moyses illam notitiam Gentilibus in Ægypto familiarem fecerunt, ex quibus posteà, ut refert Justinus martyr *in orat.ad Gentes*,& Cyrillus Alexandrinus *l.1.& 2. contra Julianum*: ad alios disseminata extitit. Vel ut censent alii, Philosophi hanc suam de hoc mysterio notitiam hauserunt ex libris Moysis, & Prophetarum,vel ex traditione Hebræorum, & Chaldæorum,apud quos notitiam Trinitatis primævis eorum Patriarchis revelatam, remanere potuisse, non est dubitandum. Vel denique vaticinia Sybillarum, quæ de Filii divinitate clarè sunt vaticinatæ, ad hosce Philosophos pervenerunt; vel ex Oraculis dæmonum, quale apud Vasquez *loc. suprà cit.* protulit *Apollo Delphicus*, rogatus à Sacerdote de vera Religione,refertque Eugubinus *lib. de perenni Philosophia,c.19.*in hæc verba: *Eugubinus*

Abraham Moyses. Unde Philosophi haurire potuerunt Trinitatis notitiam. Cyrillus Alexandr.

Nec me scisciteris de sancto ac divino Genitore,
Et sobole chara,& rebus Magni Induperantis,
Et flatu, qui mundum adstrictum continet omnem
Mente; tellures,fluvios,mare,tartara & ignem,
Aëraque: heu templis his me discedere coget.

Aliud oraculum refert Vives *lib.10. de Civit.c.23.*de Serapide,qui consultus à Tule Ægypti Rege,quisnam esset beatior, sic respondisse fertur:

Principio Deus est, tum Sermo, & Spiritus illis
Additur; æquera hæc sunt & tendentia in unū.

Dæmon subinde veritatem fassus ex malo fine.

Neque mirum alicui videatur, etiam mendaciorum patrem, aliquando extitisse sanctissimæ Trinitatis Præconem: quia tres personas detegendo, affectavit tres Deos animis hominum invehere, ut satis declarant Philosophorum errores. Unde non immeritò Plato vocatur *Arianorum prodromus*, tres enim ponebat Deos, scilicet summum Deum, Demiurgum, & animam; sed duos posteriores dicebat esse creatos, & summo Deo longè inferiores, quod penè ipsius Arii fuit commentum. Hinc Tertullianus Philosophos, maximè Platonicos, *Hæreticorum Patriarchas*, optimo jure dixit.

§. II.

De Platone, & Sybillis.

Cyrillus Alexand. Justinus mart. Euseb. Aug. Sybilla per revelationem agnoverunt Trinitatem. Cyrillus Alexand. Lactant.

206. Ex his facilè colligi poterit, quid ad Platonem specialiter responderi debeat, hunc enim ex libris Mosaicis, vel à Judæis, notitiam Trinitatis accepisse, arbitrantur Cyrillus Alexandrinus, Justinus mart. *loc. cit.* Eusebius, *l. 11. de Preparat. Evang. c. 10.* Augustinus *l. 2. de Doctrina Christiana, c. 28.* & *l. 18. de Civit cap. 23.* & alii, quos citat & sequitur Eugubinus *l. 1. de perenni Philosoph.* De Sybillis verò plerique asserunt cum Clemente Alexandr. *l. 6. Strom.* Lactantio *l. 4. divin. Justificat. c. 6. & 7.* illis non ex Scriptura vel traditione, sed per divinam revelationem immediatè innotuisse SS. Trinitatis, & Incarnationis mysterium. Vide D. Thomam *2. 2. q. 2. art. 7. ad 3. & quæst. 172. art. 6. ad primum.*

§. III.

De Trismegisto.

Flussas. Functius. Quando Trismegistus floruerit.

207. De Trismegisto ut loquar; ejus dictum, *Monas genuit Monadem*, &c. D. Thomas vult referendum esse non ad generationem Filii, aut ad processionem Spiritus sancti, sed ad productionem mundi, quia unus Deus produxit unum mundum, propter sui amorem. Alii econtrà idem de Trismegisto, quod de Sybillis, sentiunt, quod nimirùm diviuitùs fuerit inspiratus, nec quidquam ex libris Mosaicis habere potuerit, quia ut Franciscus Flussas in *sua præfatione ad Lectorem* ex Joanne Functio refert, Mercurius iste floruit annis 21. ante legem Moysi datam in deserto, anno exitus Israëlis de Ægypto. Alii volunt quòd sit Saturni filius, qualem se etiam c. 10. num. 5. profitetur; Floruit autem Saturnus Sarug atavi Abraham temporibus, quare Mercurius ante, vel circa Abrahæ tempora floruisse putandus est. In hac rei vetustate, & ambiguitate, Flussas consultis antiqui illius Græci Suidæ scriptis, quæ de Mercurii tempore dixerit, loc. suprà cit. ex Suida refert: *Mercurium Trismegistum sapientem Ægyptium floruisse ante Pharaonem; Pharaonem autem fatetur idem, illum fuisse Ægypti Regem, qui sequentibus nomen indidit. Quare si primum Pharaonem præcesserit, non citra trium horum Patriarcharum tempora fuisse constat, cùm Abraham, Isaac, & Israelis tempore jam adessent regno Pharaones*; manifestum proinde erit, hunc Mercuriū non habuisse ab illis, multò minùs à Moyse libris notitiam Trinitatis.

Flussas. Mercurii Trismegisti admiranda eruditio divinitùs inspirata fuit.

Sed quidquid de hoc sit, certum est primò, quod meritò vetustissimorum Scriptorum Author habeatur, ut quod literarum, & Scripturæ primordia invenerit, quantum itaque ad illius notitiam, sic lego apud prætactum Flussatem *in Epist. Dedicatoria ad Maximilianum IV. Imperatorem*: (Mercurius Trismegistus rerum divinarum notitiam assecutus est, nec solùm eam, quæ prioribus tam fœlicis copulæ Christi cum homine Paranymphis à summo Deo revelata est, sed etiam, quæ intimis ipsius Christi sequacibus, cernentibus & astantibus vix agnita fuit. Quam non minus præclarè descripsit, quàm si à Servatoris corporeo consortio à cunabulis edoctus fuisset: nimirùm hic unus inter eos, qui olim divinitùs inspirati sunt, de omnipotentis Dei essentia solerti admodum eloquio quamplurima detegit, mundi facturam, hominis ad Dei imaginem & similitudinem opificium, ejusdem insuper tantæ miseriæ lapsum, hujus denique lapsus amplioris felicitatis medelam, undique Deum incorporeum ac extra materiam sciscitandum edocet. At si exigua sint hæc, & antiquos divini nutus nuntios nihilo antecellentia, aderant quamplurima, quæ à Moyse, Prophetis, ac quibusvis Christi patefactionem præcedentibus silentio prætermissa sunt, Mercurio huic ter Maximo patefacta; qualia sunt de Triade summa uno Deo sermo: Divinum insuper Verbum Patris Filium, ac à Patre, & Verbo Spiritum ignis, & Spiritus Deum, prolatum, cunctorum operatorem fuisse: Verbum autem unum hominem divino nutu regenerandorum [illegible] extitisse: ab hoc insuper regenerandi solo effectu salutem pendere. Cratere item spiritu referto sacrosanctum aperit Baptisma; corporibus officio functis ad sua munia reditum pollicetur. Precationes demum Omnipotenti Deo prolatas, per Verbum offerri jubet) Quæ sanè sunt mysteria nostræ fidei, temporibus Mercurii Trismegisti notci impossibilia sine divina revelatione, ut dubitari non debeat, hunc ter Maximum Mercurium, non secùs ac Sybillas, immediatè à Deo fuisse edoctum.

§. IV.

Quid de Aristotele.

Ad Aristotelem benè notat D. Thomas *1. p. quæst. 32. art. 1. ad primum.* non esse sic intel- 208.

Aristot. explicatur, quomodo tria unum sint.

sic intelligendum, quòd ipse poneret ternarium numerum in divinis, sed vult dicere quòd antiqui utebantur ternario numero in Deorum sacrificiis celebrandis, propter eandem numeri ternarii perfectionem, ut patet textum Aristotelis intuenti, quòd præter tres magnitudines, quarum prima est linea, quæ est ad unum: secunda, superficies, quæ est ad duo: & tertia quæ est ad tria scilicet corpus, nulla alia sit magnitudo, propterea ait: tria sunt omnia, id est, quòd corpus sit tribus definitum, & ideò perfecta magnitudo. vide ipsũ in fonte.

§. V.

Quid de Raymundo Lullo.

209 *Impostura contra Lullum.*

OPtimè Smising suadet Doctores illos, qui proponunt hoc Mysterium esse naturaliter demonstrabile, non esse sequendos. Quãtum verò ad Raymundum Lullum apud varios scabiosè & malè audit, variæque de illo circumferuntur opiniones, ut videre est apud Bernardum Luthembergensem *lib. adversùs hæreses, sub litera* R. Prateolum *in Elencho Hæreseon V. Raymundus Lullus.* Bzovium *in Annal. Eccles. ad Annum 1260. & 1312.* & *Tom. 2. Histor. Franc. sub Carolo IV. pulchro Rege Franc. in fine, pag. 427.* Qui omnes vehementer & indefesso conatu eum condemnant tanquam Histrionem, magnum hæreticum, & perditæ memoriæ hominem, temerariè à dæmone illusum has rationes excogitasse, & tanquam à Deo revelatas populo tradidisse: imò illis videtur Christiano nomine indignus, qui Lullum Orthodoxum dixerit, ut videre est apud Arturum *in Martyrol. Francisc. 3. Calend. Julii fol. 279 n. 6.* Certè tantâ labe nisi prius emaculetur, indignum habeo, ut illi respondeamus ad ea, quæ *supra n. 199.* ex ipso producta sunt. Unde licèt hic Historicum agere nolim, præmittendum tamen primò, quo fundamento & jure illum contaminatæ memoriæ hominem dixerim; deinde quid de Doctrina hujus Authoris sentiendum.

210. *Lullus gloriosè vindicatur ab illatis calumniis.*

Quantum ad primum, multa hâc de re affert Vasquez *1. p. d. 133. c. 4.* pro defensione Lulli, & falsitate Aimerici, ex cujus subreptitia Bulla Apostolica ipsius Gregorii XI. ab Aimerico perperam conficta, ut Plagarius & Falsarius litterarum Apostolicarum declaratus est; cujus rei processum ordine juris habitum, ac sententiam datam, adducit Vasquez *loc. cit.* Daza, Pineda, Lope-Paez, Cavellus & alii, de quâ re editus est liber Anno 1604. cum hâc inscriptione: *Sententia diffinitiva in favorem Lulliana doctrina, Juris ordine, & Apostolicâ Authoritate lata, & in veritatis triumphum, ejusque gloriosè vindicationis memoriam denuò impressa, & principalibus scriptis munita.* & mirum sanè videtur Tridentinum Concilium opera Raymundi non retulisse ad catalogum librorum prohibitorum; constat namque inter acta

Vasquez, Pineda, Lope-Paez, Cavellus.

privata Concilii de doctrina Lulli scrutinium fuisse factum, atque ab omni errore hæreseon immunem inventam, & defensam opera Billetæ Doctoris Barcinonensis: & licèt Raymundus contrariam sibi aliquando habuerit Universitatem Parisiensem, teste Gersone *in Epist. ad F. Bartholomæum Carthusianum: Quæ licèt* (puta Raymundi Lulli doctrina) *in multis altissima & verissima, quia tamen in aliis discrepat à modo loquendi Doctorum sacrorum, & à regulis doctrinalis sua traditionis, & usitata in scholis, ipsa edicto publico repudiata prohibitaque est.* Verùm postquam sacra facultas libellos supra Raymundi doctrina, ipsosque Lulli libros minimè hujusmodi erroribus conspersos, sed quod illi falsò assignatur ex doctrina sua perperam intellecta, perspicaciori mentis indagine revolvisset: Eum à se prius rejectum approbavit, uti refert Ludovicus de Paramo, contra hæreticam pravitatem in Regno Siciliæ Apostolicus Inquisitor, & sacrorum Canonum egregius Doctor *Tom. 2. quæst. combust. libr. tit. de Raymundi Lulli doctrina.* Idque confirmat Lucas *Waddingus lib. de Scriptor. Ord. Min.* ubi sic de Lullo scribit: *Martyrii gloria invidiam omnem superavit, si quid aliunde livor objiciat, hoc uno argumento retunditur, quòd pro Christo animam posuerit, eique se totum obtulerit in holocaustum.* Fuit autem teste Arturo *supra cit.* quando Martyr occubuit lapidibus à Saracenis obrutus die 29. Junii, ætatis suæ 70 annorum. Et mox: *apud Baleares Majoricæ & Minoricæ Insularum incolas, Raymundus hic noster in summo habetur honore,* nec quidquam venerationi, præter solemnem Apotheosin ei videtur deesse. Doctrinam illius ibidem Doctores è subselliis, statuto dispendio, publicè profitentur. In Gallia curiosè pièque illius libros perquirunt, & legunt, asseruntque se absconditos inde thesauros habere. Unde noster Arturus *loco supra cit.* hæc de eo refert: *A Parisiensibus, vocatur novus homo, novâ scientiâ ditatus, Doctor venerabilis & approbatus in suis artibus & scientiis.* A Christianissimo Rege Philippo Pulchro, *Organum S. Spiritus, & Doctor divinitus illuminatus.* A Regibus Catholicis, *Magnus Magister in Philosophia & Theologia, Auctorque artium & scientiarum mirabilium.* Ab Italis, *Auctor artis universalis, qui omne scibile docet.* Ab Anglis, *Magnus Philosophus Catalonus.* A quibusdam, *magnus mundi radius, suprema Minerva, utilitatis publica procurator, tenebrarum mundi lux,* &c. A Nicolao Caussino, *Tom. 4. Curia sancta, Tract. 1. sect. 31. Thesaurus absconditus, ab æmulis exagitatus, à superbis lacessitus, condemnatus ab ignaris & imperitis, sed magnus Dei servus, vir pius & doctus, divino plenus amore, & cœlesti prorsus scientia imbutus.*

Billeta Lulli vindex.

Parisiensis Universitas suscipit doctrinã Lulli.

Encomia Raymundi Lulli maxima maximorum.

Nunc itaque emaculato & verè beato *Raymundo*, videamus quid ad sua argumenta sit respondendum, & prius cum Vasquez *supra cit.* suppono, Raymundum non voluisse (ut Frassen *Tract. 3. de Deo Trino d. 1. q. 2. art. 1. n. 12.* & alii inverosimiliter illi adscripserunt) natu- 211.

rali demonstratione, id est, ex principiis solùm naturæ, solâque vi naturali intellectus, Trinitatem personarum in una essentia probari posse; sed ubicunque dicit, evidenter demonstrari posse Trinitatem, loquitur supposito lumine fidei, vel supernaturali aliqua demonstratione divinitùs nobis infusâ: & cùm dicit, demonstrationes æquiparantiæ à se inventas esse tam evidentes, ut Gentilem, qui eas penetrare velit, convincant; non explicat, utrum ad hoc, ut quis eis assensum præbeat, requiratur lumen supernaturale, vel an sufficiat naturale, quomodo, ut supra dictum, sufficere possit Authoritas humani testimonii ad generandum assensum.

Ipsius argumenta deficiunt à demonstrationibus naturalibus. Hoc supposito, primò generaliter respondeo: Argumenta Lulli procul abesse à demonstrationibus, & in multis deficere, imprimis enim supponit id quod nec evidens est, nec ab ullo, nisi divinâ fide fulciatur, credi potest, videlicet talem pluralitatem personarum in unâ naturâ esse possibilem, cùm ratio naturalis sibi relicta potius judicabit id impossibile esse, & repugnare divinæ unitati & simplicitati, & contra illud primum principium: *Quodlibet est vel non est*; si enim Deus est realiter unus, quomodo realiter trinus? quod idem videtur ac non realiter unus: & licèt hoc veritatem habeat, illud tamen non ostendit lumen naturale, quòd evidenter concipere nequit, qualiter una essentia pluribus identificetur suppositis, ipsa verò supposita nô identificentur realiter inter se, juxta principium in lumine naturæ fundatum: *quòd illa quæ sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se.* *Dispunguntur.* Ex quo specialiter contra Lulli opinionem deducitur, esto ratione naturali probari possit Deû habere intellectum & voluntatem, nequaquam tamen ostendi potest illas esse notionales, & actus intelligendi & volendi esse productivos Personarum (dato quòd illi actus essent notionales seu actiones productivæ, & non ut Scotistæ, dictio & spiratio tales essent) *Dari in Deo notionalia non constat.* nam nisi fides id doceret, diceremus actus intelligendi & volendi esse in Deo suam substantiam, non operationes, & à nobis solum concipi per modum operationis & actus, unde manifestè patet nullitas illius majoris: ubicunque est concordia, ibi etiam est pluralitas, nam nemo dicet illum qui partibus & potentiis inter se distinctis non constat, ergo se ipsum concordiam, charitatem & æqualitatem habere. *Deus non petit consortium quod sit demonstrabile.* Neque valet si dicas, Deum ex eo quòd perfectè beatus sit, petere consortium sibi æqualium, absque hoc enim non constat perfecta beatitudo, adeoque dari plures personas quæ sint unus Deus: nam solo lumine intellectûs instructus expeditè responderet ex primis principiis supra allatis, simulque addendo satisfaceret: aliorum consortium ad eorum tantùm beatitudinem complendam desiderari, qui in seipso non possident omnem felicitatem; non verò in Deo, qui secum contentus, omne bonum, omnemque in se complectitur felicitatem, haud indigens aliorum consortio, ad beatitudinis suæ complementum.

212. Ex quibus ulterius patet, quòd nullam vim habeant aliæ rationes allatæ *pro 2. part.* cùm perperam & falsò supponant id quod putavit Raymundus demonstratum, cujus contrarium jam liquet: indubiè enim quotquot naturali solùm lumine ducerentur; in eâdem essentiâ tres esse distinctas personas, ad quas divina fœcunditas terminaretur, unique Deo consubstantiales absolutè negarêt possibile: tum quia esse in majoritate actionis, seu in agendo perfectissimum, in quâ tantùm reperiatur unicum agens seu producens, unicum productum & unicus actus, Author non demonstrat quomodo verificetur, talis enim majoritas non plus efficit, quàm esse actionē infinitam ac infinitæ potentiæ & activitatis, & sic licèt Æthnici & quotquot puro naturæ lumine ducerentur, faterentur actus essentiales intelligendi & volendi esse infinitos in Deo, qui in lineâ suâ intelligendi & volendi à fine usque ad finem attingunt, & quòd per infinitam suam potentiam possit producere quidquid possibile est, excedatque omnem potentiam creatam, quippe quæ restringitur ad certum genus effectuum possibilium, adderentque vel eo ipso infinitam Dei potentiam demonstrari, quòd effectus extra ipsum possibiles finem non habeant, nunquam tamen per hoc devenire possent in SS. Trinitatis notitiam, quòd illi actus infiniti sint productivi Personarum, sed semper maneret supra captum luminis naturalis, ut supra dictum est. *Majoritas in agendo non probat possibiles esse in uno tres personas.*

Unde postremò contra Lullum ostenditur illam pro tertia parte: *ostendi posse Patrem, & Filium & Spiritum sanctum*, nullius roboris esse, quia supponendum esset dari in Deo productionem, quòd nullatenus evidenter probari potest. Deinde licèt, ut benè *Vasquez*, in Deo concederetur productio etiam perfectissima, & in majoritate actionis & passionis, non sequitur tamen illam esse generationem Filii, seu eam esse inter Patrem & Filium, tum quia est de tota substanna producentis, cùm in humanis fit generatio Filii, quæ non fit de totâ, sed de parte substantiæ generantis: undè Raymundus colliget productionem de totâ substantiâ in divinis dicere præcisè Filium? tum quia æquè Spiritus sanctus est de tota substanna, & tamen non sit Filius; procul igitur Lullus abest à demonstratione Trinitatis. *Nequit demonstrari generatio Filii in Deo, nec ullus actus productivus Personæ.*

§. VI.

Quid de Doctore Subtili.

213. Subtilem Doctorem quòd attinet, sublimes quidem ex editâ mentis suæ arce, ac miras admiranda subtilitate de Deo edidit notitias; nunquam tamen & nusquam dixit aut scripsit, notitiam Deitatis, ut est in tribus personis, esse *Scotus vindicatur ab imposturâ*

Alph. Tolet. & Ockam.

esse naturalem, prout hîc de naturali loquimur, quod nimirum est ex naturalibus, aut per naturales causas acquiri potest, id quod patet legenti textum Scoti *loc. cit.* ubi mox post aliquot lineas *eodem §. etsi objicitur contra illud n. 26.* disertis verbis sic ait: [*Non posse Angelum naturaliter attingere ex naturalibus suis, neque ex causis necessariis alicujus naturaliter agentis, ita quòd licèt Angelus habeat speciem essentiæ divinæ, possit naturaliter uti eâ, tamen ipsa species est à causa supernaturali, & supernaturaliter agente.* Quæ consonant dictis suis *eâdem q. n. 7. §. Hâc distinctione præmissâ ad quæst. respondeo.* Ubi ostendit datâ specie abstractivâ essentiæ divinæ in intellectu Angeli, *ista quidem species intellectui Angelico non sit naturalis, hoc modo, quòd iste intellectus possit ex naturalibus suis eam acquirere, nec etiam quòd possit eam habere ex actione alicujus objecti similis moventis, nisi essentiæ divinæ tantùm, quæ nihil aliud à se causat naturaliter naturali causatione: tamen sicut perfectiones datæ Angelo in suâ primâ creatione, licèt non necessariò sequantur naturam ejus, dicerentur naturales, distinguendo contra merè supernaturales, scilicet gratia & gloria: ita ista perfectio data intellectui Angelico, quâ essentia divina esset ei præsens distinctè, licèt abstractivè, potest dici naturalis, & ad cognitionem naturalem Angeli pertinere, ita quòd quidquid cognoscit Angelus de Deo virtute hujus speciei, aliquo modo cognoscit naturaliter, & aliquo modo non naturaliter: naturaliter in quantum ista non est principium gratuiti actus, nec etiam gloriosi; non naturaliter autem, in quantum ad istam non posset pertingere ex naturalibus, neque aliqua ratione naturali.*] Hactenus Subtilis Doctor, ex quibus manifestè patet, quòd in hoc loco non adstipuletur iis, qui docent Trinitatis Mysterium esse naturaliter, seu per causas naturales cognoscibile.

Quomodo notitia Trinitatis sit Angelis naturalis & quomodo non sit naturalis.

214. Unde respondeo Doctorem non intendere Trinitatem viâ naturali probare, ut ipsi supra *n. 200.* Alphonsus Tolet. & Ockam imponunt: cùm expressè *Quæst. 4. Quodl.* declarat id esse impossibile cuicunque intellectui creato, etiam Angelico, sed suppositâ veritate Mysterii per fidem, seu præsupponendo productionem Personarum in divinis esse possibilem, tanquam articulum fidei, hujusmodi possibilitatem per has rationes intendit infideli persuadere quomodo possit fieri, & quomodo tolli possit quæcunque repugnantia quam infidelis, non credens revelationi, posset objicere contrà hoc Mysterium, ad reddendum illud impossibile, aut incredibile: Cui proindè tam subtiliter occurrit Doctor, ut videatur concludere propositum, ex quo multi perperam sunt inducti ad imponendum ei, quod intenderet naturaliter demonstrare Trinitatem Personarum, cujus tamen contrariam mentem facilè advertissent, attendendo melius ad limitationem sui discursus, quia Doctor loquitur de productione quæ est sine imperfectione, & à se est, quæque terminatur ad aliquid perfectè in se subsistens: *Quidquid,* inquit, *de ratione sua formali est principium productivum sufficiens, illud in quocunque, puta, supposito est, addit à se & sine imperfectione, in eo est principium productivum,* ubi quod addit, *à se,* intelligit simpliciter, quòd tale principium productivum non intelligatur præhabere productum, tanquam terminum sibi adæquatum, nam in Filio in divinis est idem principium productivum quod in Patre, quia est in eo simpliciter memoria fœcunda quæ est principium productivum Filii, & tamen Filius mediante illo principio nequit producere alium Filium, quia hujusmodi principium, ut in Filio, præintelligitur habere productum sibi adæquatum, nempè ipsum Filium: & si in Filio non haberet terminum sibi adæquatum, etiam in illo esset verè productivum notitiæ genitæ; & quia Pater pro aliquo priori habet illud principium *à se,* ideo in illo priori, cùm pro illo non habeat productum sibi adæquatum, per illud potest illud producere: illud verò principium cum eâ limitatione, *in quocunque supposito & est à se,* non cognoscitur per lumen naturale, Philosophus enim diceret, quòd omne principium productivum, in quocunque sit, *sive à se, sive ab alio,* esse principium productivum, nam principia naturalia Philosophis nota, ubi inveniuntur, æquè sunt productiva, ut patet de calore in ferrum inducto, & agentibus omnibus aliis, quorum nullum invenitur, quòd non ab alio agente, saltem à Deo, suum esse acceptum non habeat. Itaque isthæc limitatio; principium productivum in quocunque est, *à se,* idemque non præintelligi habere terminum adæquatum, aut præintelligi quòd habeat illum: refunditur in inscrutabile arcanum hujus altissimi Mysterii, & fundatur præcisè in lumine fidei, quæ docet intellectum perfectum, seu memoriam fœcundam ut est in Patre, & non ut est in Filio, & Spiritu sancto, esse productivum personæ, quia in solo Patre est *à se,* & non præhabet productum, ut terminum sibi adæquatum: secus est in Filio, & Spiritu sancto, ibi enim memoria fœcunda non est *à se,* sed à Patre: & hinc in Filio & Spiritu sancto præintelligitur habere productum sibi adæquatum, ipsum scilicet Filium, idem est de voluntate fœcunda: ut enim est in Spiritu sancto non est productiva personæ, sed solum ut est in Patre & Filio, non quâ talibus, sed quâ unus spirator sunt, quia ut sic habent voluntatem *à se,* Filius enim ut filius, non quâ spirator habet voluntatem à Patre, quod benè *notandum* propter instantiam de Spiritu sancto, eò quòd Filius habeat principium producendi Spiritum sanctum, non *à se,* sed à Patre, adeoque Filium non posse producere Spiritum sanctum, quod falsum est, si consideretur secunda persona non ut Filius, sed ut unus cum Patre spirator, sic enim voluntas in Filio non præintelligitur præhabere productum sibi adæquatum. Vide de hoc Smising *loc. cit. n. 19.* ubi in fine rectè notat, dictam limitationem non capi à lumine na-

Qualiter Scoti doctrina reddat credibile Trinitatis Mysterium.

Cyrillus in divinis nequeat producere alium Filium,

In Filio & Spiritu sancto memoria fœcunda non est à se.

Cur Spiritus sanctus non producat, benè tamen Pater & Filius, cum unus spirator.

Smising

Actiones esse suppositorum, unde & aufallibile posset æstimari.

naturali: etsi enim dicant Philosophi, *actiones esse suppositorum*, & quòd suppositalitas naturæ creatæ sit ratio completa existendi, & hâc ratione sit conditio agendi, tamen si lumine naturali essentiam divinam secundùm se completè subsistere cognovissent; etiam præcisis suppositalitatibus divinis, dixissent ut sic spectatam esse productivam, quia habet in se principium productionis perfectum, scilicet intellectum & memoriam fœcundam, & quidem *à se*, quod requirebat limitatio altera. Cùm autem lumen fidei revelet divinam essentiam non generare nec spirare, ut suo loco dicemus, adeoque hæc principia memoriam fœcundam & voluntatem fœcundam non esse productiva, nisi prout sunt in aliquo supposito, non præhabente terminum productum adæquatum, excedit captum luminis naturalis.

QUÆSTIO II.

An sicut veritas de existentia Mysterii SS. Trinitatis superat veritatem lumine naturæ notam, ita destruat illam, & vicissim; ita ut non obstante hâc veritate fidei, naturaliter demonstrari possit illius Mysterii impossibilitas?

SVMMARIVM.

1. *Mysterium Trinitatis supra, non contra captum luminis naturalis. n.216.*
2. *Fides nihil proponit credendum agendumve, quod dissonum rationi. Ibid. & seq.*
3. *In præceptis, consiliis, &c. quadam est explicatio legis naturæ. n.218.*
4. *Lumen in via idem. quod erit in patria. 219.*
5. *Ecclesia columna & firmamentum veritatis, & quare. Ibid.*
6. *Nusquam revelatio aut definitio habetur de credendis contradictoriis simul veris. n.219.*
7. *Nullus intellectus creatus aut creabilis valet demonstrare naturaliter impossibilitatem Mysterii Trinitatis. n.220.*
8. *Fundamentum artis syllogisticæ in hac maxima:* quæ sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se. *n.222. in quo sensu intelligendum, n.223. & seq. tam in ente infinito, quàm in finito subsistit. n.225.*
9. *Evacuatur ratio in oppositum. n.226.*
10. *Forma syllogistica non adversatur Mysterio SS. Trinitatis. n.228. ubi & notabilia de ea adferuntur documenta.*

215. *Status quæstionis.* QUæstio hæc duo proponit, *Primum est*, an quemadmodum hoc Mysterium est supra captum intellectus creati, ita quoque sit contra captum illius. *Secundùm*, quod ex primo nascitur; num veritas sit contraria veritati, videlicet veritas fidei contra veritatem evidentiæ naturalis. Utramque distinctè tractabimus.

ARTICULUS I.

IN QVO

Resolvitur primum membrum Quæstionis.

ASSERTIO I.

Ratio naturalis, quæ obsequitur fidei, ita potest conciliari cum ipsa fidei veritate, quam Deo revelante habemus de SS. Trinitatis Mysterio, ut esto illa superet, nullatenus tamen officit vel destruit lumen naturale; ita ut cogeremur concedere contra evidentiam rationis apertè impossibilia, v. g. *idem esse & non esse*: aut verè *affirmari & negari posse idem de eodem respectu ejusdem.*

216. *Fides nihil docet quod sit rationi dissonum.* PRobatur: Inter præcipuas nostræ fidei credibilitates, ac inter urgentissima argumenta, omnem averruncandi à fidelium cordibus dubitationem, hoc maximum est, quòd nihil pro-

proponat, nihilque revelatum dicat, quod sit evidenter contra rectam rationem, sive intelligibilium, sive agibilium, ergo veritas fidei non officit evidentiæ rationis. Anteced. prob. *primò* ex D. Thoma *1.p.q.32.a.1.in corpore*: postquàm rectè dixerat eos qui argumentis naturalibus Trinitatem demonstrare contenderent, peccare in duobus, *primo* derogandò dignitati hujus Mysterii, ad quod spectat excessus supra captum naturalem: *deinde* exponendo fidem nostram contemptui apud Gentiles, quasi ex tam inefficacibus argumentis rem tam arduam, conceptu & creditu difficilem, persuadere velimus, statim subjungit: *Quæ igitur fidei sunt, non sunt probanda nisi per Authoritates his, qui Authoritates suscipiunt: apud alios verò sufficit defendere non esse impossibile quod prædicat fides.* Ergo secundùm D. Thomam non cogimur admittere impossibilia.

D. Thom.

117. *Dogma rationi dissonum errore convincetur.*

Probatur secundò à paritate rationis: Sicut si fides circa mores & agibilia proponeret præcepta rectæ rationi, quæ est regula humanorum actuum, dissona; de practicis erroribus & de falsitate eo ipso fieret suspecta, ut illa melior, doctior, & sanctior mundi pars, merito non amplecteretur; sed ut irrationabilia rejiceret; ita similiter si doceret aliquid, quod esset evidentissimè falsum, v.g. credendum & concedendum esse aliquid contra manifestissimam luminis naturalis evidentiam, cum eo ipso tanquam absurdum, & fidei nostræ videtur injuriosum, quæ infidelium risui sic exponeretur: ergo tenendum cum saniori Theologia, SS. Trinitatis Mysterium non esse contra veritatem luminis naturalis, deductam ex ipso præsertim Mysterio per conclusionem Theologicam, ut *q.4.n.248.& alibi* dicetur.

118. Confirmatur primò: Omnia præcepta fidei nostræ circa agibilia, v.g. de dilectione Dei super omnia, & proximi sicut seipsius, *in quibus duobus universa lex pendet & Prophetæ. Matth.22.v.40.* & *Matth.7.v.12. Omnia ergo quæcunque vultis ut faciant vobis homines, & vos facite illis*: quæ sunt principia practica, ex quibus consequuntur alia, quæ etsi sint contra fragilem naturam nostram, suas solùm spectando vires; non tamen contra illam, sed rationi consona, ita ut Scotus *q.2. Prologi §. de quinto. dicat n.7.* pertractanti de eorum rationalitate sigillatim, nulli posse dubium oriri, quia in omnibus videtur quasi quædam explicatio legis naturæ, quæ secundùm Apostolum, *Rom.2. v.15. Scripta est in cordibus nostris.* Similiter dicendum de hoc Mysterio, etsi sit altissimum & maximum, ideoque sit supra omnem intellectûs creati captum, & lumen naturale, in quo illud supernaturale lumen, juxta illud *Psalmi 4.v.5. Signatum est super nos lumen vultûs tui*, sui imaginem expressit, non tantum quasi adumbrando illud, per aliqualem & imperfectam, seu remotam sui similitudinem, sed & suppositâ illius revelatione, quoad ostensionem non implicantiæ & possibilitatis, quacum ita concilietur, ut circa illud nunquam cogatur admittere quod sit evidenter falsum, & in destructionem evidentiæ & luminis naturæ.

Lex scripta in cordibus nostris.

Imago Dei impressa homini.

Confirmatur secundò. Lumen rationis, quo nunc in via hoc Mysterium præviâ revelatione cognoscimus, per fidem velut in speculo & ænigmate, idem est quo cum lumine gloriæ illud cognóscemus facialiter, ac ut multi tenent, scientificè in patria, cùm velint Theologiam nostram subalternam ac continuandam cum evidenti scientia Beatorum, quod pro conditione certitudinis, quæ in cognitione tam evidenti, quàm inevidenti locum habet, est indubitatum: sed in patria nihil indubiè cognoscimus, quomodocunque cognoscatur, quòd sit contra evidentiam rationis, ergo quod hîc credimus, etsi sit supra rationem, non tamen contra illam erit. Cur enim Deus dedisset Ecclesiæ suæ Scripturam scrutandam. *Joan.5.v.39 Scrutamini Scripturas*, quæ testimonium perhibent de hoc Mysterio, si ad fidem hujus Mysterii ratio nostra non solùm excederetur excessu supernaturalitatis, sed insuper destrueretur excessu, ut ita dicam, contranaturalitatis, in hallucinium evidentiæ naturalis, cùm sic ne quidem veritates fidei ex Scriptura proponere, colligere, & definire posset; in quo ergo tunc stabit quòd Ecclesia sit columna & firmamentum veritatis? nunquam illa definivit Deum revelasse, Patres docuisse, imò de facto Deus non revelavit, nullibi sanctorum Patrum consensus expressit, credendum esse, sive in Mysterio SS. Trinitatis, sive in quocunque alio, quod sit contra rationem & evidentiam luminis naturæ, siquidem tale quid vel maximè contigisset, quando definivit Filium divinum produci, Naturam divinam non produci; Patrem æternum generare, Naturam æternam non generare: Paternitatem non communicari, Naturam verò communicari: atqui tunc non definivit illa contradictoria verificari de eodem respectu ejusdem, non solùm realiter, sed etiam formaliter, contra primi & apud omnes Sapientes receptissimi principii evidentiam, ergo, &c. Min. prob. Ecclesiæ semper assistit Spiritus sanctus, ut non dicat nisi veritatem, unde & vocatur columna & firmamentum veritatis, adeoque impossibile est ut doceat & definiat, quod est evidentissimè falsum: sed aliquid idem esse & non esse: idem verè & realiter de aliquo affirmari posse, & iterum de eodem respectu ejusdem non affirmari sed negari posse est per evidentiam luminis naturalis apertissimè falsum. Ergo licèt lumen fidei multas veritates doceat, quæ sunt supra lumen intellectûs creati, nunquam tamen quòd sit revera contra lumen naturale, & ipsâ evidentiâ apertè falsum, cùm alioqui illud non esset evidenter credibile, ut revelatum à Deo, sicut agibilia, rationi dissona, non essent acceptabilia ut à Deo præcepta, quare etiamsi apparenter videretur repugnare intellectus, qui monente Apostolo *2.Cor.10.v.5.* in obsequium

119.

Nunquã revelatũ & definitum admittenda in Deo impossibilia.

Unde Ecclesia sit firmamentum & columna veritatis,

2.Cor.10. v.5.

quium fidei eſt captivandus, oportet ut ſemper præſumamus in Deo reperiri aliqua nobis incognita, cui tamen ex ſpeciali ratione repugnans ſit, ut in eo contradictoria *eſſe & non eſſe* afferamus eſſe admittenda, ut pluribus videre licet *part. 2. hujus Tomi Controv. 1.*

220 *Forma ſyllogiſtica inferens majum extremum in Con-*

Confirmatur tertiò. Forma ſyllogiſtica ut à Logicis aſſignatur, non minus in divinis, quàm in humanis legitima eſt: ergo veritas hujus Myſterii licet rationem naturalem ſuperet, non tamen deſtruit: major eſt communis contra paucos, & eam fusè propugnat Vaſquez *1. p. d. 122. cap. 3.* & nos de hoc pluribus agemus infra *q. 4. a. 3. n. 240.* Conſeq. probat. Forma ſyllogiſtica fundatur in principiis, *Quæ ſunt eadem uni tertio, ſunt eadem inter ſe.* De quo mox: & *dici de omni*, & *dici de nullo*, quatenus unum alterum involvit, neque enim *dici de omni* ſubſiſtit abſque identitate cum omni, aliàs diceretur falſo de eodem, neque identitas cum tertio ad ſyllogiſmum ſufficit niſi tertius ille terminus, ſi capax ſit diſtributionis ex legibus *dici de omni* aptè diſtribuatur: ſed hæc principia ſunt in lumine naturali fundata: ergo veritas hujus Myſterii non ſuffocat veritatem rationis naturalis.

cluſionè de minorè quia utrumque idem eſt cum medio, certa & efficax eſt, & in nulla materia deficit.

ARTICULUS II.

In quo Secundum Quæſtionis membrum reſolvitur.

ASSERTIO II.

Nulla evidentia luminis naturalis unquam concludi potuit, nec per abſolutam Dei potentiam aliquis intellectus eſt creabilis, qui poſſet demonſtrare impoſsibilitatem SS. Trinitatis.

221. *Impoſſibilitas Myſterii SS. Trinitatis eſt impoſſibilis.*

PRobatur: Ad altitudinem & infinitam profunditatis abyſſum hujus Myſterii ſpectat exceſſus ſupra omnem intellectum creatum, ut nequeat attingere illius poſſibilitatem, prout *quæſt. præced. art. 2. & 3. in ſolut. argum.* vidimus; ergo multo minus attingere poteſt aliquam illius impoſſibilitatem. Conſeq. prob. ratio enim quâ illud convinci cenſeretur, vel erraret in hujuſmodi inquiſitione, vel non erraret: ſi erraret jam non eſt ratio, ſed erit deceptio: ſi non erret, jam non ideo, quòd non poſſit demonſtrare eſſe poſſibile, non demonſtrat impoſſibile, cùm alioqui contra ſuppoſitum erraret, jam ſic: nullo paralogiſmo aut ſophiſmate aliquid demonſtrativè concludi poteſt, quis enim unquam per falſas & apparentes demonſtrationes aliter quàm falsò & irritè concluſit? atqui omnia argumenta quæ oppoſitum & impoſſibilitatem hujus Myſterii viderentur concludere, cùm ſint neceſſariò per rationem errantem & falſam, ſunt paralogiſmi, ſophiſmata & ſolubilia, ergo iiſdem nequit demonſtrari illius impoſſibilitas.

Objectio.

222. *Principium artis ſyllogiſtica quale.*

Confirmatur refutando fundamentum oppoſitum: ſi quæ ratio impetere poſſet hoc Myſterium, & ſuadere illius impoſſibilitatem, eſſet maximè, quia perſonarum Trinitas in eſſentia, pugnat cum ipſâ Dei unitate, cui manifeſtè videtur officere Trinitas, cùm militet directè contra receptiſſimum illud principium; *Quæ ſunt eadem uni tertio, ſunt eadem inter ſe*, quod non minus evidenter ex lumine naturæ notum quàm illud; *Impoſſibile eſt idem eſſe & non eſſe*; cùm illius virtute valeat conſequentia ſyllogiſmorum perfectorum in *Barbara, celarent, Darii, Ferio*: nam ex conjunctione vel disjunctione extremorum in concluſione ob connexionem vel non connexionem identitatis quam habent vel non habent cum medio aliquo termino, colligitur connexio vel diſtinctio eorum inter ſe, quod tamen non eſſet verum, ſi aliqua poſſint eſſe idem uni tertio, & tamen non eſſe idem inter ſe. Ad hoc ut reſpondeamus inprimis ex mox dicendis infra videtur eſſe falſum, quòd illud principium: *quæ ſunt eadem uni tertio, ſunt eadem inter ſe*, tam evidenter ſit notum & verum, ſicut illud: *impoſſibile eſt idem ſimul eſſe & non eſſe*: deinde contra aſſertionem ex hoc nihil convincitur, cùm certum ſit ſine revelatione divina non poſſe intellectum attingere, illam Trinitatem in unitate eſſentiæ; ſuppoſitâ verò revelatione exiſtentiæ illius manifeſtum eſt, non poſſe probari contradictoriè oppoſitum ſeu negationem illius exiſtentiæ; reſtat itaque ſolùm videre, num poſſit ſalvari illud axioma, & conciliari cum hoc Myſterio, ut illo ſtante ſalvetur unitas & identitas in natura cum pluralitate perſonarum ſecundùm Domini revelationem *Joannis 10. Ego & Pater unum ſumus.* Et *1. Joannis 5. Tres ſunt qui teſtimonium dant in cælo, Pater, Verbum, & Spiritus ſanctus, & hi tres unum ſunt.* Et *Matthæi ultimo. Baptizantes eos in nomine*, &c. non autem in nominibus.

Reſponſio.

Pro meliori intellectu hujus Nota, axioma illud duplicem admittere expoſitionem, ſemel ut ſenſus ſit, illa quæ ſunt eadem uni tertio, eſſe idem inter ſe, non quomodocun- 223.

que

que & simpliciter, sed secundùm talem duntaxat rationem, secundùm quam sunt idẽ uni illi tertio, nec possit vi principii illius alia identitas concludi illorum inter se, quam qualem habent cum tertio: sic divinæ personæ, quiá idem sunt realiter cum essentia, sunt idem inter se identitate essentiali, non tamen hypostaticâ seu suppositalitatis & relativâ. Hanc doctrinã juxta illud: *Segniùs irritant animos demissa per aures, quàm quæ sunt oculis subjecta*, &c. In sequenti Schemate licet intueri: Fides docet tres personas esse unum Deum, sicque indubiè habetur quòd sint eadẽ uni tertio, puta uni Deitatis essentiæ, per quam unus Deus constituũtur: ulteriùs salvabis axioma, *quòd sint etiã eadẽ inter se*, i. e. habeant consequenter vi axiomatis unitatem ipsæ personæ inter se, salvabis inquã, si ex unitate seu identitate personarum cũ essentia sub tali ratione essentiæ inferas unitatem eorum inter sese sub eâdem ratione, ubi, ut infra pluribus, sunt diversæ habitudines; semel personarum ad illam rationem identitatis essentialis, semel personarum eum illâ eâdem identitate inter se.

Schema Trinitatis Catholicum repræsentans Filium à Patre, & Spiritum sanctum ab utroque procedentem, ac in unitate Essentiæ suppositaliter distinctos.

114. Altera hujus axiomatis, *quæ sunt eadem inter se, sunt eadem uni tertio*, expositio est, ut ex identitate aliquorum in uno tertio inferatur identitas eorum inter se simpliciter, seu ut non solùm sit habitudo identitatis eorum ad illam rationem tertii, sed etiam habitudo unius extremi ad aliud, respectu identitatis eorum inter se; in quo sensu perspicuum est tolli Trinitatem personarum, consequenter axioma illud non posse stare cum fide Catholicâ, unde cùm non destruat veritas veritatem, neque contraria sit veritas fidei veritati luminis naturalis, gravis nascitur de hoc axiomate penes Theologos difficultas, quorum multi, ex quibus Vasquez 1. p. d. 122. c. 2. §. *Respondeo igitur difficultati*. Suarez *l. 4. de Trinit. c. 3. n. 7. Hoc ergo posito Respondeo*. Et alii, volunt illam maximam intelligendam, in secundo sensu, adeoq; esto sit verum in creatis, attamen non habere locum in Deo, per quem qui se optimè novit, aliter instructi sumus: atque ita hoc principiũ de Deo non minus negandum putant, quàm illud aliud Aristotelis, *ex nihilo nihil fit*; quod Non à la-etsi Naturales Philosophi, lumine ultiori non mitti in illustrati, ut evidenter notum, & quasi pro in- Deo axio-dubitato habuerint, falsum tamen esse cõstat, ma hoc, per ipsam mundi creationem ex nihilo. Malè uti nec il-itaque concluderet hic Syllogismus: *Quæ sunt* lud, ex *idem*

nihilo nihil fit.

idem uni tertio, ſunt idem inter ſe, Paternitas & Filiatio ſunt idem natura divina, ergo ſunt idem inter ſe. Verum ſuppoſito quod illud ſit principium lumine naturæ evidenter notum, hoc non eſſet philoſophari, ſed vel Metaphyſicam contra rationem, vel fidem contra rerum naturam fingere, ut rectè Caramuel [*in ſua Metalogica de principiis per ſe notis*, *principio* xxi. Impugnans Suarez cum aliis, ex analogia rerum, quibuſdam præſuppoſitis Maximis, nimirum *primò, quòd ſicut de Phyſicis phyſice, ita de Methaphyſicis metaphyſicè: ſecundò, ſicut de realibus realiter, ita & de moralibus moraliter; tertiò, ſicut de naturalibus naturaliter, ita & de ſpiritualibus ſpiritualiter; quarto, ſicut de humanis humanitus, ita de divinis divinitus*, philoſophandum ſit; inferrque hâc analogiâ proſcriptâ tolli divina, & hæreticum fulciri, contra quem ſi quis probaret, verb. gratiâ filiatio ſeu generatio eſt origo viventis à vivente in ſimilitudinem naturæ, ſed proceſſio Verbi divini eſt hujuſmodi, ergo eſt generatio; ergo eſt filiatio: illa hac armatus diſtinctione, in humanis & creatis verum concedet, negabit in divinis. Secundò urgentur & revincuntur ex dictis pro aſſertione prima, ſuppoſito ſupponête ut dictum, quòd illud axioma ſit lumine naturæ notum. Unde hi Authores qui volunt illud principium intelligendum juxta ſecundâ expoſitionem, quòd quæ ſunt realiter idem uni tertio, debeant eſſe ſimpliciter idem inter ſe, ideoque realiter non diſtinguantur; ac proinde proſcribendum ſit à Deo, ac in ſolis creatis & finitis admittendum, revera meliùs ſentirent, abſolutè & ſimpliciter negando illud principium cum Caramuele tanquam inutile, non doctrinale, falſum, & conſequenter quòd nô ſit principiû ad artem ſyllogiſticam; quàm ſimpliciter illud concedere in creaturis, ut lumine naturali evidenter notum, nec non fundamentum ad formam ſyllogiſticam; & negare in divinis, ubi & forma ſyllogiſtica à Logicis aſſignata, non minus legitima eſt, quàm in creatis: ut poſtea dicemus. Intueatur quiſquis velit hoc ſchema ſubjectum, quòd in data hâc ſecundâ expoſitione falſum & contra fidem eſſe Catholicus omnis credere debet.

Philoſophandum ſicut de creaturis, ita de Deo.

Quare melius illud principium ſimpliciter negandum.

Schema Trinitatis, repræſentans illam non ſolùm realiter eſſentialiter, ſed & realiter ſuppoſitaliter eandem.



225. NOn tibi trifaciale hoc ſchema ingerat Trinitatem, etſi pro illa exprimenda cum unitate numerica eſſentiæ ſic quoque pingi ſoleat, & ideò dixi ſuperius illud juxta datam ſecundo loco expoſitionem veluti ex ſuppoſito, quòd ſicut ſunt eadem in tertio, ita ſimpliciter ſint eadem inter ſe, ſicque mente concipien-

piendum, hoc enim dato principium illud eo ipso, quo ad hoc Mysterium transfertur, abominandum est & respuendum cùm præsentet potius *Sabellii & Patripassianorum* errorem, quàm fidei veritatem.

Itaque non sunt amplius facienda verba de secundâ principii hujus expositione, quando de hoc agitur Mysterio, sed suppositâ veritate illius indubiè primo modo illud intelligere oportet, tenendumque quòd valeat tam in ente infinito, quàm in finito: tunc sine difficultate, non obstante distinctione reali hypostaticâ, optimè salvatur identitas essentialis personarum in natura divina: ita ut quâ identitate pronunciantur idem cum naturâ tanquam cum uno tertio, continuò sint etiam in eâdem naturâ idem inter se: Hac enim ratione etsi realiter distinctæ, homousii & consubstantialiter idem dicuntur, non suppositaliter & in personis. Neque sicut axioma illud: *quæ sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se*, debet restringi ad ens finitum & creatum, ita nec debet ultra orbitam ad ipsa extrema simpliciter & inter se extendi, sed limitatè & congruè intelligi ad eum ferè modum, quo intelligitur illud mathematicum, à quo & sumptum videtur, *quæ sunt æqualia uni tertio, sunt æqualia inter se*, subaudi, in ea ratione in qua sunt æqualia uni tertio: neque enim tres, v.g. virgæ, Polycleti, Lesbii, Vetruvii, esto singulæ essent palmares, & sic in illa entis ratione in quâ sunt æquales, scilicet in quantitate, æquales sint etiam inter se; non sunt tamen æquales in substantia, aliisve accidentibus, cùm prima sit ferrea, secunda plumbea, posterior lignea: sic quoque personæ divinæ, etsi sibi idem in essentia ceu uni tertio, dum vi axiomatis infers, ergo sunt idem etiam inter se, subaudiendum est, id verum esse quod sint idem inter se mediante illo tertio secundùm eam duntaxat rationem, secundùm quam identificantur cum illo tertio. Et hoc est quod Doctor subtilis 1. *d.2.q.7.n.47.§. ad primum*. Ad propositum dicat: *quæcunque aliquâ identitate inter se sunt eadem alicui, illa tali identitate inter se sic sunt eadem*: quia non potest concludi aliqua identitas extremorum inter se, nisi secundùm illam identitatem quâ sunt eadem medio, & medium in se sic sit idem illis. Quare ad hoc argumentum: quæ sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se, at personæ divinæ sunt realiter eædem uni tertio, ergo sunt realiter eædem inter se. Distingue illud *realiter*, in realiter suppositaliter, & realiter essentialiter, & priori modo neganda est minor, posteriori concedenda.

Principiũ istud tam valet in ente infinito quàm finito.

Quomodo illud sit verum in Deo.

Scotus.

Objectio.

226. *Frustra* hic occurrunt Adversarii, quòd hæc expositio non subsistat, cùm identitas aliquorum sub ratione tertii, & identitas eorum in tertio sint idem, proinde si ex identitate aliquorum in tertio, infertur identitas eorũ sub ratione tertii, nihil infertur, sed idem bis dicitur, ac si diceretur, inquit, Vasquez *1.p.d.122. c.1.n.5.* & *Caramuel* loco cit. *princip.* XXIII. n. MIX. *quæ sunt eadem uni tertio, sunt eadẽ uni tertio*: & pergit dicens: *qui autem non videat hanc esse puerilem potiùs, quàm philosophicam enunciationem: ergo non sufficit hypocriticus vocum splendor ut latere conceptus judicemus*, ita conformiter ad priùs à se dicta: *primò*, quòd expositionem Scoti valde approbet Raymundus Lullus *in sua arte*, & Capreolus *1.d.2.q.3. a.1. in fine*. Ferrariensis *contra Gentes c.9 in princip*. Cajetanus *1.p.q.28.a.3*. *Secundò*, quòd hac solutione satis plausibiliter satisfaciant difficultati hujus principii, & argumento, ostẽdẽdo quòd tam in divinis, quàm humanis principiũ illud locum habere debeat. *Conformiter*, inquam, *ad sua dicta hoc num. MIX. discurrit*, si verum esset, quod malè supponitur, quòd data expositio à tot & tantis Doctoribus approbata, & in scholis plausibiliter admodum culata, nõ esset nisi *merus vocum sonus*, qualem tamen Caramuel nõ probat, nec rectè ad suum *principium* XXI. *n.* MVI. *&* MVII. *allatum*, conceptus latere in hoc axiomate negat: licèt enim verum sit identitatem aliquorum sub ratione tertii, & identitatem eorum in tertio idem esse ac si diceretur: *quæ sunt eadem uni tertio, sunt eadem uni tertio*, nec posse unum ex altero inferri; falsum tamen est, ex identitate eorum cum tertio, sub tali ratione non rectè inferri unitatem eorum inter se sub eadem ratione, quod probatur primò contra Vasquez qui *d.122.c.3.n.12.* affert & approbat hunc syllogismum: *Essentia divina est idem cum Patre: essentia divina est idem cum Filio: ergo idem cum Filio est idem cum Patre*, qui nihil valeret, & conclusio esset similis huic, idem cũ Patre & Filio, est idem cum Patre & Filio, ergo dicendum ex identitate essentiæ cum Patre & Filio rectè inferri, quod constituantur idem inter se sub eâdem ratione quâ sunt idem illi tertio, sic enim vera est conclusio, ergo essentia eadem cum Filio, est eâdem identitate eadem cum Patre, quod est dicere, quòd Pater & Filius in essentia identificati, non aliam inferant unitatem inter se, quàm essentialẽ. Probatur 2. contra Caramuelem *ex proprio jã cit. principio*, esto non sit reperibile aliquid in iis in hoc perfectè simile SS. Trinitati, ut cum identitate naturæ unius numero stet oppositio relativa, & distinctio personarum, etiamsi cõcederetur eandem numero creaturam per potentiam obedientialem elevari posse ad realiter se ipsum secunda actione producẽdum, ut malè Comptonus *d.19. Phys.* contendit, v.g. Adamum existentem vi creationis divinæ, à se ipso secundâ actione productum esse, adhuc in tali casu impossibili non esset simile huic Mysterio, nõ enim importaretur causæ & effectus distinctio realis, sicut in divinis, sed rationis tantùm: neque Adamus ut causa & Adamus ut effectus essent eadẽ uni tertio, sed idẽ sibi ipsi essentialiter & suppositaliter. *Probatur*, inquam juxta Caramuelem, *oportet sicut de physicis physicè, ita de metaphysicis metaphysicè*, &c. *sicut de humanis humanitus, ita de divinis divinitus differere*: atqui in humanis & creatis, v.g. ut statim

Idem per idem dici objicit Vasquez. Caramuel.

Rejicitur.

Responsio ad objectionem Caramuelis.

Argumẽtum ad hominẽ.

num. praced. ex æqualitate aliquorum cum tertio, sub tali ratione benè infertur illa esse inter se etiam æqualia sub eadem ratione, secùs sub alia ratione, v.g. substantiæ, qualitatis, aliorũve accidentium, estque prorsus idem de identitate aliquorum in tertio seu de principio illo peripatetico, *quæ sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se*: ergo similiter in divinis ex identitate essentiali personarum cum natura divina, rectè infertur inter illas idẽtitas earum sub eâdem ratione essentiali, non tamen sub alia, seu suppositali, cùm nequeat alia idẽtitas concludi inter illa, quàm quâ in essentia identificantur, identificantur autem solâ identitate essentiali, virtute cujus verum est dicere: Pater habet eandem naturam numero quam habet Filius; ergo Pater & Filius inter se idem sunt in natura. At quia verum non est, Paternitas in ratione producentis, & Filius in ratione producti sunt idem, ideo neque verum est sub illâ ratione identificari inter se, cùm sibi opponãtur in eâ ratione producentis & producti. Nõ itaque merus vocum sonitus in illo principio, sed reales conceptus per diversas habitudines exprimuntur; alia est enim habitudo utriusque extrẽmi ad illam rationem tertii, sub tali ratione entis, ac exprimitur per hæc axiomatis verba, *quæ sunt eadem uni tertio*: & alia habitudo unius extremi ad alterutru quæ exprimitur posterioribus axiomatis verbis, *sunt eadem inter se*: intelligendo identitatem eorum sub illâ eâdem ratione. Sicut ergo alia est habitudo partium ad unionem, & alia habitudo earum inter se; & sicut alia est habitudo duorum fratrum ad unum Patrem, & alia inter ipsos fratres: neque enim relatione filiationis ad patrem referuntur inter se: nec qui amici sunt alicujus tertii, sunt amici inter se; hæc & similia liquent propter eandem rationem in hac propositione, quæ sunt continua uni tertio, sunt cõtinua inter se, v.g. datis A.B.C. corporibus continuis, A & C essent continua inter se in uno tertio, nempe B. & tamen inter se non continuantur, quàm sub dicta continuatione tertii, certum est enim digitos continuari palmæ, non tamen continuari inter se.

Diversa habitudo inducit diversitatem conceptus.

227. Posset videri hoc Argumentum parum urgere Caramuelem, qui concessâ majori negat minorem *cit. metal. de principiis per se, Principio* XXVI. n. MXVII. asserens illud principium mathematicum *quæ sunt æqualia uni tertio, sunt æqualia inter se*, falsum esse supponendo relationem distingui à fundamento à quo posset auferri. Supponamus, inquit, quòd A. sit æquale ipsi B ergo habent A, B. mutuam relationem æqualitatis; idem dicito de B.C. atque de A.C. auferat Deus relationem inter A. & C. jam A & C. sunt æqualia uni tertio, nempe B. nihilo secius non sunt æqualia inter se, quia supponitur æqualitatis relatio, quæ erat inter A.C. fuisse sublata, sed

Respondetur hoc Argumentum esse simile huic; mensuræ Vetruvii (quæ sit palmaris) æquales sunt, mensura Polycleti & Lesbii, proinde sunt æquales uni tertio, & tamen non sunt æquales inter se, ex causa immediatè *n.* 225. ostensa, quæ æquè currit in aliis, cùm nõ debeat concludi aliqua identitas vel æqualitas extremorum inter se, nisi secundùm illam identitatem & æqualitatem, quâ sunt eadem vel æqualia medio, alioqui æqualitas transiret ad identitatem, & vicissim identitas in æqualitatem, possetq; fundari æqualitas in substantia, idẽtitas in quantitate. Deinde detur quòd auferatur sive per annihilationem sive per intellectum objectivè præscindentem relatio æqualitatis quam extrema habent ad tertium, stabit adhuc principium hoc geometricum, non enim ideo desinent esse æquales fundamentaliter, id est in quantitate, quia in hac hypothesi non tolleretur ratio unitatis eorum in partibus extensivis, circa quas geometer & mathematicus relictis logico formis denominantibus, versantur.

Cùm igitur juxta hunc Authorem sufficiat Analogia & quædã paritas rationis ad disserendũ de Deo, sicut de creaturis, illudq; principium commodam admittat expositionẽ, ut stare possit cũ unitate naturæ divinæ in tribus suppositis, non est cur Caramuel illud simpliciter neget esse doctrinale, sed falsum asserat, quod tamen potiùs tenendũ fateor, quã dato quòd sit principium lumine naturali evidenter notum, velle illud admittere in creatis, & negare in divinis, de quo mox infra fusè. Videatur Scotus 1. *d.* 2. *q.* 7. *n.* 47. & 48. ejusq; interpretes Lychetus & Poncius fusè.

Ad illud quod in subsidium adducebant, scilicet *ex nihilo nihil fit*, facilis est responsio, cùm certum sit, sicut naturali inquisitione Deum esse inveniri potest, ita & hujus Maximæ falsitas, quæ repugnat Deo, cui creare res ex nihilo proprium est. Sed de hoc alibi.

ARTICULUS III.

An forma Syllogistica adversetur Mysterio SS. Trinitatis?

228. Etsi ex dictis supra liquet, quid de hoc sentiendum; propter apparentes tamen difficultates, ad particulare descendemus examen, quorundam syllogismorum, quos illi Theologi adducunt, qui in divinis non admittunt illud principium: *Quæ sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se*: consequenter in divinis negant formam syllogisticam, quam in illo principio fundant, vel talia in *Dici de omni*, & *Dici de nullo*, ut alterum illud involvunt, vel ut vis, in altero involvuntur. Cur verò illud negent in divinis & admittant in creatis supra innuimus, quia nempe putant ex identitate reali personarum cum divina essentiâ debere inferri eadem

lem identitatem personarum inter se, probátque his syllogismis, vel potiùs paralogismis, apud Scotum *1. d. 2. q. 7. n. 47. & 48.* relatis: *Hic Deus est Pater, Filius est hic Deus, ergo Filius est Pater. Deitas seu Essentia divina est Pater, Filius est Essentia divina, ergo Filius est Pater.* Alii apud alios afferuntur, ut: *hæc Essentia est hæc Paternitas, hæc Filiatio est hæc Essentia, ergo hæc Filiatio est hæc Paternitas.* Item, *Deus est Pater, Deus est Filius, ergo Filius est Pater.* Supposito igitur quòd ars syllogizandi fundetur in lumine naturæ, sequetur, insistendo huic lumini præcisè probari posse hujus Mysterii impossibilitatē. Consequenter hoc Mysterium fidei non solùm supra captum est, sed & contra captum. Verùm quàm facili negotio ostendi possit illa esse mera sophismata, prænotamus ea, quæ formam syllogisticam aut legitimant, aut vitiant. Pro quo

229 Notandum 1. Terminos, ex quibus fiunt syllogismi, quosdam esse communes communitate universali, alios communes communitate quadam singulari. Primi generis sunt, substantia, vivens, animal, homo, de quibus in Logica. Posterioris generis ut intelligas, adverte singulare & particulare non opponi communi, i. e. existenti in multis, una enim eademque res etiam creata potest esse saltem divinitus, v. g. eadem numero albedo in multis subjectis, & de facto eadem numero anima est in multis partibus corporis: in divinis autem hujusmodi termini communes sunt, Deus, Deitas, essentia divina, intellectus, sapientia, voluntas divina, & cætera attributa: etsi enim hi termini sint maximè singulares, sunt tamen communes communitate communicabilitatis, quâ communicantur & identificantur cum pluribus personis realiter distinctis, ita ut tales maneant, esto addatur v. g. huic termino, *Deus, essentia*, pronomen *Hic* vel *Hæc*, nam pronomen *Hic* demonstrat essentiam non personas, unde Doctor subtilis *τὸ hic Deus, hæc Deitas, hæc essentia* exprimit per quale quid, licèt enim Deus non sit propriè quale quid, scilicet universale, cùm sit simpliciter singularis, quia tamen est communicabilis pluribus, & ut *Quo* & ut *Quod*, cujusmodi singulare non reperitur in creatis, ideo ad differentiam suppositorum in divinis dat ei hanc notionē, ut dicatur *quale quid*; & suppositum ècontra, quia simpliciter est incommunicabile, vocat *hoc aliquid*. Ex quo obiter observa rectè responderi ad mentē Doctoris à Poncio *1. d. 2. q. 7. num. sui Commentarii 184.* ad primum syllogismum supra apud *Scotum*, scilicet, quòd si non capiat Ly *hic Deus* pro essentia singulari, sed pro hoc supposito, quòd est Deus, tunc falsa est minor, capiendo hunc Deum in minori pro eodem supposito divino, pro quo capiebatur in majori. Si verò capiatur *hic Deus* in minori pro supposito divino Filii, minor quidem erit vera, sed argumentum constabit quatuor terminis: in quâ responsione innuit Poncius accipi, *ly hic Deus pro hoc aliquid*, pro quali hic terminus juxta Doctorem nunquam supponit. Neque idcirco potest esse medium in syllogismo expositorio, sed in quocunque syllogismo vim obtinet medii communis, sed de hoc infra in solutione & explicatione syllogismorum.

230 Notandum 2. Esse discrimen terminorum utriusque generis, primò quòd prioris generis termini, etsi juxta Scotistas sint communes à parte rei remotè, sive tales sint per inexistentiam, sive per indifferentiam, quod ad propositum perinde est; proximè tamen communes fiunt per secundam intentionem. Posterioris verò generis termini sunt communes à parte rei tribus suppositis divinis. Secundò, priores illi termini pluribus conveniunt cum sui multiplicatione, ad multiplicationem individuorum: posteriores minimè; sed conveniunt pluribus salva omnimodâ singularitate in singulis, & absque sui multiplicatione in iis, cum quibus sunt identificata. Neque enim Deitas, immensitas, sapientia, bonitas, æternitas, major, aut numero, alia est in personis pluribus, quàm in una, ut Symbolum S. Athanasii: *Patris, & Filii, & Spiritus sancti una est divinitas: Æternus Pater, æternus Filius, æternus Spiritus sanctus, & tamen non tres æterni.* Quod de immensitate, aliisque attributis, sine differentia credendum proponit.

Porrò hos terminos in syllogismo accipi oportet ut tales, adeoque debent distribui, ut supponant pro singulis quibus insunt; licèt non eodem modo. Prioris quippe generis termini habentes sub se inferiora, in quibus multiplicantur, aptè distribuuntur juxta Logicos communiter per dictiones, *omnis, quilibet*, & his æquivalentes: secus est de terminis posterioris generis, qui realiter communicantur sine sui multiplicatione, neque dictio *omnis* propriè & formaliter de uno verificari potest. Itaque hoc modo v. g. distributio facienda: *Quidquid est essentia, quidquid est Deus, omnis res quæ est essentia*, aut quid simile, quo denotetur terminum *Deus*, tametsi summè singularem & immultiplicabilem, ambitu suo complecti, quidquid cum illo identificatur.

231 His observatis, patet actum esse de illis nullius momenti syllogismis, malè contra doctrinam supradictam concludentibus, eosque peccare in forma, quia medius terminus: *Deus, essentia*: qui est capax distributionis contra legem formæ syllogisticæ manet indistributus. Et, *hic Deus, hæc Essentia est Pater; Filius est Deus, est hæc essentia; ergo Filius est Pater*: non secus peccat in forma, ac si diceres: *Animal est brutum, homo est animal, ergo homo est brutum.* Et hic: *Hæc Essentia est hæc Paternitas, hæc Filiatio est hæc essentia*, ergo *hæc Filiatio est hæc Paternitas*, & hujusmodi afferuntur ut Expositorii, cùm revera ex doctrina de medio communi tales non sint, sed sophismata, ut notat Doctor subtilis *1. d. 2. q. 7. n. 47. §. per hoc patet ad talia sophismata.* Estque hic illis similis: *homo est Petrus, homo est Paulus*, ergo *Paulus est Petrus.* Vel iste: *hic homo est Petrus, Paulus est hic*

homo, ergo *Paulus est Petrus*. Dicendum itaque cùm medium in syllogismo expositorio debeat ita esse singulare, ut sit *hoc aliquid*, & incommunicabile ut *quod*, qualis non est essentia divina, vel hic terminus *Deus* etiamsi præponatur pronomen *Hic*, ut *supra n.229* semper obtinet vim medii communis.

Unde Subtilis *loco cit.* tres fallacias committi ostendit in allatis syllogismis. 1. ostendit *fallaciam figuræ dictionis*, commutando *quale quid* in *hoc aliquid*, quod contingit defectu distributionis. 2. ostendit committi *fallaciam accidentis*, quæ est deceptio proveniens ex inadæquata & partiali identitate accidentis, id est, termini medii cũ re subjecta, sive cum minori extremitate, quæ identitas est causa apparentiæ in syllogismis affirmativis, & diversitas est causa erroris, quia concluditur simpliciter identitas inter se propter identitatem cum tertio, cui per non distributionem termini medii *Deus*, extraneantur. Quòd itaque Pater & Deus sunt idem, dicendo *hic Deus est Pater*, *hic Deus est Filius*, ubi medium non distribuitur, sed supponit pro Suppositis, & nihilominus postea concludendo identitatem Patris & Filii inter se, ideo fit fallacia accidentis, quia ly *Deus*, ut, *hic Deus est Pater*, cùm tantùm stet pro Patre, Filio extraneatur. 3. ostendit committi *fallaciam consequentis*, quatenus secunda consequentia putatur recta sicut prima, & est à positione consequentis ad positionem antecedentis, verbi gratia, *Pater & Filius sunt unus Deus, ergo sunt idem essentialiter*: *sunt Pater & Filius idem essentialiter, ergo sunt idem suppositaliter*, ac si diceretur: homo est, ergo animal, & statim ab assumptione istius consequentis animal est, ad assumptionem antecedentis, ergo homo est. Itaque sicut non sequitur: animal est; ergo homo est; sic in proposito minor identitas est superius ad majorem, ideoque major identitas se habet ut antecedens, & minor ut consequens. Non valet ergo, Pater & Filius sunt unum essentialiter, quia sunt unus Deus, ergo sunt unum personaliter, quia hæc est simpliciter major unitas.

232. Ex quibus cognoscas quàm importuno calamo *Vasquez* taxet Scotum *1 parte*, *disputatione 122. capite 3. numero 11.* dicens: quòd *Scotus* nullum defectum in forma demonstraverit, & sic contra illum argumentatur: *illa forma syllogistica, aut est bona, aut mala: si bona, ergo rectè sequitur illa conclusio*, Filius est Pater: *si non sit bona, oportet secundùm leges syllogismorum defectum aliquem assignare*. Ex quo argumento, sicut etiam quod Scotum, *disputatione citata, capite 1. & 3.* malè citet pro *quæstione quarta*, cùm agat de illa *1. dist. 3. quæstione 7. numero 47. & seq.* Perspicuum est, *Vasquez* non vidisse *Scotum* in fonte, vel intelligere noluisse, cùm *Scotus* syllogismorum defectus, largius ex fontibus Logicis ostendit quam *Vasquez*, ille enim dum respondet ad hos syllogismos, quos loco citato affert, *Essentia divina est Pater, hæc essentia divina est Filius*, *ergo Filius est Pater*: Item ad hunc: Deus est Pater, Deus est Filius, ergo Filius est Pater, rejectis aliorum solutionibus respondet ibi committi duos defectus: unus, quòd, cùm sint syllogismi expositorii, fuisse ponendum terminum singularem, pro medio componatur communis. Secundus quòd non serveniut termini iidem in conclusione, qui in præmissis, nam in præmissis dicitur, inquit: *Essentia est idem cum Patre, & est idem cum Filio*; in conclusione autem infertur, *Pater & Filius esse idem*, cùm prædicatum majoris fuerit non *Pater*; sed idem cum Patre, unde debuisset inferri: ergo *idem cum Patre est idem cum Filio*. Ubi nolo censurare Vasquez, quomodo consonet prædicatum majoris non fuisse ly *Pater*, sed idem cum Patre, cujus contrarium sonat litera majoris, quæ est: *Essentia divina est Pater*, & non *Essentia est idem cum Patre*. Et in altero syllogismo major sonat: *Deus est Pater*, non, *Deus est idem cum Patre*. Nam quidquid de hoc sit, cùm videatur ad rem respexisse, non ad terminos præcisè sumptos; id solùm adverto, illum nullos defectus cum Marsilio, quem ibi citat, ostendere, quos longè antea Scotus non ostenderit: nimirum cùm, ut inquit Vasquez, sit expositorius, de cujus ratione est ut habeat terminũ singularem pro medio, in utroque tamen syllogismo terminus medius, *Essentia* & *Deus*, tribus personis communis est: quod idem dixit Scotus ostendendo latentes fallacias supradictas, quodque commutetur *quale quid*, id est, *essentia*, Deus, in *hoc aliquid* supponens contra legem syllogisticam pro indistributo, seu non supponente pro singulis, cùm tamen obtineat vim medii communis.

Ad propositum ergo, esto illi termini sint singulares, & eâ ratione distribui nequeant, vel supponere pro pluribus Diis, quia tamen communes sunt tribus personis secundùm rem, ex parte illarum personarum legitimè distribui possunt, & sic syllogismi emendari, v.g. *quidquid est essentia, est Paternitas*; *quidquid est Deus, est Pater*: vel, *omnis res quæ est essentia, est Pater*. vel, *Deus ut est in tribus personis est Pater, Deus ut est in tribus personis est Filius*: ergo *Filius est Pater*, & sic de cæteris. Ubi emendatâ formâ præmissæ sunt falsæ.

Finaliter ex hac doctrinâ facilè solvi potest forma, in qua loco medii communis accipitur aliquid, quod in Deo est penitus singulare, hunc in modum: *Pater est Deus, Pater non est Filius*, ergo *Filius non est Deus*. Et vicissim: *Filius non est Pater, Filius est essentia*, ergo *essentia non est Pater*. Ubi proceditur à termino negato ad non negatum, quia majus extremum primi syllogismi, & minus extremum secundi syllogismi in conclusione afficitur negatione, quæ habet vim distribuendi, in præmissis verò eâ negatione carent; quoties verò arguimus à termino nõ negato ad negatum, committuntur fallaciæ, quas Doctor notavit, ideoque 233.

idem

idem est, ac si non argueremus à non distributo ad distributum. Ut quando negatur absolutè Filius esse Deus, & essentiam esse Patrem, universè negatur quidquid est Filius, esse Deum, & quidquid est essentia esse Patrem, cùm tamen sic non fuerit acceptum ly *Deus* in majore primi syllogismi, neque essentia in minore Secundi. Falsum siquidem est, Patrem esse quidquid est Deus, & Filium esse quidquid est essentia, cùm tamen sit aliquid quod est Deus seu essentia, estque in istis syllogismis simile vitium, ac si quis diceret: *Petrus non est probus, Petrus est homo: ergo homo non est probus*: particula negante probitatem de homine distributivè intellecto, seu de homine universim. Ex his colligitur formam syllogisticam non repugnare mysterio SS. Trinitatis; consequenter nec veritatem fidei adversari rationi luminis naturalis, quod est intentum hujus quæstionis.

QVÆSTIO III.

An solo nomine & titulo facilitatis excludendi contradictionem, quo augustissimum SS. Trinitatis mysterium & redditur credibilius, & ostenditur quòd illud non destruat evidentiam luminis naturalis, rectè dicatur supernaturalitatis profunditatem, & mysteriosam illius majestatem evacuari, & diminui.

SVMMARIVM.

1. *Conamina & doctrina reddendi mysterium credibilius nullius falsitatis suspecta. n.234. & seq.*
2. *Varia SS. Trinitatis similitudinariæ expressiones. n. 234.*
3. *Imago Dei in homine, & Angelo in quo consistat, varia sententia. n.235.*
4. *Vestigium SS. Trinitatis in omni creatura, in quo consistat. n.236.*
5. *Refertur, quare per imaginem in homine nequeat naturaliter cognosci Deus, ubi de dissimilitudine imaginis in nobis ad suum prototypon Deum. n.236.*

Scoti doctrina inexpugnabilis. Præmissis duabus Quæstionibus superioribus, paulatim propius ad quæsitum principale accedimus. An doctrina Scoti de distinctione in divinis præjudicet, & evacuet adorandam arcani & difficillimi mysterii SS. Trinitatis altitudinem, rab eam molimine, cum nullis rationum machinis, neque SS. Patrum authoritate, Scoti doctrinam expugnare potuerint, illam denique quod facile creditu reddat mysterium, falsitatis suspectum reddere volunt.

ASSERTIO.

Tantùm abest, ut doctrina aliqua falsitatis suspecta esse debeat, propter declarationem profundissimi hujus mysterii, & munus reddendi illud credibilius, quo ostenditur illud non destruere rationem seu evidentiam naturalem dato quòd jam per divinam revelationem constiterit illud actu verè existere: quin potiùs eo nomine suspicienda & amplectenda præ aliis quæ id non præstant, neque manuducunt intellectum nostrum, quo illud impossibile esse non apprehendat.

234. HÆc Assertio tot habet probationes, quot D.Thomas congruentias & rationes *in Aurea Summa contra Gentes*, ubi Philosophis & Gentilibus conatus fuit suadere mysteria fidei, quamvis sint contra captum luminis naturalis, non esse tamen contra lumen naturale, neque destruere illud, & ex hoc capite non esse incredibilia: quæ omnes per quatuor di-

ctos Summæ libros allatæ, forent respuendæ tanquam inutiles, & evacuantes fidei mysteria.

Similitudinaria Conciones SS. Trinitatis Secundò, omnes illi SS. Patres, Theologi, Concionatores, & Catechistæ, perperam conarentur hoc mysterium reddere credibile per aliquas similitudines à creaturis desumptas, v. gr. tribus animæ potentiis, intellectu, voluntate, & memoriâ. Item tribus ejusdem corporis dimensionibus, longitudine, latitudine, & profunditate; perperam quoque excogitassent exempla, similitudines, & rationes, quibus SS. Trinitatis mysterium ad credibilius reddendum usi fuerunt, qualium rationum experimenta videre est apud Manuelem Calechas *L. de Trinit.* Nam *Gregorius*

Gregorius Nazian. *Nazianzenus* illud cum oculo fontis, fonte, & fluvio comparat; item cum Sole, radio, & lumine: item cum mente ἐνδυμάτοι, id est, consideratione, anima, in quibus non est divisio vel sectio. Item cum triplici fonte, & una luminis commixtione. *Gregorius Nyssen.*

Gregor. Nyssenus. *l. de Trinit.* hæc tria dicit esse in nobis, quæ sunt: νοῦν λόγον, πνεῦμα, mens inquit parit rationem, ratio movet mentem, & neque mens sine ratione est, neque ratio sine mente: similiter sine spiritu qui est in nobis, non erit ex mente: hæc, inquit, sunt æqualia, & separari à se invicem non possunt, sic est intelligendum de Trinitate. Alii cum fonte, fluvio, & lacu: cum igne, flamma, & lumine:

Cyrillus. Cyrillus, cum radice, ramo, & fructu: Item cum digito, manu, & brachio; & aliàs cum rosâ, flore, & odore. In his omnibus reperiuntur quædam inseparabilia à se mutuo, quæ assumuntur ad declarandum utcunque tres personas omninò inseparabiles, propterea ubus distinctas, & unius substantiæ: ita ut ab alio assumatur τὸ ἀχώριςον, id est, personarum inseparabilitas, ab alio τὸ ὁμόουσιον, id est, consubstantialitas, quæ omnia satius omissa, quàm dicta & assumpta fuissent, si conamina reddendi hoc mysterium credibilius, præjudicarent mysterio fidei: sicque frustrà alii conati sunt explicationem facere hujus mysterii difficultatem, & ostendere, quòd non sit contra evidentiam rationis [illegible] impossibile.

235. *In homine & Angelo SS. Trinitatis imago.* Tertiò, ad facilitandum hoc augustissimum mysterium in obsequium fidei, pro ratione adducimus, quòd detur (ut fusè *Magister Sententiarum* 1. *d.3 litteraF. & G.*) in homine & Angelo Trinitatis imago. Ita D. Thom. 1. *p.q.93. fusè per 9. articulos.* Scotus 1.*d.3. qu.9. n.3.* & plerique passim Theologi, cum *S. Augustino* apud Subtilem *loc. citat.* productum. Idque omni meliori modo per rationes declarant; eatenus enim imago Trinitatis consistit in homine, quatenus est fœcunda ad gignendum & spirandum, ut Scotus, cùm detur in eo processio Verbi mentalis, & amoris. Vel eatenus, *ut alii*, quòd homo sit prædictus libe-

In quo consistat. ro arbitrio, habeatque supra cæteras creaturas dominium. Vel denique quòd in homine detur notitia & amor Dei, quemadmodum Deus cognoscit se in Verbo, quod est Filius, & Pater, & Filius diligunt se amore, qui est Spiritus sanctus.

236. Rursus pro ratione adducimus, ut Magister Sentent. *loc. suprà cit.* quod in omni creatura appareat vestigium SS. Trinitatis, quomodo dicit *Boëtius, mundum mente gerens, similique in imagine formans*, apud D. Thomam *loc. mox cit.* ubi & *Dionysium l. de divin. Nomin.* dicentem adducit: *Habent creata, causarum suarum contingentes imagines*, sed Deus est causa omnium rerum. Deinde quælibet res per sui unitatem, repræsentat Patrem divinum, qui est SS. Trinitatis principium: species autem cujuscunque rei creatæ repræsentet Filium, cui appropriata est forma, & sapientia, per quam facta sunt omnia, quemadmodum quælibet res per suam formam operatur: ac denique pondus & inclinatio rei repræsentat Spiritum sanctum, qui est amor, quo Deus diligit seipsum & creaturam, & hanc rationem imaginis & vestigii lumen naturale facilè potest capere. *Boëtius. Vestigium Dei in quo consistat, in omni creatura.* Atqui propterea non evacuatur altitudo mysterii SS. Trinitatis, nam neque ducit intellectum nostrum in perfectam notitiam SS. Trinitatis, neque mysterium illud in res creatas, neque ad ullum suæ altitudinis, aut supernaturalitatis præjudicium. Nam inprimis, ut rectè D. Thomas *loc. cit.* & Subtilis Doctor 1.*d.3. qu.9. n.9. §. Ad primum argumentum.* Et *Quodl. 14. art.3. §. Ad secundum.* Imago in creatura est admodum imperfecta, & cū similitudine aliqua valde dissimili: quia imago Trinitatis est in nobis secundùm processionem intelligendi, & volendi, illi autem actus in creatura sunt absoluti, personæ verò procedentes sunt relativæ: item actus intelligendi & volendi in nobis realiter prorsus distinguuntur, ut nulla ratione inter se & cum anima, vel cum intellectu fœcundo, & memoriâ fœcundâ identificentur: personæ verò in divinis eatenus sunt realiter inter se distinctæ, ut tamen cum essentia, intellectu, & voluntate fœcunda in essentia divina realiter identificentur. Alias rationes hic adducit Poncius *in suo Comment. super cit. Doctoris locum*, de nimia imaginis imperfectione, dicitque se existimare non dari propriè dictam Trinitatis imaginem in homine, & quamvis Deus dicatur fecisse hominem ad imaginem, & similitudinem suam, tamen existimo, inquit, hanc rationem imaginis & similitudinis esse in homine ad Deum quà unus, non quà trinus est.

Sed quidquid de hoc sit, certum est, sicut ex allatis constat, imaginem in nobis non esse sufficientem, citra divinam revelationem, ut intellectui nostro ducatum præstare possit, deveniendi naturaliter in notitiam SS. Trinitatis, de quo suprà satis; ita nec & multò minus, etiam suppositâ fide ad evacuandam illius supernaturalitatem, quis enim tale quid asserere unquam ausus fuit, quòd revelato SS. hoc mysterio, propter aliqualem illius declaratio-

rationem, & non repugnantiæ ostensionem, illius supernalitas evacuetur, & in creaturas, putà Angelos, & homines invehatur, qui aliqualem illius exprimunt similitudinem, & sic sub titulo & nomine facilitatis alicujus viatoribus illud reddant credibilius? Quæ res jam certa est, ut sine jactura temporis amplius illi non oporteat immorari. Quòd autem eo nomine talis doctrina præ cæteris sit suspicienda & tenenda posset probari à simili, ex ipsa Scriptura, quâ illa propter excellentiam hominis, imagine Dei insigniti, æqualitatem inter se quoad naturam non solùm commendat, & præfert aliis creaturis homine inferioribus, sed & personarum acceptionem, ut damnabilem reprobat, ut habetur *Rom. 2. v. 11. & Jacobi 2. v. 1. &c.* Falsum igitur est, quòd ex hac parte similis doctrina evacuet hoc mysterium. De his plura *Qu. seq. in probationibus prima & secunda assertionis.*

QUÆSTIO IV.

De quæsito principali: An supernaturalitas altissimi mysterii SS.æ Trinitatis præjudicium patiatur per distinctionem in Divinis à Doctore Subtili assertam?

SUMMARIUM.

1. *Adversarii Scoti doctrinam contrariis insultibus adoriuntur. n. 237. & 238.*
2. *Doctrina Doctoris Subtilis de mysterio SS. Trinitatis non subvertit prima principia. n. 240.*
3. *Scoti doctrina cur potiùs amplectenda, quàm aliorum. nu. 241. nullius suspecta falsitatis. ibidem.*
4. *Affirmatio communicationis, & negatio illius in Deo unde originetur. n. 241.*
5. *Distinctio aliqua inter relationes & naturam est mysterio Trinitatis congenea. n. 243. dilemma retortum in Adversarios, qui suo se jugulant gladio. ibid.*
6. *Supernaturalitatem altitudo mysterii Trinitatis admiranda, quare. n. 243.*
7. *Super omne exemplum rerum creatarum Trinitas. n. 245.*
8. *Doctor Angelicus, & Subtilis Paralleli. n. 247.*
9. *D. Thomas conjicitur in eandem cum Scoto censura damnationem. ibid.*
10. *Junctis pedibus labuntur Adversarii in foveam, quam Scoto fodere voluerunt. n. 248.*
11. *Distinctio in divinis ex ipso mysterio Trinitatis convincitur. n. 248.*
12. *Refelluntur, & ad Paralogismos reducuntur argumenta suprà n. 237. allata. n. 249.*
13. *Diluuntur argumenta sub num. 238. relata n. 250.*
14. *Natura oppositionis contradictoria, & tàm sit nulla à parte rei, quare tamen maxima. n. 251.*

ARTICULUS I.

In quo Proponuntur Adversariorum fundamenta.

237. NOn obstante, quòd agnoverint nonnulli doctrinam Scoti non lædere mysterium Trinitatis, sed illud præ cæteris per illam reddi credibilius, unde non impugnant Subtilem, nec censurant, ut alii, doctrinam illius de præjudicio aliquo huic mysterio ex ea accessito, sed de insufficientia, quòd non tollat omnes hujus mysterii difficultates, & quidem *Veken* disp. 6. de Deo in fine n. 24. ait: *Scotistas non posse tribuere distinctioni formali, ut eâ admissâ, mysterium Trinitatis omninò clarum ac facile reddat.* Deinde apud *Ricciolium Tract. de dist. nil. c. 24. n. 293.* Quidam Theologus Anonymus contra distinctionem Scoti sic argumentatur (distinctio formalis ex natura rei inter essentiam divinam, & personas, licèt hæ habeant diversam quidditatem, & definitionem non tollit difficultatem Trinitatis Personarum in unitate essentiæ numerica: ergo inutilis est, nullumque inde sperandum est emolumentum. Anteced. prob. 1. authoritate insignis Scotistæ *Gulielmi Rubionis l. d. 2. q. 3. a. 2. §. Etsi quæras*: ubi non obstante distinctione Scotistica, de hoc mysterio ait: *Dico hoc esse à viatore inintelligibile, nisi sit fides lumine illustratus; unde hoc solum meo judicio est ad intelli-*

telligendum impossibilius per naturam, & difficilius quàm alia omnia, quæ sunt fidei simul sumpta. Hæc ille. *Secundò*, sicut per distinctionem formalem inter animalitatem, rationalitatem, & risibilitatem positâ horum identitate reali, non tollitur vis adamantina hujus syllogismi: *Hoc rationale est hoc animal, hoc risibile est hoc rationale, ergo hoc risibile est hoc animal*: ita per hanc distinctionem non tollitur vis hujus argumenti: *Hæc essentia est hæc Paternitas, hæc filiatio est hæc essentia, ergo hæc filiatio est hæc Paternitas.* Prætereà distinctio formalis licèt præstet ne Paternitas in sensu formali communicetur Filio; non tollit tamen ne communicetur in *sensu reali & realiter* Filio. Sicut in sententia Scoti licèt intellectio Patris distinguatur formaliter ab amore, quia tamen identificatur realiter cum amore, Pater communicando Filio intellectionem, eidem necessariò communicat amorem.

238\. *Contrario itinere incedentes Scotum non attingunt.*

Hoc nihilominus neglecto, alii econtrà, quod alicui risum movere potest, contrario impetu perciti de prorsus opposito arguunt, quòd per Scoti doctrinam evacuetur omnis difficultas & profunditas hujus mysterii, ita Arrubal *1.p.d.100.c.2.* Alarcon *Tract.5.de Deo, d.2.c.6.* Antonius Bernal. de Quieros *in selectis disp. de Deo, Tract.2.d.14.sect.6.num 57. & d.15. sect.18.num.142.* Izquierdo *in Pharo scientiarum d.13.qu.5. num.106.* Bernaldi verba hîc producamus: *Si*, inquit, *ex alietate seu distinctione*, putà Scoti, quem impetit, *inter essentiam & filiationem veniret, quòd eadem essentia daretur, seu quasi transiret ad Patrem manente filiatione in solo Filio, nil prorsus hic esset mysterii; ubi enim duo actu distinguuntur, quid mirum si unum actu communicetur non communicato alio, etenim hoc non est singulare in Trinitate, nam etiam in creaturis communicatur pluribus materia prima, quàm communicetur forma.* Et num. 152.

Qualiter ex mente adversariorū mysterium

Si essentia ex natura rei non est Paternitas, quid mirum si illa sit in Filio, & Paternitas non sit in Filio, neque essentia generet, Paternitas verò generet: Ecce sine mysterio anima in homine discurrit, materia prima non discurrit; hac est in cadavere, anima non est in cadavere. Ipse autem Izquierdo: *Si distinctio formalis ex natura rei valet in creatis, jam mysterii Trinitatis difficultas evacuatur, jam enim in creaturis quoque reperiuntur plura, inter se ex natura rei distincta, attamen identificata cum uno tertio*: ergo sicut in SS. Trinitate tres personæ realiter distinctæ sunt unus Deus, ita in ente creato illa plura ex natura rei distincta sunt apud Scotistas una res. Vide infrà n. 244. *Insuper* cùm illa plura fundent contradictoria, erunt etiam realiter distincta, & sic repræsentant Trinitatem. Sequela hujus prob. Illa quæ fundant contradictoria necessariò sunt realiter distincta, illa plura secundùm Scotistas fundant contradictoria, cùm propter illa Scotus excogitaverit illam distinctionem: ergo. Maj. prob. Quæcunque realiter opponuntur, realiter ab invicem distinguuntur; at quæ opponuntur contradictoriè, realiter opponuntur: ergo realiter distinguuntur. Talis est oppositio inter hæc Deo intrinseca: *Essentia communicatur, Paternitas non communicatur.* Maj. prob. Quia non minus evidens est nihil posse sibi realiter opponi, sed alteri realiter à se distincto, quàm evidens sit nihil posse seipsum realiter producere, atqui inter producens, & productum requiritur realis distinctio: ergo, & inter contradictoriè opposita.

Trinitatis invehatur in creaturas.

Confirmatur: Distinctio realis dicit fundamentum oppositionis realis, quæ semper inter realiter distincta reperitur, vel sit producentis, & producti, vel productivi, & producibilis, vel mensuræ, vel convenientiæ: hinc ubi obviat relationis oppositio, ibi est realis distinctio, atqui inter istas formalitates ex natura rei distinctas obviat relationis oppositio: ergo est realis distinctio. Min. prob. Quia est oppositio similitudinis, & dissimilitudinis, æqualitatis, & proportionum, v.gr. risibilitas identificata cum rationalitate, est minor rationalitate: ergo oppositio minoritatis opponitur rationalitati: ergo si ex natura rei & realiter distinguuntur; habetur ergo, induci ad speciem, ipsum sanctiss. Trinitatis mysterium in creaturas. 239.

Ubi obviat relationis oppositio, ibi est realis distinctio.

ARTICULUS II.

In quo

Resolvitur Quæstio principalis.

Tomo primo occasione materiæ Controv. 8. quæst. 4. art. 2. multa de hac difficultate tractavimus, quæ pro solutione argumentorum, præter ea, quæ hic habentur, videre licet.

ASSERTIO I.

Ita per distinctionem Scoti mysterium SS. Trinitatis proponitur, ut non sit contra lumen naturæ, & prima principia lumine naturali evidentissima; quo tamen non obstante, adhuc tam sublime, arcanum, & ab humana mente reconditum est, ut sit supra omnem captum intellectus creati, & creabilis, possitque si insistatur captui naturali, dubitari an de facto ita sit, ut simpliciter divina revelatione opus sit, & lumine fidei, aut lumine gloriæ.

Distinctio Scoti reddit mysterium Trinitatis credibile.

240. PRima pars, quæ habet, per Scoti distinctionem ante opus intellectûs tolli contradictionis ictum, nec non hujus mysterii impossibilitatem, Probatur: quia per eam assignatur ratio, ob quam de divinis verificari possint contradictoria, absque repugnantia cum evidentissimis illis principiis: *Impossibile est idē esse, & non esse;* & *impossibile est idem de eodem secundùm idem affirmari, & negari*: suppositâ enim veritate fidei, quòd in Deo divina Essentia communicetur, Paternitas non communicetur, Paternitas generet, essentia non generet; Scoti distinctio præstat, ut non sit tantummodò vera hæc negativa: *Paternitas non communicatur Filio*, sed vera quoque sit hæc affirmativa: *Essentia communicatur Filio*, idem erit de aliis contradictoriis in Deo verificabilibus, ubi si nulla esset distinctio personam inter & essentiam, ejusdem de eodem respectu ejusdem esset affirmatio, & negatio, quod evidentia naturalis dictat esse impossibile, & ipsa fides, quia veritas fidei non destruit veritatem luminis naturalis, ut *suprà quæst. 2.* dictum est: ergo per distinctionem Scoti proponitur hoc mysterium, ut non sit contra lumen naturale, & prima principia: consequenter repugnantia hujus mysterii, & impossibilitate sublatâ redditur credibilius, & quòd sit de facto existens, ut revelatum à Deo.

241. Probatur secunda pars primò: ex dictis *Quæst. præced.* quòd nulla doctrina propter munus declarandi & reddendi credibilius hoc mysterium, nequidem esse potest rationabiliter suspecta de falsitatis errore, quin potiùs sit præ omni alia, quæ id muneris non habet, amplectenda. Nulla igitur consequentia inferre possunt, per illam distinctionem Scoti hoc mysterium evacuari. Patet Anteced. Conseq. prob. Quia idcircò vel maximè esset, quòd suppositâ distinctione inter naturam & Paternitatem, non videatur paradoxum, aut difficile communicari unum, non communicato altero, atqui hæc ratio nulla est, imò est fallacia à non causa ut causa: ergo. Major patet ex argumentis Adversariorum num. 237. & 238. & 239. allatis. Min. prob. *Communicari*, dicit Essentiam divinam fieri seu esse terminum formalem productionis divinæ in supposito producto v. gr. generationis in Filio, nimirùm, quia productum producenti simile procedit secundùm naturam quasi specificam, vel potiùs numero eandem: *non communicari* dicit contradictorium illius, seu non esse terminum formalem productionis in supposito producto; atqui nec ad simpliciter, nec ad faciliter ita communicari vel non communicari originatur ex distinctione Scoti in divinis asserta: ergo. Major est communis cum D. Thoma *1. p. quæst. 41 art. 5.* ubi docet, genitum assimilari generanti in natura. Et Scoto *1. d. 7. qu. 1. §. Loquendo nunc de potentia.* Min. prob. *Quoad primum*, communicari simpliciter, à quo unum suppositum originatur ab alio, secundùm quod producens assimilat sibi productum in eadem impartibiliter numero natura, quâ agit, refunditur in infinitam divinæ Essentiæ fœcunditatem; in qua (sive relatio personæ producentis spectet ad constitutionem principii *Quo* divinæ originis: sive sit tantummodo conditio principiandi) fundatur actio generationis Filii, & processionis Spiritûs sancti: Probatur item *quoad secundum*, vel distinctione crescit perfectio, & vis intrinseca principii fœcundi, ita ut generandi & spirandi vires tribuat, vel non; primum catholicè nemo asseret, quia necesse est ut ens à se, & primum in toto ordine entium, vendicet sibi omnem essendi, & operandi perfectionem, in tota & infinita plenitudine, quæ illi competere potest, cùm sicut nulla ratio essendi, ita nec ratio operandi sit limitata in aliquo, nisi habeatur ab alio illud ad certum gradum determinante: ergo & necesse est, ut dicat omnem perfectè operandi perfectionem in infinita similiter plenitudine, ut non sit aliud in Deo esse & posse, ut consequenter nemo Theologorum diceret, Essentiam divinam exire quidem in actionem notionalem, simpliciter, non tamen ad hoc facilitari suapte naturâ ratione divinæ suæ ac infinitæ fœcunditatis, sed ratione distinctionis, essetque simile & frivolum, magis, ac si diceres hominem quidem simpliciter intelligere per principium intelligendi, & sentire per principium sentiendi, non tamen ad illos actus facilitari ex natura principii, sed ratione distinctionis inter animalitatem, & rationalitatem, proinde absurda, & falsissima est consequentia, quam dedu-

Ratio adversariorum de hujus mysterii evacuatione, Communicari, inanis, & vana.

Productio arguit oppositionem ut inter producens, & productū.

Communicari in divinis unde originetur.

Essentia divina suapte natura exit in actionē notionalem.

deducunt ex distinctione Scoti, communicari naturam & non communicari Paternitatem, nihil esse singulare in hoc Mysterio, & ita evacuari illius altitudinem, licèt enim ad id prædicta distinctio requiratur, ut persona & Natura sint omninò idem, cùm alioquin si persona & natura essent proinsus idem, soloque nomine distinguerentur, aut tunc utrumque significatum, per hæc duo nomina produceretur, aut neutrum produceretur, aut idem respectu ejusdem sub eadem à parte rei ratione simul produceretur & non produceretur, quod est impossibile, ideo tamen distinctio non est ratio ob quam Pater producens Filium, non producat, aut facilius non producat Naturam divinam, estque falsa causalis illa propositio quam Adversarii proponunt per particulas *ideo, idcirco, quia*, &c. ut mox pluribus infra *sub assertione secunda n. 246.* hoc loco Adversarios sic

In quo sita sit maxima difficultas Mysterii Trinitatis.

Urgeo & insto: Maxima hujus Mysterii difficultas in eo sita est, quod, ut fides docet, natura eadem sit communicabilis suppositis realiter distinctis, & illa supposita realiter distincta sint sibi in illa natura impartibiliter, seu sine naturæ multiplicitate realiter identificata: atqui ab Adversariis non potest ostendi, in quo doctrina Scoti vel in minimo minuat hanc difficultatem fide creditam, ergo. Min. prob. 1. quia hæc distinctio non tollit admirabilem illam realem identitatem, solâ fide notam, trium suppositorum in una natura, sed illam supponit, cùm hæc distinctio sit impossibilis sine reali identitate distinctorum; & si tolleret illam, non solùm altitudinem hujus Mysterii evacuaret, sed destrueret, reddendo illud impossibile, sicut enim de facto propter realem distinctionem & oppositionem inter producens & productum, Pater non est Filius, seu paternitas non communicatur Filió, ita ob eandem causam, si identitas realis personarum in unitate naturæ tolleretur, non possent communicari in eadem numero natura, sed sicut essent tria supposita, ita tres Dii. 2. Non tollit realem oppositionem, similiter fide notam, inter producens & productum, ut patet, denique non stat, per distinctionem posse unum communicari non communicato alio, quia aliàs sequeretur quòd intellectus Patris possit communicari non communicatâ voluntate, vel intellectio Patris non communicato amore, cùm tam inter hæc sit distinctio formalis, quam inter naturam divinam & Paternitatem; ergo frivolum est dicere, quòd huic Mysterio deroget doctrina Scoti, licèt præstet, ut absit omnis contradictionis repugnantia inter essentiam communicatam, & paternitatem non communicatam, utpote quæ redderet illud Mysterium captui luminis naturalis creditu impossibile, minimè tamen ideo evacuatur magis, quàm per omnes alias rationes, congruentias, & similitudines extrinsecas, quibus S. Thomas *supra q. 8. n. 227. contra Gentes*, Theologi & alii SS. PP. omnibus modis conati sunt illud credibile facere, seu non esse impossibile, & contra evidentiam luminis naturalis, contra quam si quid suadere voluissent, Gentes illud potiùs deridentes rejecissent, nec unquam adduci potuissent, ad hoc Mysterium credendum, si enim teste Apostolo 2. Cor. 1. v. 23. Incarnationis & passionis Mysterium, præterquam quòd non fuerit contra naturale lumen, sed plenissimum gratiæ & amoris, quæ illud commendare potuissent, *Judæis tamen scandalum extiterit, Gentibus verò stultitia.* Multò magis hoc Altissimum Mysterium, si sicut *supra*, ita *contra* evidentiam luminis naturalis illis quis persuadere attentasset. Item si ipsi Gentiles Philosophi, Aristoteles & alii, doctrinam Protagoricam qua Protagoras docebat: *ea vera esse, quæcunque quis vera arbitraretur*, ceu irrationabile dogma accerrimè expugnaverint; quanto magis si quis illis, ut vera prædicaret, quæ naturali evidentia falsa esse cognoscerentur.

S. Thomas.

2. Cor. 1. v. 23. à simili.

Protagoræ dogma.

Confirmatur: Theologi de facto ex ratione naturali docent, quòd non implicet idem corpus replicari in pluribus locis, & ita facilitant Mysterium Eucharistiæ: sed nemo dicet, quòd per hoc ejus supernaturalitas evacuetur, ergo nec de Mysterio Trinitatis dicendum. Sequela prob. hoc Mysterium etiamnum post illius revelationem adeò à sensibus nostris remotum & abstrusum est, ut de eo nihil, nisi per fidei illustrationem humana mens percipiat, atque etiam tunc nil se percepisse, sed simpliciter credidisse, & quidem ad sobrietatem Christianam sapiens fateatur *credidisse* inquam auxilio supernaturali adjutus, piàque affectione liberè consentiens, intellectum suum captivat in obsequium fidei, frustra ergo dicitur, quòd Scoti distinctio in divinis asserta evacuet illius Mysterii supernaturalitatem, cùm illud non credamus propter distinctionem, sed propter revelationem, cum signis & argumentis credibilitatis, & adjutorio gratiæ supernæ. 242.

Quod fide creditur, sobriè percipitur.

Eadem secunda pars prob. secundò: tam sublime & reconditum est hoc Mysterium, ut ea quæ de eo fide credenda proponuntur, videri possent intellectui nostro esse non solùm super lumen naturale, sed etiam contra illud, ergo licet per congruam distinctionem aliquam intellectui nostro declaretur id non esse contra, seu non destruere lumen naturale, & prima principia in lumine naturali radicata, & sic per illam distinctionem evacuetur una difficultas, quòd illud Mysterium non sit impossibile, nec sit contra evidentiam luminis naturalis quoad contradictoria in hoc Mysterio inclusa, quæ videlicet absque contradictione de illo enunciari valeant; non tamen evacuatur quoad innumera alia, quæ in hac Mysteriorum abysso involvuntur, quorum majestas opprimit omnem captum intellectus creati & creabilis, suntque ad assentiendum illis tam ardua, ut possimus semper pro argumento fidei inclamare: *Veni sancte Spiritus.* Et exclamare, *O Altitudo!* verè enim inscrutabilis 243.

Non tantùm supra sed & contra captum hoc Mysterium videri posset.

alti-

altitudo, solâ fide nota, ut *hâc Controversiâ, quæst. primâ, artic. tertio*, *num. 211.* contra Lullum ostendimus, esse in Natura veram, & propriam, sed ineffabilem plurium personarum productionem, quibus communicatur natura illa cum oppositione reali inter producentem, & productum, & tamen in illis non multiplicetur numericè natura, sicut multiplicatur in omni productione substantiæ creatæ, facta ab alia simili substantia, sed tres personas inter se realiter distinctas, & relativè oppositas esse unum numero Deum. Unde nascuntur tot articuli fidei, quot propositiones supra omnem modum admirabiles: ut quòd una res sit alterius rei sibi secundum essentiam identificatæ principium, & causa, sicut in Divinis Pater est principium Filii, & uterque Spiritus sancti, adeoque una res secundùm unam sui formalitatem possit produci, & secundùm aliam non produci; putà Filius secundùm filiationem, essentia filiationi realiter identificatâ simpliciter improductâ. Secundò. Quòd Pater intelligendo suam essentiam producat Verbum, quòd tamen Patrem non constituat formaliter intelligentem, sicut nos nostrum. *Item*, quòd Pater producat Verbum non accidentale, sicut producit intellectus creatus, sed substantiale, imò per omnia consubstantiale eam identitate naturæ non solùm specifica, sed etiam numerica, ita, ut Verbum vel Filius sit perfecta imago Patris. Tertiò, quòd Pater, & Filius se diligendo producant Amorem, qui non sit accidentalis, sed subsistens, & ipse Spiritus sanctus amoris terminus æqualiter participans cum Patre, & Filio, essentiam. Quartò, quòd Pater, & Filius se Spiritu sancto diligant, Pater tamen Sapientia genita non sapiat. Quintò, quòd esto Pater, & Filius sint duæ personæ realiter distinctæ, sint tamen non duo, sed unicum principium spirativum Spiritus Sancti. Sextò, quòd prior origine sit Pater Filio, Filius, & Pater Spiritu sancto, & tamen omnes tres sint æquè perfectæ: non item tamen Patrem prius origine intelligere, spirare, creare quàm Filium, nec utrumque prius origine intelligere, vel creare, quàm Spiritus sanctus, consequenter esto Pater sit origine prior Filio, secundum quod tamen Filius spirat Spiritum sanctum, ille non est propriè posterior Patre, nec Pater prior illo, sed solùm secundùm *quid*, scilicet ratione principii, quo Filius producit Spiritum sanctum, non ratione productionis, hanc enim secundum se, & formaliter Filius non accipit, proinde nec à Patre accipit, sed per illam formaliter aliud suppositum accipit esse à Filio. Septimò, quòd Pater intelligendo se generet Filium per omnia sibi coæqualem, nec tamen ei communicet fœcunditatem, quâ Filius intelligendo se ipsum producat alium Filium, cujus causam dedimus *suprà*, *num. 214. quæst. primâ*, §. 6. Nec denique Pater, & Filius communicant Spiritui sancto fœcunditatem, aut producendi alium Filium, intelligendo se ipsum: aut alium Spiritum sanctum amando Patrem, & Filium. Et similia alia naturaliter inscrutabilia. Jam judicet æquus Lector, esto per Scoti doctrinam intellectus generaliter agnoscat illud mysterium non esse contra prima principia naturaliter evidentia, an rectè censuretur, ac si tanti mysterii mysteria lædat, aut diminuat; an non potiùs contra infidelium derisionem & despicatum tueatur, & magnificè defendat.

Sublimis doctrina de Deo mirabilibus.



ASSERTIO II.

Salva diſtinctione Scoti in Deo,& creaturis, myſterium SS. Trinitatis, ſuppoſita etiam illius revelatione,ita adhuc excedit & ſuperat omne exemplum rerum creatarum,ut in aliqua earum, præter eſſe imaginis in Angelis,& homine, & præter eſſe veſtigii in aliis creaturis deprehenſum,ne caſſa quidem umbra illius reperiri valeat.

Quare ex mente adverſariorum conſtratur diſtinctio Scoti.

244. HÆc Aſſertio eſt contra illos Authores qui inferunt illud myſterium invehi in res creatas,quas diſtinctio Scoti in illis reperta aſſimilet huic myſterio. Quare non ſolùm cum Izquierdo ſupra nu. 238. argumentantur dari in creaturis Trinitatem; ſed & quia v.gr. animal in homine ſecundùm Scotum diſtinguitur ex natura rei ab illius rationalitate, jam ſicut in myſterio SS. Trinitatis. Deus Pater poteſt producere Filium, abſque eo quòd producat naturam divinam, quantumvis realiter identificatam cum perſona Filii, quia, inquiunt, Natura divina non eſt omnimodè idem cum perſona Filii,ſed inter ſe vera aliqua diſtinctione diſtinguuntur, ita quia rationalitas eſt alia ab animalitate, poſſet produci animalitas,non producta rationalitate. Sæpè, fateor, ſummoperè miratus fui, quòd viri alioqui ſapientes & docti, hoc argumento diſtinctionem Scoti expugnandam ſuſceperint, & multò magis,quòd inde aliquod SS. Trinitatis ſpecimen,in rebus creatis putaverint reperiri, conſequenter hac ex parte naturaliter inacceſſibilem SS. illius myſterii celſitudinem evacuari; non advertentes, ſi id fieri poſſet, potiùs contingere in eorum doctrina, ſuppoſito,quòd teneant nobiſcum hoc myſterium eſſe naturaliter indemonſtrabile , & tamen cum hoc,doceant titulo creati demonſtrabile eſſe,non dari in creaturis diſtinctionem ex natura rei formalem, aut virtualem intrinſecam, etſi hanc ſecundam judicent in Deo admittendam, arguuntque ſic contra *Subtilem*: ſi daretur diſtinctio intrinſeca, ſeu ex natura rei formalis in creatis, daretur etiam infinita Eſſentia & SS. Trinitas in creatis: Sequelam probant, quia quòd Deus ſit infinitus in eſſentia, quandoquidem, ut Metaphyſica demonſtrat,omnis poſſibilis perfectio illi competit , arguitur titulo infinitudinis illi etiam competere intrinſecam virtualem, ratione cujus prædicentur contradictoria de eſſentia & divinis relationibus,ſalva eorum inter ſe identitate reali, itaque arbitrantur cum *Perez Tract. de Deo, diſp.* 1. ſe titulo finitudinis & creati demonſtrare non poſſe dari diſtinctionem virtualem intrinſecam, aut formalem *Scoti* ex natura rei in creatis, ne detur in creatura myſterium Trinitatis. *Ex quo fundamento ſic argumentor*: titulo finitudinis & creati demonſtratur, non poſſe dari myſterium SS. Trinitatis in creatis: ergo & titulo infinitudinis & increati demonſtratur illud non repugnare, adeòque cùm in Divinis quoad intrinſeca à poſſe ad eſſe ſtet conſequentia, demonſtrativè oſtenditur, illud dari de facto, & tamen negant nobiſcum , quod valeat hoc myſterium demonſtrari. Conſeq. prob. Si aliqua perfectio competere debet ſubſtantiæ, & quis demonſtret illam perfectionem non competere huic ſubſtantiæ,quia eſt corporea, quia eſt creata &c. hoc ipſo demonſtraret indubiè competere ſubſtantiæ increatæ, ſpirituali & incorporeæ: ergo cùm velint ſeſe demonſtrare titulo creati non competere creatis diſtinctionem prætactam, ne detur in illis myſterium Trinitatis, & tamen competere alicui, cùm omnis perfectio aut creato, aut increato competat enti,hoc ipſo demonſtrat illud myſterium competere Divinis. Vides itaque non per *Scotiſtas*, ſed per *Opponentes* evacuari ponis fidem & altitudinem hujus myſterii,& rectè negari à *Scotiſtis*, quòd ex diſtinctione aſſerta ſequitur infinitudo eſſentiæ , myſteriumve Trinitatis: econtrà ſi ex eo , quòd Deus ſit infinitus in eſſentia , ſequatur debere etiam dari in illo diſtinctionem virtualem intrinſecam , eamque ob cauſam negandam neceſſariò in creaturis , jam opponentes ſuo revincuntur argumento Sed

Secundò dantur, & illi aſſerunt dari in creaturis tria uni tertio realiter identificata , ſuntque paſſiones entis unitas, veritas, bonitas, quæ omninò apriorem præſerunt analogiam ad Trinitatis myſterium, quàm noſtra diſtinctio; unitas enim appropriatur Patri, nam dicimus: Credo in unum Deum Patrem: Veritas Filio,qui eſt veritas: Ego ſum via,veritas,& vita. Bonitas Spiritui ſancto, cui appropriatur bonitas, illaque tria illo tertio,cui identificantur, eadem diſtinctione diſtinguuntur,quâ illi diſtingui volunt à natura divina Patrem, Filium,& Spiritum S. ſcilicet ratione ratiocinata ; ſed nemo exinde dicat myſterium SS. Trinitatis reſpondere & inveniri in ente creato,cui talis ineſt Trinitas paſſionum, quo inſtinctu ergo tale quid de noſtra ſcribunt diſtinctione,quâ Scotus, & Scotiſtæ utuntur non ob aliam cauſam,quam ad difficultates explicandas hujus myſterii, ob quam opponentes utuntur diſtinctione ſua, utriuſque viæ & diſtinctionis munus eſt oſtendere hoc myſterium non eſſe contra naturam, eſto in identitate reali contradictoria

invol-

involvat, via Scoti identitatem extremorum contradictionis non evertit magis, quàm illorum rationis, cur ergo illa potiùs hoc mysterium in creata invehant, quàm via aliorum, non alia subest causa, quàm quia sic volunt, & arrideat illis pro ratione voluntas. Sed

245. Probatur Assertio directè, ac ostenditur datâ suppositione de non improduci ex una parte, & datâ suppositione identitatis realis unius cum altero ex altera parte, implicare unum produci non producto altero, consequenter & implicantiam esse quòd reperiatur mysterium Trinitatis in creatis *primo*: Ratio à priori, ob quam Deus Pater producendo Verbum, non producit naturam divinam Verbo identificatam, est: quia natura divina est essentialiter non solùm singularis, & unica numero; sed etiam ens à se, seu primum in toto ordine entium, consequenter est improducibilis, & improducta. Et quia simul fecunda est, in divinis est aliquid improductum, & aliquid quod producitur cum producente quoad naturam realiter idem, quoad suppositum verò realiter distinctum: atqui tale quid improducibile aut improductum in toto rerum ambitu infra Deum non reperitur; cum nihil praeter Deum sit ens à se, sed produci necesse sit, & quidem ex suppositione, quòd aliquid v.gr. homo debeat existere, etsi concederetur gratis per identitatem realem praedicatorum essentialium, in creatis secundùm se, & ut sic, seu per essentialem connexionem gradus specifici cum generico animalitatis, & rationalitatis secundùm se non stare, quin possit produci animalitas non producta rationalitate, gratis, inquam, etsi hoc falsissimè in creatis assereretur, quia tamen totum esse creaturae, est ab alio esse, quod ei conveniens denotat suppositionem de non improducibilitate seu producibilitatis necessitudinem, fit ut implicantiam dicat, dari identitatem realem creatam in creatura, quae admittat unam formalitatem producti non productâ alterâ, suppositio siquidem de necessariò produci, seu negatio improducibilitatis in ente, quod supponitur, & est necessariò identificatum alteri, & aliunde supponitur etiam quòd debeat existere unum eorum, involvit necessariam simultatem producibilitatis, sive comproductionem alterius. Secùs est in divinis, ubi natura divina est improducibilis, & ens à se, filiatio illi realiter identificata ab alio producibilis scilicet à Patre, datâ igitur hypothesi, quòd debeat existere animal rationale, cùm totum totaliter sit ab alio, & totum realiter sibi idem, absolutè implicat produci animal, quin sit tale in specie & in individuo animal, aut esse principiu intelligendi in homine sine principio sentiendi; ob talem comproducibilitatem enim, quae intrinseca, & necessaria est, qui producit unum, etiam necessariò producit alterum, ut sit impossibile unum produci altero improducto. Neque insuper in toto rerum ambitu reperitur aliquid, quod pluribus realiter inter se distinctis identificetur, neque quod una res sit realiter distinctum alterius sibi secundùm essentiam identificatae principium, sicut Pater est Filii, & uterque, Spiritus sancti. Neque consequenter quòd secundùm unam sui formalitatem nequeat produci, secundùm aliam tamen sibi realiter identificatam possit produci, quemadmodum in divinis, ubi essentiâ manente simpliciter improductâ, producitur Filius, & Spiritus sanctus, essentiae realiter identificatus: ergo nequit illius mysterii specimen transferri ad res creatas & humanas, estque manifestè falsum, quòd per distinctionem Scoti illud invehatur in creaturas, consequenter Adversariorum conatus, quod, quia animalitas in homine formaliter ex natura rei distinguitur ab illius rationalitate, possit ideò produci animalitas non producta rationalitate, sicque in productione hominis eluceat productio Filii Dei, irritus est & caducus; causalem siquidem propositionem, quod quia distinguuntur, *ideò* unum producitur alio improducto, unum communicatur, alio non communicato: communicatum non producitur, productum & producens non communicatur, falsam esse constat ex allatis, quia per distinctionem non obtinetur principium communicandi, producendi vel non producendi, cùm aliàs non posset convinci, qui diceret Filio aeterno communicatum intellectum, non communicatâ voluntate: & Petrum eandem numero naturam posse communicare Paulo, quin Petreitas seu individuatio Petri communicetur, eò quòd distinguatur ex natura rei à natura sua, quae sunt absurda.

Extra Deum nil datur ens à se.

Probatur idem secundò directè contra *Izquierdo* rationem: In creaturis, inquit, reperiuntur plura ex natura rei inter se distincta in via *Scoti*, quae tamen identificantur in uno tertio: ergo in creaturis reperitur mysterium Trinitatis, ita, ut ejus difficultas evacuetur. Hoc argumentum supposita sententiâ, quòd relatio, & Essentia divina distinguantur solâ ratione cum fundamento in re, vel virtualiter, vel quomodocunque velint, est simile huic: In creaturis reperiuntur plura ratione, sive virtualiter, sive aliter, juxta diversas Adversariorum opiniones, inter se distincta, quae tamen identificantur cum uno tertio, à quo sic concipiuntur distincta, sicut concipitur distincta natura Patris à Paternitate, Filiatione, & spiratione: ergo (per *Izquierdo* & Adversarios, qui supponunt illam causalem, quia sunt distincta sicut in Deo, *ideò* &c. in creaturis reperitur mysterium Trinitatis. Quidquid *Izquierdo* respondebit, illi Scotistae reponere possunt, cùm ex hoc, quòd in creaturis ponatur similis distinctio aliquorum inter se realiter identificatorum in tertio, non liceat *os suum in caelum ponere*, quasi continuò possit inferri in sic distinctis hujus specimen mysterii, sic enim reverâ *lingua eo*- 246.

Argum. ad hominem.

rum pertransit in terra, dum falsum pro vero supponunt, videlicet stare per distinctionem, ut unum possit communicari non communicato altero, produci, non producto altero, dum item non pensant, quòd Essentia divina sit una numero subsistens in tribus suppositis realiter distinctis, cujus exemplum non habemus in creatis. Neque vident illam essentiam esse à se & improductam, & filiationem ei realiter identificatam esse productam: creatura verò v.gr. homo, constans animalitate, & rationalitate, est totaliter ens ab alio; & ex suppositione quòd aliquid hominis metaphysicè completi produci oporteat, necessariò totus homo, & totus ab alio produci exigat. Atque ita licèt in homine sint prædicata contradictoria, quæ naturaliter supponunt distinctionem inter illa, minimè tamen ideò sequitur posse produci secundùm unum prædicatum, non producto altero. Et sic discurrentes valdè decipiuntur in præcipuo suæ opinionis, & objectionis fundamento, quo supponunt illam causalem propositionem (si detur distinctio ex natura rei, si dentur contradictoria) in objectione inclusam, tenere per particulam, *idcircò*, quod falsissimum est.

ARTICULUS III.

In quo

Retunduntur argumenta in oppositum producta, in ipsos Adversarios.

ASSERTIO III.

Supposito quòd Naturam divinam inter & relationes divinas, distinctio aliqua admittenda sit, qualiscunque demum statuatur, Adversarii non solùm D. Thomam in eandem censuræ damnationem conjiciunt, in quam Scotum trahere frustrà conabantur; sed & ipsimet junctis pedibus in eandem relabuntur.

247. QUantum ad primum, Probatur comparando doctrinam Doctoris Subtilis cum doctrina Doctoris Angelici: supposito quòd à distinctione formali, non originetur communicari, & non communicari, produci, & non produci in divinis, ut supra: Probatur, inquam, distinctio Scoti, mysterium Ss. Trinitatis credibilius, ac à contradictionis repugnantia immune reddit: atqui etiam D. Thomas simili doctrina jam dudum ante Scotum idem præstitit: ergo si ex hac parte distinctio Scoti evacuet hoc mysterium, &

D. Thom. & Scotus Parallel. D. Thomæ evacuabit. Min. prob. S. Doctor 1. d. 33. quæst. 1. art. 1. quærens; utrùm persona, & Essentia in divinis sint idem? Proponit ante secundum argumentum pro negativa sic: *Affirmatio & negatio nunquam verificantur de eodem, verificantur autem de essentia, & persona, quia essentia non est distincta, persona est distincta: ergo essentia & persona non sunt idem.* Respondet: *Dicendum, quòd Persona, & Essentia, omninò re in divinis non distinguuntur, unde oportet, &c.* Et mox infrà ait: *Quòd omninò idem sint in re Essentia, & Persona.* Asserit hic S. Doctor realem identitatem inter

Scotus. Essentiam, & Personam, cui per omnia consonat Doctor Subtilis *1. p. d. 2. quæst. 7.* ubi postquam ad excludendam ab hoc mysterio contradictionis repugnantiam, suam de distinctione in divinis mentem aperuit, prævidens, (quia disertis verbis dixerat illam distinctionem esse ante mentis operam) perperam posse doctrinam suam accipi & trahi ad distinctionem strictè realem, quidnam intenderet, verbis clarissimis illam mox explicaturus interrogat: *Sed nunquid hæc distinctio dicetur realis?* Ecce quot prævertit cogitatus & molimina modernorum. *Respondeo*, inquit, *non est propriè realis actualis intelligendo, sicut communiter dicitur realis actualis illa, quæ est differentia rerum & in actu.* Ubi sicut & alibi expressè, salvâ distinctione suâ docet non lædi identitatem realem, inter divinam Essentiam, & relationes divinas: ergo excludit conformiter cum D. Thoma, distinctionem realem inter Essentiam, & Personam, & cum asserente identitatem realem inter illa, asserit & iste. Quod ut amplius & melius cognoscas, redi mecum ad D. Thomam, qui paulò post textum suprà citatum ait: *Nihilominus tamen essentia & persona distinguuntur secundùm rationem;* puta non secundùm rationem fictam, quæ est per purum, & putam operam intellectus (scio enim, quòd multi sic eum interpretentur, cujus contrarium manifestum faciemus *Tract. seq.* agendo de S. Thoma) *sed secundùm rationem, cui tamen rationi veritas rei pro fundamento subest:* Noteturhic particu- D. Thom.

la

in ratio... lis tamen. Nimirùm S. Doctor se ipsum, qua de ratione ficta, & puta mentis opera poterat intelligi, qualiter intelligendus esset explicat. Et iterùm mox infrà subdit, dicens: *In divinis invenimus aliquid commune secundùm rem, & aliquid proprium, si ergo ratio personæ duo includit in divinis. Nomine ergo personæ significatur Deus ut subsistens & proprium, sed nomine essentiæ significatur ut simpliciter, non autem ut subsistens, & significatur ut commune, sed nomine Paternitatis non significatur ut subsistens, sed ut proprium, non quidem ut distinctum, sed distinguens,* & sic patet, *quod persona re ab essentia, & proprietate, non differt, sed secundùm rationem tantum, per quam utrumque significatur ut formale respectu personæ, quantum ad duo quæ sunt de intellectu personæ, quia essentia significatur ut forma ejus in quantum est subsistens, & proprietas ut forma ejus in quantum est proprium, vel incommunicabile.* Agnoscit ergo S. Doctor in persona Patris duas rationes formales, unam communem essentiæ, alteram propriam, nempe relationem Paternitatis distinguentem Patrem à Filio, & incommunicabilem. Audiatur jam Doctor Subtilis textum suum suprà citatum sic prosequens: *Potest autem vocari differentia rationis, sicut dicit Doctor quidam* (puta S. Bonaventura, vel D. Thomas, qui ut statim vidimus, sic eam vocat) *non quòd ratio accipiatur pro differentia formata ab intellectu, sed ut ratio accipiatur pro quidditate rei, secundùm quod quidditas est objectum intellectûs*: quod coincidit cum verbis D. Thomæ: *Cui tamen veritas rei pro fundamento subest.* Nec his contentus Subtilis, pro sua modestia omnem offensionis lapidem remoturus novâ interrogatione legentem excitat, dicens: Nunquid igitur debet concedi aliqua distinctio? *Respondeo*, inquit, *melius est uti ista negativa, hoc non est formaliter idem, quam hoc est sic & sic distinctum.* Nescio quâ meliori cautione distinctionem realem excludere potuisset inter essentiam, & personalitates. *Sed nonne*, inquit, *sequitur, A, & B non sunt idem formaliter: ergo sunt formaliter distincta; Respondeo, quòd non oporteat sequi, quia formalitas in antecedente negatur, in consequente affirmatur.* Quod perinde est, ac si diceretur, hoc non est formalitas illius, seu inter hæc non est identitas formalis, identitate tamen reali non negata, eodem modo quo S. Thomas suprà in persona ponit duas rationes formales, salvâ identitate secundùm rem, seu reali, unam scilicet communem, quæ non sit ratio alterius, putà propriæ, nec vicissim propria sit ratio prioris vel communis: ut hoc nimirùm verificetur, sufficit si una non sit ratio formalis alterius, seu ut Subtilis ait, ut non sit formaliter idem, seu formalitas illius. Quare si doctrina D. Thomæ, & Doctoris Subtilis, non in solo cortice verborum, sed secundùm substantialem intellectum, in lancem posita, conferantur; deprehendet quisquis æquus Trutinator fuerit, illum ponendo inter essentiam, & personalitatem suam distinctionem formalem, quæ salvâ identitate reali, seu illæsâ identitate secundùm rem, in mera non identitate formali consistit, nihil minus, nihil amplius, dixisse, & docuisse, quàm dixit & docuit D. Thomas, & vicissim, ut fusiùs & ex professo Tract. seq. ostendetur. Denique sicut D. Thomas judicavit se clarè docuisse, non esse in Deo, & fidei propositionibus repugnantiam, ut videre est suprà ex *&* & *sic patet*, & ex iis quæ ibi sequuntur: Ita Doctor Subtilis judicavit se clarè, & catholicè docuisse per suam distinctionem, ut in Deo de eadem entitate divina idem verè affirmetur, & verè negetur, absque repugnantia contradictionis; & ut mysterium SS. Trinitatis ita sit supra lumen naturale intellectus, ut non sit contra illud, & contra evidentissimum & firmissimum omnium principium: *Impossibile esse, ut idem simul sit, & non sit; & quòd idem affirmetur de eodem, & sub eadem ratione idem negetur.* Cùm ergo doctrina D. Thomæ non evacuet supernaturalitatem augustissimi hujus mysterii, gratis insultant Scoto; aut si Scoti opinio evacuet hoc mysterium, cur non & D. Thomæ, ambobus una? Distinctio Scoti non importat pluralitatem rerum, sed plures formalitates unius rei cum earû identitate reali: sive ut D. Thomas, *cum identitate earum secundùm rem*: nec repugnat simplicitati divinæ: nec importat quaternitatem à Conciliis damnatam: nec impedit, quò minus verificetur alterum illud axioma: *Quæ sunt eadem uni tertio, sunt eadem inter se*, ut vidimus suprà *quæst. 2. num. 222.* & seq. præstatque uno verbo omnia commoda, quæ distinctio D. Thomæ, eamque ipsimet Adversarii probabilem censent, ut art. seq. referemus, ut quid igitur illam impetunt, quasi lædat hoc mysterium, propriam subvertentes doctrinam? pro quo

Scotus.

Probatur secunda pars, quòd in propriam censuram sese involvant Adversarii censuram, in quorum sententia, sicut & in omni schola certum est, requiri in divinis distinctionem, quæ deducitur ex ipso mysterio per unam propositionem de fide, & alteram naturaliter evidentem evidentiâ metaphysicâ, fides enim docet in divinis contradictoria, scilicet communicari, & non communicari, generare, & non generari, producere, & non produci: Item lumen naturale docet, impossibile esse idem de eodem respectu ejusdem affirmari, & negari posse: ergo ex hoc mysterio vera aliqua distinctio infertur, ita ut distinctio illa censeri posset simpliciter revelata, juxta eorum sententiam, qui tenent, revelatas esse à Deo implicitè omnes veritates necessariò connexas cum una expressè revelata. Ex quo certum est in omnium sententia requiri in divinis distinctionem, qualiscunque demum illa sit, quæ fundet contradictoria: vel sit ergo illa distinctio rationis ratiocinatæ cum fundamento aliquo extrinseco, & penes connotata; 248.

In omnium opinione datur distinctio aliqua inter personalitatem & essentiam.

sive rationis ratiocinatæ cum fundamento in re intrinseco; sive virtualis, sive æquivalentiæ, sive perindeitatis, sive realis mediante tertio, sive qualiscunque demum illa sit, aut nomen habeat, modò non sit strictè realis, quæ repugnat simplicitati divinæ, & definitionibus Ecclesiæ: sit itaque distinctio qualis qualis esse possit, illa talis est, ut Arriaga dicat: *eam ferè esse de fide*. Jam, illa vel relinquit hoc mysterium in eadem obscuritate, & difficultate, ut appareat non solùm esse supra captum luminis naturalis, sed insuper contra lumen naturale, & contra prima principia lumine naturali evidentissima, ita ut veritas fidei creditalis sit veritati luminis naturalis, vel non sic relinquit: *si sic*, ut contra lumen naturæ, & contra prima principia, de eodem verificentur contradictoria, quorum contradictioni evitandæ inutilis sit, jam manifestè patet, quòd illa velut otiosa, falsa, & ut non doctrinalis extra scholarum subsellia sit proscribenda, & indigna nomine distinctionis, cùm ad id, propter quod adinventa est, videlicet, ne sit repugnantia contra lumen naturale, inidonea sit, & non plus præstet, quàm nihilum, & negatio sui. *Si verò non* relinquit hoc mysterium in ea repugnantiæ impossibilitate, sed prosit ad contradictionis ictum evitandum, jam *suo illam ore judicarunt*, quod utrique sit proscribenda, quia diminuit, & evacuat mysterium Trinitatis ad eum modum, quo illud evacuat distinctio Scoti, tollendo scilicet difficultatem, ex Trinitate Personarum in unitate essentiæ numerica resultantem, cum non obstante unitate Patris cum natura, Paternitas nō communicetur, natura communicetur, Paternitas generet, essentia non generet. &c.

Dilemma Adversariis retorquetur.

ARTICULUS IV.

In quo Expenduntur & diluuntur argumenta Adversariorum.

§. I.

De argumentis sub num. 237. allatis.

249. QUæ *suprà num. 237.* allata sunt argumenta, non adversantur Scoto sub ratione quæsiti principalis, seu secundùm materiam subjectam hujus Controversiæ: quare aliò spectat solutio eorum, præsertim ultimi, quòd distinctio formalis nō impediat, quin Paternitas cōmunicetur Filio in sensu reali, cujus examen, propter gravissimam disputationem huic difficultati annexam, hic non ingrediar, sed ex professo *parte secunda* de hac agendum, ubi ostenderur, esto distinctio formalis non impediat communicationem realem, hoc enim impedimentum habetur aliundè, tamen non esse concedendum, Paternitatem realiter communicari Filio. Ad *primum* itaque argumentum, quo dicebatur, quòd distinctio Scoti non tollat difficultatem Trinitatis inter Naturam, & Personas in unitate numerica essentiæ, non est quòd respondeamus, cùm hoc ipsum ultrò totâ hâc quæstione contra alterius classis Authores luculenter probaverimus. Responderi tamen posset conformiter ad supradicta, hinc non rectè inferri, quòd distinctio inutilis, sed potiùs inutilis doctrina, quæ *fallaciam secundùm non causam* committit, exigendo effectum, *à non causa, ut causa*, ut ex proposito Anonymus ille apud Ricciolium, arguens Scoti distinctionem de insufficientia, quia non tollit difficultates mysterii Trinitatis, quasi verò non sufficeret, quòd tollat unam de præcipuis difficultatibus, omnium apparentem contradictionem, quæ videtur sequi ex hoc mysterio, si nulla esset vera distinctio inter Essentiam, & Personam, & idem de eodem respectu ejusdem affirmaretur, & negaretur; & idem sub eadem ratione communicaretur eidem, & non communicaretur; produceretur, & non produceretur: hanc autem contradictionem distinctio Scoti evacuat, quod certè est magnum emolumentum, ad facilitandam hujus mysterii credibilitatem, esto non tollat difficultates altas lumen naturale superedientes, & solâ fide creditas. Ad *secundum* similiter non est ut respondeamus, cùm ille syllogismus; *Hæc essentia est hæc Paternitas*, hæc filiatio est hæc essentia: ergo hæc filiatio est hæc Paternitas. *Suprà num. 231.* ad Paralogismum sit reductus.

Fallax doctrina inutilis est.

§. II.

§. II.

De Argumentis sub n. 238. allatis.

250. QUantum ad secundæ classis Argumenta, perspicuum est ex toto Articulo *2. & 3. à n. 240. usque ad n. 246.* inclusivè quòd nullius sint momenti; & quidem schola Scoti meliora expectasset argumenta, quàm illud Bernal de Quieros, ab Elementario Philosophiæ (ut ait citatus Ricciolius *c. 23. n. 265.*) non referendum alumno, ex supposito non supponente, illud nititur, quia affigit conditionali particulæ *si* ad instar illius qui dixit: *Si cælum rueret, multæ caperentur alaudæ*, nihil omninò valet, sed frivolo & arenoso innixum fundamento. *Si*, inquit, *ex alietate seu distinctione inter essentiam & filiationem veniret, quòd eadem essentia daretur, seu quasi transiret ad Patrem manente filiatione in solo filio* (præpostera est locutio, essentia enim potius transit à Patre ad Filium) *nihil prorsus esset Mysterii.* Nondum docuit nos ubi in Scoto aut Scotistis legerit, venire ex sola distinctione ex natura rei, ut eadem numero essentia transeat à Patre ad Filium, & tamen absolutè quasi ex certa & concessa hypothesi loquitur, *si veniret:* ex certa inquam hypothesi, cùm aliàs nil probaret argumentum; sed vel hic Author apud Scotum tale quid legit, vel non: si sic, locum prodat; si non legerit, nec unum, quod verissimum est, jota de hoc invenerit, nec unquam invenire poterit, nihilo-secius dicat, *quòd non sit singulare in Trinitate unum communicari altero non communicato, cùm in creaturis quoque communicetur pluribus materia prima quàm communicatur forma*; ac proinde modum communicandi, & non communicandi in divinis secundùm Scotum, non esse magis supra captum luminis naturæ, nec admirabilem magis quàm modus, quo communicatur materia prima pluribus formis non communicatis, & sic deprivilegietur suâ hoc mysterium singularitate; insolens est censura, non dissimilis aliorum imposturis, quas idem Bernal supra *Controversia quarta, quæstione secunda, articulo tertio, num. centesimo nonages. secundo* citatus, ob hanc distinctionem Scoti, in Scotum ejusque doctrinam à Novellis quibusdam Authoribus insubidè prolatas, tantoperè improbat: *Quas*, inquit, *censuras non mirari nequeunt Scotistæ, ut à noviori & ferventiori animo ad pauca respiciente exortas.* Additque: *Nullatenus notas prædictas in Scotum probo, mihi enim sufficit, ut hæc distinctio formalis ex natura rei indemnis omninò servetur. quòd eam defendendam totis viribus nunc florentissima Scotistarum schola suscipiat, ob quorum authoritatem præcise probabilem esse permittam.* Quæ suæ doctrinæ, quòd per distinctionem Scoti nihil singulare sit in Trinitate, unum communicari non communicato alio, & simile quid habeatur in creaturis etiam propè nihil existentibus ut est materia prima, non consonant, & Auctor dictorum suorum immemor se suo jugulat gladio. Vel respóndeat, quomodo *non possint non mirari Scotistæ*, talem illis notam inuri, quasi evacuent sua doctrina supernaturalitatem primi & summi Mysterii? aut quâ probabilitate talem probabilem esse permittit, quæ non captum fidei, sed fidem captui captivat? profectò nulli Sconstarum hujusmodi doctrina probabilis est, quæ admirabilem modum communicationis essentiæ divinæ, & non communicationis Paternitatis divinæ realiter identificatæ cum eadem essentia, in quo summa hujus Mysterii consistit Altiudo, per *ad instar* ad infimam & informem destrudit creaturam. Sed *apage*, dicamus cum Ricciolio *loco citato capite 23. numero 265. istas ne umbratiles quidem similitudines dissimillimas.* Verè enim ne umbratiles quidem, & similitudines detractâ larvâ, quam præferunt, dissimillimæ sunt, docet schola nostra unam & eandem esse Essentiam divinam cum Personis, & tamen illam communicari non communicatis Personis; in omni schola materia prima nec identificatur cum formis, nec anima cum corpore, quæ ergo similitudo hæc inter & illud Mysterium? nulla profectò, prorsus nulla. Et licèt in entibus creatis stet distinctio cum identitate reali, quòd autem stet in Deo unitas realis & identitas realis essentiæ cum distinctione reali personarum hujus nullum in creatis habetur exemplum simile, neque id constat lumine naturali, sed solo lumine fidei, non ergo distinctio Personarum inter & essentiam & Paternitatem aliquid ad hoc confert. Sed misso *de Quieros* transeamus ad Tertium Argumentum, nam ad secundum quod proferebat *Izquierdo*, nihil superest respondendum præter ea quibus illud explosum est supra *art. 2. Assert. 2. n. 244 ad n. 246.*

Refellitur Bernal de Queros.

Ad Tertium igitur nego sequelam Antecedent. quòd illa quæ fundant contradictoria, sint realiter distincta. Ad illius probationem distinguo *majorem*: quæcunque realiter opponuntur oppositione possibili, & à parte rei & compossibili cum verâ distinctione, salvâ talis oppositionis specie, concedo. Oppositione à parte rei impossibili, nego majorem, constat enim ex indubitatâ contradictoriorum regula, quòd licèt oppositio contradictoria possit objectivè dari in intellectu, quatenus ab illo concipitur per apprehensionem, ac juxta hunc conceptum possit voce & scripto significari in actu signato, nullatenus tamen dari potest à parte rei salvâ naturâ contradictionis: cùm enim repugnantia de *esse* & *non esse* respectu ejusdem sit quasi definitio contradictionis, implicatorium est, ut idem sit & non sit secundum prorsus idem; contra quod ipsum lumen naturæ tam efficaciter excipit, ut nulla detur instantia in contrarium. In eo siquidem consistit hujus oppositionis majoritas, quod sit omnium maxima, & tantò major maximis respectu aliarum oppositionum inter se, quòd illarum species salvâ es- 251.

Oppositio contradictoria omnium m

maxima & quare. ſentiâ ſeo oppoſitionis naturâ, poſſit & intellectu concipi, & dari à parte rei; oppoſitiô contradictoria autem valeat quidem intellectu concipi, ſed minimè à parte rei dari. Unde fit oppoſitionem contradictoriam inter oppoſitiones objectivè apprehenſibiles maximam videri, ſed inter oppoſitiones à parte rei poſſibiles ſalvâ ſpecie earundem, non tam maximam quàm nullam à parte rei eſſe. Hinc quando dicitur per diſtinctionem contradictoria ſalvari, non intelligitur de contradictione ſalvandâ, ut aliqui abuſivè loquuntur, ſed de eâ vitandâ, quare intenditur quidem verè dari prædicatum affirmabile, & prædicatum negabile, ſed quòd mediante diſtinctione non ſit repugnantia inter illa: ad hanc autem evitandam non eſt opus diſtinctione ſtrictim reali, minimâ ſiquidem, ſed verâ diſtinctione intercedente, abſorbetur natura & ſpecies contradictoriæ oppoſitionis, & ita verificatur communicatio eſſentiæ, & non communicatio Paternitatis, non tamen contradictoriè, quia non ſunt de eodem reſpectu ejuſdem, intellectus tamen evidenter judicat, quòd contradictoriæ eſſent propoſitiones, ſi nulla eſſet diſtinctio inter ea: quia autem impoſſibile eſt, ut dentur à parte rei contradictoria, infert evidenter opus eſſe aliquâ verâ diſtinctione in eadem re, de qua fit affirmatio & negatio, illam diſtinctionem verò eſſe realem, falſum eſt. Ex quibus liquet, quid ad *minorem* dicendum: *ſed quæ opponuntur contradictoriè realiter opponuntur*, oppoſitione merè conceptibili per intellectum, conceditur; poſſibili à parte rei, id eſt, compoſſibili cum verâ diſtinctione, ſalvâ ſpecie & natura oppoſitionis contradictoriæ, Negatur minor. Ad probationem majoris, Nego paritatem; quia manifeſta eſt diſparitas inter oppoſitionem relativam & quamcunque aliam quæ poteſt à parte rei dari ſalvâ oppoſitionis ſpecie, & inter oppoſitionem contradictoriam, quæ licèt poſſit objectivè in intellectu dari, nullatenus tamen à parte rei ob incompoſſibilitatem realem in eâ incluſam. Ex quibus alia ſolvitur inſtantia, quâ infertur oppoſitionem contradictoriam requirere diſtinctionem realem extremorum, cùm omnia alia vera oppoſitio, ſive contraria, ſive relativa, ſive privativa ſit, requirat diſtinctionem realem extremorum, proinde & contradictoriam, & quidem tantò magis quantò major eſt, imò maxima oppoſitionum. Eſt enim illatio falſa; eſto enim aliæ oppoſitiones in hoc ſint minores, quod non repugnet eas dari à parte rei, contradictionis oppoſitionem minimè; & in hoc ſenſu major ſit. illæ tamen, non iſta, majorem ſeu ſtrictè realem requirit diſtinctionem. Nam extrema oppoſitionis contrariæ v. g. calor & frigus, album & nigrum, non poſſunt eſſe realiter idem; neque oppoſita relativè, v.g. Pater & Filius, cauſa & effectus; neque privativè oppoſita, implicat enim negationem aut privationem realiter identificari enti poſitivo, v. g. luci tenebras, in eodem aëre, & inſtanti temporis ſimiliter eodem. igitur omnes iſtæ oppoſitiones præſupponunt diſtinctionem realem, ſecus eſt de oppoſitione contradictoria, quæ objectivè ab intellectu inter realiter identificata concipitur, non ut ſit, ſed ut per minimam diſtinctionem non ſit. Sed de his aliàs fortè ſermo redibit.

Ad confirmationem negari poteſt ante- 252
ced. quòd oppoſitio realis ſemper inveniatur inter realiter diſtincta, neque id ibi probatur, eſto enim verum ſit, quòd ubi obviat relationis oppoſitio, ibi ſit realis diſtinctio, non tamen vice verſa, ubi eſt realis diſtinctio, infertur rectè realis oppoſitio; illo gratis tamen conceſſo, probandum fuiſſet formalitates contradictoriè oppoſitas eſſe realiter diſtinctas, ut res à re, unde negatur aſſumptum, quòd inter formalitates ex natura rei diſtinctas obviat relationis oppoſitio, ad cujus probationem nego antecedens ex dictis Controv. 4. q. 2. a. 3. n. 179. ubi vidimus, quòd identitas realis tales habitudines correlativas non admittat, & ſicut idem ſibi ipſi realiter non opponitur, ita nequeat talis oppoſitionis correlativæ extremum eſſe ad ſe ipſum, ſi quis autem ulteriùs contenderet ad talem oppoſitionem fundandam ſufficere diſtinctionem formalem ex natura rei, adeoque realiter identificata poſſe invicem opponi reali relatione ſive producentis & producti, ſive ſimilitudinis & æqualitatis, ſive majoritatis & minoritatis; & hac ratione inter riſibilitatem, v. g. & rationalitatem concipiatur oppoſitio relativa, hujuſmodi non eſt realis, ſed rationis tantum & ſecundùm dici. Hæc breviter quia de his ſermo redit alibi, & videri poſſunt de iiſdem *Faber, Favrenus, Tract. de Formalitatibus*. Item *Ricciolius in Appendice ad c. 24. Tract. de diſtinct. 313. §. 7.*

TRACTA-

TRACTATUS SECUNDUS IN QUO

Continetur aurea Catena doctrinæ Sanctorum Patrum, & Doctoris Subtilis de Distinctione in Divinis.

PRÆFATIO.

253. Scotus. Uanti facienda sit vel minima unius Patris Periodus, Doctor Subtilis non ignoravit: hinc ubique in suis operibus ita suas sancivit Sententias, ut nulla sibi propria, sed & esset SS. Augustinus. Patrum, vel saltem Augustini, qui eandem cum Scoto cathedram obtinuisse videtur. Hinc quando *1.d.2.q.7.n.45 & 46.& d.8.q.4 n. 6.* suam de distinctione in divinis opinionem asserit, hunc *Augustinum*, & Aquilam, & Solem sibi faces præbentem habuit præsentem: per Augustinum quippe illam probavit, per Augustinum velut omnium Patrum oraculum, cùm ante Augustinum vix ullus exstiterit, quem idem Augustinus Deo plenus, non redoleat; nec post Augustinum alius qui ab ipso dissideat, mentem suam stabilivit: quo fit Scoti doctrinam Augustini viribus roboratam tot habere homologos, quot sancti PP. ante & post Augustinum de hac materia habuêre calamos, ut mirum non sit tam magnum cætum, tum Latinæ, tum etiam Græcæ Ecclesiæ Patrum pro Scoto adduci à Scriptoribus è Scoti schola prodeuntibus, qui etiam in oppositum adductos Patres, in responsis suis cum Scoto tam firmiter concatenatos, ex propriis Patrum fontibus convincunt, aut prorsus ita probabile reddunt, ut potiùs aërem verberent, quàm Scoti doctrinam evertant. Quare paradoxum videtur, quòd nonnulli nescio quo perciti zelo, contra Scoti doctrinam ita perstrepant, ut proprio impediti stridore Sanctorum voces percipere nolint, sed dicant pro suo arbitrio: *Sanctos clamare contra Scotum.* O præposterum Acroama & censuram indomitam, crimine stellionatûs gravidam! quid nisi pœnam suo pariet Authori, & quidem duplicem? 1. Sanctos pro Scoto, non contra Scotum clamare, quod nemo qui non dubiis vocibus sed propriis oculis, non auditui sed visui primas fidemque assignat, inficias ibit. 2. Dum Scotistis ferream censurarum catenam injiciunt, illi è contra, sed modestius & mitius, aurea scilicet SS. Patrum catenâ à tergo concluduntur à Scotistis: Hujus in præsenti Tractatu dabimus experimentum, & ante nos Scotistæ passim, novissimè verò & præ cæteris *Ricciolius Tract. de Divinis c. 13. & seq.* Ricciolius. ... tres contra Adversarios, in tres constituit acies. *Prima* est eorum qui stant pro aliqua distinctione, sive pro aliqua non identitate inter divinam Essentiam ejusque Attributa, aut inter Essentiam & relationes divinas. *Secunda* eorum qui à divinis excludunt omnem separabilitatem & distinctionem realem. *Tertia* eorum qui præcisè de simplicitate Dei agendo astruunt identitatem realem inter naturam ejusque attributa. Hasce in hoc Tractatu Patrum auctoritates numero & viribus auctas, ita exoptamus excipi, ne clausis percurrantur oculis, ut fieri assolet ab iis, qui non sine irreverentia Patres Patribus indifferenter opponunt, & quasi in classes & opiniones dividunt, ad modum illorum, quos in *Flor. Conc. sess. ult.* Oratio dogmatica Archiep. Nicæni ad Synodum Orientalem c.2. Bessarione Bessarion. interprete animadvertit dicens: *Concordes, neque contrarios invicem, & multo minùs sibimet ipsis oppugnantes, decet probare sanctos PP. nostros & Doctores.* Verum quidem est, quando sancti PP. inter se dissident in rebus quæ non sunt Fidei,

dei, posse absque scrupulo, relicto uno, teneri eum altero, quomodo Scotus ipse *4.d.3.q.4*. notam & celebrem illam exponens controversiam Petri & Pauli, item Hieronymi & Augustini de Legalibus, ait: *Salvâ reverentiâ aliorum, teneo cum Paulo & Augustino*, cujus quoque regulam dedit *2.d.16.q. unicâ in fine*, ubi cùm adduxisset ab initio auctoritates Anselmi & Boetii pro sententia, quòd potentiæ animæ realiter distinguantur ab anima, Respondet: *quòd æquè probabiles & apparentes sunt auctoritates ad oppositum, nam Augustinus 5. de Trinitate dicit, quòd sunt una essentia & una substantia*. In rebus fidei tamen, & in iis quæ sunt de Deo Trino & Uno, de Attributis divinis, deque eorundem identitate & distinctione, à quo teste D. Thomâ *1.d.2.q.1.a.3, pendet totus intellectus eorum quæ in libro 1. dicuntur de Deo*: & exprimitur admirabilis admirandæ harmoniæ concentus SS. Patrum, quo noscitur Spiritum sanctum ad eruditionem Ecclesiæ ex iis locutum fuisse, oportet, ut loc. cit. orationis c. 2. circa finem monemur, *quòd uti à filiis gratis debetur, Patribus cum reverentia aquas aures præbeamus*, acceptantes eorum dogmata, seu semina veritatis. Plura de sanctorum PP. auctoritate, præsertim eorum, quorum verba tueri recusamus, videre licet apud Caramuelem *lib. 10. sua Metalogica, de severâ argumentandi methodo d.2.§.2. per totum*. D. Thomas.

CONTROVERSIA SEXTA.

DE

Notitia SS. Patrum circa Deum & divina Attributa.

SUMMARIUM.

254. Tota hæc Controversia præludit aliis Controversiis infra secuturis, ad meliùs nimirum intelligendam sanctorum Patrum mentem, & qualem de Deo & attributis divinis habuerint notitiam; id quod difficile est æstimare, cùm pro hoc statu, *Quid sit Deus*, nobis sit inconceptibile. Et ipsimet Sancti cùm essent de Notitia Dei acturi, cum Moyse in divinam quandam caliginem sibi potiùs intrare visi sunt, quàm quòd potuerint *Quid esse Dei* reserare: Unde sanctus Dionysius, *perfectissima*, inquit, *Dei contemplatio est illa, quâ Deo prorsus ignoto conjungimur*. Quod & ipsi Philosophi agnoverunt, *hinc Simonides Philosophus* (inquit Minutius Felix in Octavio) *cum ex eo quid & quales arbitraretur Deos, ab Hierone Tyranno quæreretur, primò deliberationi diem petiit, postridie biduum prorogavit, mox alterum tantum adjunxit: Cùm causas tantæ moræ Tyrannus inquireret, respondit ille: quòd sibi, quantò inquisitio tardior pergeret, tantò veritas fieret obscurior.* Nec immeritò, terum enim notiones, unde Deum pro hoc statu agnoscere oporteret, arcanum Dei non detegunt, neque perspectum reddunt, sed potiùs obtegunt & occultant, sit tamen

S. Dionysius. Simonides Philosophus.

QVÆSTIO PRIMA.

Qualem sancti PP. Methodum tenuerint ad cognoscendum Deum?

SVMMARIVM.

1. *Quid Theologia Scholastica & quid Mystica, & qualiter una ab alia dissideat.n.255.*
2. *Utraque Theologia positivos de Deo fovet conceptus n.256.& seq.*
3. *Nulla competit Deo negatio nisi propter aliquam affirmationem.Ibid.& n.257.*
4. *Cur D.Thomas conceptus de Deo negativos esse,& cur Scotus è contra positivos esse velit:fundamentum utrinsque.n.258.*
5. *Cur Patres illa omnia affirment,& eadem iterùm negent de Deo.n.260 & hoc sine contradictione.n.266.*
6. *Deum esse πάντων θέσιν καὶ πάντων ἀφαίρεσιν: ἀνώνυμον καὶ πολυώνυμον.n.260.*
7. *Ratio à priori cur de Deo omnia affirmabilia.n.261.*
8. *Omnia in Deo contineri vel formaliter vel eminenter,quomodo etiam una continentia differat ab alia Ibid.*
9. *Qualiter vi continentiæ virtualis Deus sit omnia.n,262.*
10. *Vi continentiæ eminentialis nulla perfectio secundum quid,neque creaturæ est affirmabilis de Deo secundùm esse formale aut individuale. n.263.*
11. *Vi ejusdem continentiæ prædicantur de Deo perfectiones creaturarum secundùm esse transcendentale, omnisque perfectio simpliciter.n.264.*
12. *Nomine prius conveniunt creaturis prioritate impositionis,non significationis,quæ prius Deum afficiunt n.265.*
13. *Omnia de Deo rectè negari, quomodo verum sit,n 266.*
14. *Theologia Mystica præstat affirmativa, & quare,Ibid.267.*

UT facilius cognoscatur SS. Patrum Theologia, nonnulla quasi προτέλεια seu præludia, de modo eorum proficiendi circa Dei cognitionem,præmittemus: nam deprehensa methodo quam sancti PP. tenuerunt, ascendendo ab hac mole terrestri, quasi extra & supra se, ad contuendum & speculandum Deum, faciliùs deprehenditur quâ notitia de Deo locuti sint: & sic tota illa controversia D.Thomam inter & Doctorem Subtilem, de quâ *q.sequenti*, melius resolvi potest, num Deus cognosci possit à viatoribus solùm negativè,ut D.Thomas *contra Gentes c.14.* vel an etiam affirmativè ut Doctor Subtilis *1.d.3.q.2.n.2.*pro quo sit

ARTICULUS I.

An dentur conceptus de Deo positivi,ubi SS. Patres duas tenuisse vias cognoscendi Deum,aperitur.

255. SCiendum sicut alia est *Theologia Scholastica* & positiva, quæ semper in Ecclesia Dei utilis fuit & necessaria, estque habitus sapientialis, non solùm ut aliqui antiqui volunt, explicativus & defensivus Articulorum Fidei, sed & deductivus & adhæsivus,præsupponens revelationem divinam, ac plus participans de scientia,quàm de opinione & fide humana:& sicut alia est *Theologia Mystica*, quæ est sapientia Dei affectiva, divinitus infusa, quæ mentem ab omni inordinatione puram, per actus supernaturales fidei, spei, & charitatis, cum Deo intimè conjungit. Ita quoque alia est *Notitia deductiva*, alia *Mystica*, quæ in multis differt ab altera; nam Mystica arcano quodam lumine intellectum non solum illuminat, sed & insuper affectum inflammat, estque divinitus infusa,altera verò seu deductiva,supposita revelatione de Mysteriis fidei, arte humani Magisterii,aut ingenii perspicuitate,vel studii assiduitate humanitus acquisita: in illa Theologi fluxi & malæ vitæ possunt esse docti, maximeque in Apostatis & Hæreticis; Mystica verò est donum & charisma S.Spiritus, quæ *non ingreditur in animam malevolam, nec habitat in corpore subdito peccatis*,& pro subjecto requirit hominem timoratum,atque ab omni deordinatione mortali purum, juxta illud Christi: *Beati mundo corde, quoniam ipsi Deum videbunt.* Notitia deductiva non est intrinsecè quoad substantiam supernaturalis; Mystica,tam in substantia, quàm in modo procedendi est supernaturalis: deductiva remotè disponit ad unionem Dei; Mystica ex benevola Dei misericordia…

Discrimen Theologiæ Mysticæ à Scholastica.

Scholastica Theologia discitur, mystica inspiratur.

Matth. 5.

ren-

rentis gratia proximè unit, suosque cultores, divinâ quâdam participatione absorptos, deificat: juxta quæ, Mystica hæc non est pars Theologiæ Scholasticæ, sed supra illam, quippe quæ supra mentem, & rationem, & sermonem perficitur. Unaque notitia, quàm vis aliter & aliter, secundùm multiformem Spiritus sancti gratiam, in sanctis habitavit Patribus.

His positis etsi eo ipso quod Scholastica Theologia multa de Deo affirmet, ideoque positiva dicatur, nulli dubium in mentem venire deberet, posse non habere conceptus positivos circa Deum: non desunt tamen qui asserunt, Deum à nobis solùm negativè, non affirmativè conceptibilem esse.

ASSERTIO I.

Habemus pro hoc statu conceptus positivos de Deo, tam in Mystica, quàm Scholastica Theologia; neque ulla notitia, quâ sub negationibus Deus à nobis concipitur, habetur, cui non præsupponatur aliquod positivum, præexigens ex ratione suâ particulari tales negationes.

256. *Quidquid de Deo negatur, est, quia aliquid de eo affirmatur.* PRobatur 1. quoad Theologos Mysticos, qui quando dicunt: Deus non est ens, nec esse, nec vivens, nec vita, &c. non dicunt solam negationem, sed volunt & præsupponunt, quòd Deus sit ens & esse, vita & vivens, infinitè sublimius, perfectius, gloriosius, quàm à nobis concipi valeat, ita ut nihil horum intelligamus secundùm naturam & modum, quo in Deo sunt, seu quòd Deus est in se ipso, ut pluribus *infra art. 3.* ergo Deus pro hoc statu non solùm negativè, sed & affirmativè concipi potest. Antecedens patet: vel enim quando concipitur Deus conceptu negativo, quo illum tantùm concipi volunt Adversarii, concipitur in eo simplex & sola negatio quæ Deo competat absque ullo positivo; vel concipitur negatio alicui positivo competens: si primum, ille conceptus non est Deo proprius, & *Dionysius* primò, hæ propositiones Dionysii *c. 5. Mystic. Theol.* Deus non est unus, neque unitas, neque sapiens, neque sapientia, nec virtus, nec omnipotentia, blasphemè proferrentur, quasi Deus sit sola negatio, quæ non magis Deo conveniret, quàm nihilo & chymæræ, simplex enim *Simplex negatio tam nihilo quàm Deo admetiri potest.* negatio, non sapientia, non lapis & similia, æquè verè dicuntur de chymæra & nihilo, ac de ipso Deo. Cùm, ut rectè Doctor, pura negatio dicitur de ente & non ente: Igitur in hoc non intelligitur Deus magis quàm nihil & chymæra. *Secundò*, si immaterialitas (& sic de cæteris) v. g. sub quâ Deum concipimus immaterialem esse & incorporeum, diceret nudam & simplicem negationem materiæ, nemo potest ostendere, cur non tam conveniat Angelo, animæ rationali, aliisque spiritualibus entibus, ac ipsi Deo: tam verè siquidem, quantum ad præsens, dicitur de Angelo & Anima, intellectu & voluntate, eorumque actibus, negatio materialitatis, seu quòd careant materia, ac dicitur de Deo quòd illâ careat, & sit immaterialis; ut ergo illa negatio sit soli Deo propria, præsupponendum est in Deo aliquod positivum, ratione cujus illa negatio speciali modo Deo conveniat, quo aliis entibus spiritualibus creatis non convenit. Quis enim de Viris Mysticis & sanctis, affectu supremo Deitati per amorem unitis, audet dicere, quòd eorum intellectus quiescat in cognoscenda sola negatione, maximè in ente summè perfecto, qualis est Deus, sed non potius investiget & delicietur magis in esse positivo divinæ Bonitatis, cur talis negatio illi competat? neque intellectus per negationem removet à Deo aliquid imperfectum, vel minus perfectum, nisi quatenus in eo deprehendit, & eidem aliquid attribuit, quod sit magis perfectum, & sibi appetibile & gratum. Ergo manifestè patet, Deum non posse concipi negativè tantùm, quin pariter affirmativè concipiatur.

Confirmatur: Ita Deum diligimus, ut eum concipimus (uti enim aliquid est cognitum, ita volitum) sed non diligimus solas negationes in Deo, ergo nec solùm cognoscimus illas. *Nihil incognitum volitum.* Major patet, min. prob. non ens nequit habere rationem appetibilis, cùm nihil sit appetibile nisi bonum, nihil autem est bonum nisi ens, cùm bonitas sit proprietas entis; sed negatio est formaliter non ens, ergo, &c.

Probatur 2. quoad Theologos Scholasticos; illi non attribuunt Deo aliquas negationes alicujus entis positivi, nisi quatenus illi prius attribuunt aliud positivum incompossibile cum illo positivo quod de Deo negatur, 257. v. g. dum dicunt, quòd Deus sit immaterialis, est quia ei attribuunt suprema spiritualitas, materiæ exitialis: similiter dum dicunt, quòd Deus sit independens, est, quia est ens à se: quod non sit causa secunda, quia est prima: quòd non sit ens contingens, quia est necessarium: quòd non sit in potentia, quia concipitur esse ens habens actum purum: quòd sit incompositus, & nescius partium distinctarum, est quia attribuunt ei simplicitatem, quæ excludit partium distinctionem; Et sic de cæteris discurrendo, patet, nullas Deo à nobis attribui negationes, nisi ponendo aliquas affirmationes in illo, incompossibiles cum aliis affirmationibus, quarum negationes tribuimus Deo; ita ut nunquam concipiatur negatio com-

competere Deo, quin etiam concipiatur aliquod positivum propter quod ipsi competat, juxta Philosophum 2. *Periherm. in fine*, & 4. *Metaph.* & Scotum *1.d.3. q.2.* ubi conformiter ad supradicta quæ ex sua doctrina sunt relata, ait: *Nullas negationes cognoscimus de Deo, nisi per affirmationes, per quas removemus incompossibilia aliqua ab illis affirmationibus, sicut non removemus compositionem, nisi quia attribuimus ei simplicitatem, vel aliquod aliud.*

Aristot. Scotus.

Confirmatur: Quàmvis posset aliquis cognoscere negationem inesse alicui, sine eo quòd cognoscat aliquod positivum proprium competere ipsi, ratione cujus competat illi talis negatio, sicut possumus cognoscere aërem habere negationem lucis, quamvis non habeat aliquid ratione cujus competat illi talis negatio, quæ inest per suspensionem actionis productivæ aut conservativæ lucis: si tamen conveniat negatio propria alicui soli & necessario, illa nequit cognosci, nisi cognoscendo quod habeat aliquod positivum, per quod talis negatio competat illi soli & nulli alteri.

Negatio talis sequitur ad positivum tale.

Ex quibus patet hanc Controversiam inter Scholam Scoti & D. Thomæ de conceptu positivo & negativo plus nominis pro arbitrio cujusque quàm difficultatis præferre: nunquam enim mihi persuasi, Thomistas inficiari rationes pro assertione allatas, sed velle cum D. Thoma conceptus de Deo dici negativos, eò quòd non possunt concipi nec explicari sine negationibus, ut patet inductione per omnes Dei perfectiones, tā intrinsecas, quàm quasi extrinsecas: nā quantū ad *intrinsecas Dei perfectiones*, quando v.g. concipitur Deus ut actus purus, concipitur per negatiōnē potentialitatis: quando per modum entis increati & independentis, concipitur per modum habentis negationem dependentiæ: quando per modum entis infiniti, immensi & æterni, concipitur per modum habentis negationem termini in sua perfectione, & negationem mensuræ seu determinationis quoad locum, & negationem termini in duratione: quando ut omnipotens, omniscius & immutabilis, concipitur per modum entis non habentis terminum quoad potentiam productivam, cognitivam, & habentis negationem mutabilitatis, ac ita de cæteris perfectionibus Deo intrinsecis. Quantùm verò ad *perfectiones Dei, quasi extrinsecas*, ut quòd sit primum principium, prima Regula, primus & ultimus finis, Gubernator & Dominus pater etiam: hi enim termini ut à nobis concipiuntur, involvunt negationem superioris & ulterioris finis; & in hoc consistit fundamentum cur *Thomistæ* dicant, non haberi nisi conceptus de Deo negativos: oppositum judicant *Scotistæ*, & meliorem cum *Scoto* partem tenent, quòd conceptus entis exigentis proprias negationes, debeant dici positivi, non solùm quia actus intellectûs, quo concipimus ens habens illas negationes sunt positivi, sed & quòd habeant

Verbis non res dissidium Thomistas inter & Scotistas.

Cur conceptus de Deo dicantur negativi.

Cur potius conceptus positivi à Scotistis dicantur.

objectum positivum, quod sit negationū fundamentum, & cur dicantur potius positivi quàm negativi: neque enim quando concipitur Deus conceptu negativo ad mentē Thomistarum, concipitur per modum puræ negationis sine aliquo fundamento; talis enim conceptus negativus, ut supra vidimus, non magis competit Deo, quàm nihilo: & certum est aliunde, quòd Deus non sit solùm negatio, sed ens, substantia, sapientia, misericordia, totiusq; boni pelagus, infinitum, immensum, æternum, simplex & increatum, tales negationes necessariò fundans, ita ut nunquam Deo convenire possit negatio, nisi propter aliquam affirmationem. Cùm ergo Deus ita concipiēdus per modum alicujus entis habentis negationes; conceptus ille, qui habetur de eo, ut alicujus talis v.g. habentis negationem dependentiæ, contingētiæ & componibilitatis, quia est ens à se, independens, actus purus, simplex, &c. aut est conceptus positivus, & habent Scotistæ intentum: aut est negativus, & tunc respondeāt Scotistis adversæ opinionis Authores, an ille conceptus negativus sit conceptus ipsius per modum puræ negationis, & hoc nō propter rationem jam dictam: aut conceptus alicujus habentis negationem, de quo iterum respondeant, an sit eundum in infinitum, si nō ut apud omnes in confesso est, certè standum in aliquo conceptu positivo. Ad hoc Scotistarum fundamentum, tandem *Recupitus* concedit, acutè concludi, quòd standum sit in cōceptu aliquo positivo entis, attamen illū conceptum esse Deo improprium, sed de hoc sequens Quæstio instituenda erit; sufficiat hic quòd conceptus nostri de Deo, versentur circa aliquod positivum, de quo hîc quærimus.

Recupitus.

Nec obstat, quòd Mystica Theologia dicatur negativa, quia in visione & contempla- 259.
tione Mysticā ad Deum per omnium ablationem & negationem ascenditur: & scholastica dicatur positiva seu affirmativa, quia in illa ad Deum pertingitur affirmativè. Ideo tamen nō sequitur quòd solùm negativè, quasi sine substrato negationum de Deo dicantur, sed quòd via quā ad Deum ascēditur, duplex sit, neutra sine objecto positivo: nempè una via negationis, altera affirmationis: Prima autem sculptorum adumbrat, secunda pictorum. Prima exprimitur à S. Dionysio *l. de Theologia Mystica c. 2* ut nusquam magis (ait S. Maximus in *Scholiis supra ad cap. ult.*) expressent, quid sit per negationem & ignorationem Deum cognoscere: *Non secus*, inquit, *ac qui statuam nativam dedolant, auferentes omnia, quæ circumposita claram formæ visionem impediebant, ablatione solâ genuinam ejus occultam pulchritudinem manifestare.* Vult S. Doctor dicere, quemadmodum sculptor ablatione redundantis materiæ genuinū efficit simulachrum: ita notitia Mystica res creatas omnes, quæ Deo quasi circumpositæ sunt, ab eodem removendo & negando illum quodamodo nobis in semetipso nudum exhibet, repræsentans in mente amantis, admi-

Via qua ad Deum ascenditur duplex.

S. Dionysius. S. Maximus

N rabili

rabili quodam ascensu in Deum elevata, ipsius Dei & divinorum attributorum notionem & imaginem omnibus depuratam imperfectionibus, in creaturis repertam. Ubi S. Dionysius non docet mysticam Theologiam in solâ negatione quiescere, sed tradidit differentiam Mysticæ Theologiæ à Theologia Scholastica: quòd nimirum hæc, dum varia de Deo tradit & affirmat, v.g. bonitatem, veritatem, sapientiam, misericordiam, justitiam, immensitatem, &c. ut Deum videatur (quamvis sine conceptus veri quem circa Deum habet extio) ornare & vestire, & sic quodammodo propter conceptuum nostrorum imperfectionem & obscuritatem, eum qui totus lumen est, obtegere & velare: econtra verò Theologia Mystica, omnia hæc à Deo removendo, puta quatenus secundùm imperfectum nostrum modum concipiuntur, divini luminis pulchritudinem quasi occultam manifestat. Quare sicut Dionysius Mysticos Theologos propter ablationem materiæ, arti sculptoriæ comparat, ita (ut rectè noster Claudius Frassen *Tract. 1. d. 1. art. 2. n. 2. in Scoto Academ.* notat) Theologi Positivi varia de Deo affirmantes, Pictoribus, qui colorum varietate suas picturas & imagines adornant, assimilari possunt.

ASSERTIO II.

Ita utrâque Deum contemplandi viâ, tam negationis quàm affirmationis ad Dei cognitionem ascenditur, ut rectè & fructuosè sancti PP. viâ negationis aliquando omnia de Deo negent, & rursum viâ affirmationis omnia de Deo affirment, Deum omnia esse & nihil eorum esse.

260. PAtet ex dictis: hoc enim pacto rectè S. Dionysius sæpè dixit: *Deum omnia esse ut decet, & nihil eorum esse, ut supra omnia est.* Utrumque enim convenit divinæ Majestatis amplitudini. Quare benè dicitur: Deus est vita, Deus est sapientia, Deus est misericordia, &c. Et rursus, Deus non est vita, non est sapientia, non est misericordia, quia est supra hæc, quæ nos per vitam, sapientiam, misericordiã, &c. intelligimus. Hoc sensu locutus est de Deo toto *cap. 5. Mystica Theolog.* S. Dionysius, & *lib. de divin. Nomin. c. 1.* vocat Deum *πάντων θέσιν, καὶ πάντων ἀφαίρεσιν*, id est, omniũ positionem & omnium ablationem. Item *ἀνώνυμον* & *πολυώνυμον*, esse non Nominatum, nomine carentem, & nomina multa habentem, quià ponit omnia tanquam omnia continens, & formaliter omnia aufert, ratio enim propria quâ Deus est, excludit ab ipso omnem rationem captui intellectûs creati & increati comprehensibilem, ut pluribus manifestabitur in iis quæ sequuntur.

S. Dionysius.

ARTICULUS II.

Quæ sit ratio à priori affirmandi in Theologia Scholastica de Deo perfectiones positivas, & quales de ipso sint affirmabiles?

NOtandum, Perfectiones in Deo reperiri virtualiter & præeminenter, idque quoad tria: Primò, quantum ad Universalitatem, quia in Deo sunt omnes perfectiones adunatæ. Secundò, quantum ad plenitudinem, quia in Deo sunt cum infinitâ perfectione. Tertiò, quoad simplicitatem & realem identitatem, quia quæ in creaturis sparsim, in Deo unum reperiuntur.

ASSERTIO III.

Omnia suo modo de Deo affirmabilia sunt, quæ sunt in ipso vel formaliter, vel eminenter & virtualiter.

261. PRo hac scire oportet, quid sit continentia formalis, eminentialis & virtualis. *Formalis* illa est, quâ perfectio simpliciter secundum propriam rationem formalem Deo inest. *Eminentialis* dicitur, quâ unum eminenter continetur in alio, sicut imperfectum in perfecto, quo pacto notitia objecti obscura dicitur cõtineri in ejusdem notitia clara, sic quidquid perfectionis est in inferiori, est perfectiori modo in superiori, quatenus in inferiori reperitur cum aliqua imperfectione, diciturque perfectio secundùm quid; in superiori verò nullam involvit imperfectionem, & dicitur perfectio simpliciter. Sic quatenus aliqua perfectio in Deo est, est in eo formaliter; quatenus in creaturis est, est in eo eminenter, id enim nomen eminentiæ importat, ut contentum eminenter habeat quoddam perfectius in eminenter continente, quàm in seipso. Sic passim dicunt Theologi cum Anselmo *c. 5. Monologii*, creaturas habere perfectius esse in Deo quàm in seipsis.

Quid continentia Dei eminentialis.

Anselmus.

Continentia *virtualis* quæ & causalis dicitur, est unum in alio reperiri secundum virtutem, quia ab illo produci potest in esse reali, vel in esse cognito, ut Scotus *q. 1. Prolog. §. Ita* in

Quid virtualis.

Scotus.

in proposito: hanc continentiam *virtualem* Authores passim confundunt cum *eminentiali*, quanquam illa, propriè loquendo, non convertatur omnimodè cum virtuali: sic dicunt Deum continere solum eminenter perfectiones secundùm quid, quia in sua eminentissima natura habet virtutem eas efficiendi. Ita nimirum omnes rerum species, & individua sunt in *ipso* eminenter, atque adeo sunt in ipso intrinsecè, non quidem secundùm esse formale & essentiale, sed secundùm eminentiale quòd sibi vendicat Deus, cui nata est competere talis potentia, per quam nobis illa eminentia explicatur velut à posteriori, cùm incognita nobis sit à priori.

Smising. Dixi, *quanquam non convertatur*. Quia ut Smising *Tractatu secundo de Deo*, *disputatione secunda*, *quæstione prima*, *numero trigesimo octavo*, cum ea solùm virtuali continentia convertitur eminentialis, quæ fundatur in eminentiori perfectione causæ quàm sit perfectio effectus, juxta quam doctrinam eminentialis latiùs patet virtuali; & secundùm *Mastrium*, hæc est alterius rationis ab illa, cum Nomine eminentiæ secundùm se non fundetur in eminentiori perfectione causæ, quà talis est, ut patet in auro, quod eminenter continet argentum, non ut causa, quia non producit illud physicè; nec in esse cognito, sed quia esse argenti & valorem illius, ut minus perfectum continet in esse elevatiori & perfectiori, de quibus videatur Mastrius *Tomo primo de Deo*, *disputatione secunda*, *quæstione octava*, *articulo primo*, *numero tricentesimo decimo quinto*, *& disputatione tertia*, *quæstione prima*, *numero quarto*. Mast. in

ASSERTIO IV.

Vi continentiæ virtualis, quâ Deus omnia continet ut causa, omnia de Deo affirmari possunt ut de causa, dicendo cum Dionysio Deum esse omnia ut causa omnium.

262. *Omnium rerum æterna semina sunt in Deo.* HÆc patet primò, quia nihil aliud est, quàm dependere à Deo; quia omnia in Deo habent esse aliquod æternum, cùm sint in eo omnium rerum prototypa, & veluti primæva & æterna rerum semina. Secundò divina Essentia (ut Scotus *1. d. 35. quæst. unicâ ad Argumenta*) est ratio illimitata intellectui divino intelligendi quodcunque creatum, etiam quoad esse formale & individuale quod habet, quia est ratio eminenter continens perfectè similitudinem virtualem cujuscunque cognoscibilis, ergo suo modo potest dici esse illa omnia ut causa omnium, nec in hoc est difficultas. Sed an verum sit quòd Deus ex eo præcisè, quod ejus essentia sit causa omnium creaturarum, ex illa ut causa, cognoscat quoque & effectus & terminos suæ omnipotentiæ: quæ difficultas cùm non spectet huc, videatur pro eâ Mastrius, *disp. 3. est. q. 1.*

ASSERTIO V.

Vi continentiæ eminentialis nulla perfectio creaturæ affirmabilis est de Deo secundùm suum esse specificum ac individuale.

263. *Perfectiones creaturarum non sunt formaliter.* RAtio prima est, quia aliàs creaturæ continerentur in Deo ne dum secundùm formalitates communes, sed etiam particulares, usque ad individuum, esséque non solùm continentia eminentialis respectu talium prædicatorum, quæ important non solùm perfectionem secundùm quid, sed etiam formalis, adeoque posset Deus dici formaliter leo, bos, lapis, lignum, &c. quæ sunt absurda & contra Patres.

Ratio secunda est, quia implicat aliquid esse formaliter & quidditativè limitatum, & finitum & simul illimitatum & infinitum; atqui hoc fieret, si prædicata creaturarum specifica affirmarentur de Deo, quia in creaturis essent in modo finitatis, in Deo autem cum modo infinitatis, qui modi sunt realiter cum hujusmodi formalitatibus & prædicatis identificati: ergo & implicat asserere omnem formalitatem & perfectionem ad individualem, usque in creaturis existentem esse in ipso Deo, & affirmari de ipso. Si enim perfectio lapidis v.g. in quantum lapidis, non habet aliam perfectionem quàm lapidis, atque adeo cùm secundùm illam non est in Deo, nullo modo est affirmabilis de Deo.

ASSERTIO VI.

Vi continentiæ eminentialis prædicata, & perfectiones creaturarum secundùm suum esse transcendentale, quatenus nondum sunt contractæ per finitudinem, sine quibus infinitas non repugnat, ut sapientia, veritas, sanctitas, beatitudo, & similia de Deo affirmari possunt.

Esse transcendentale creaturarum quomodo sint in Deo.

264. PAtet ex sanctis Patribus, à quibus Deus dicitur sapientia, bonitas, veritas, lux, justitia, beatitudo, vita, sanctitas, &c. Unde Divus Bernardus *libro quinto de Consider. Quid*, inquit, *est Deus? voluntas, omnipotens, benevolentissima virtus, lumen æternum, immutabilis ratio, æterna beatitudo*, &c. Et infrà: *Amat ut charitas, novit ut veritas, judicat ut æquitas, dominatur ut Majestas, tuetur ut salus, revelat ut lux, assistit ut pietas.* Et similia prædicata secundùm communem rationem & in tali latitudine Deo & creaturis competentem, cùm de se ut sic nullam involvant imperfectionem, passim tam de Deo quàm de creaturis affirmari solent, plura de hoc quoad contentum rei *Quæst. seq.* videre licet.

ARTICULUS III.

Quod omnes perfectiones creatæ in Theologia Mystica viâ negationis & ablationis de Deo creberrimè à SS. Patribus negentur, unde eveniat?

265. NOn est in præsenti quæstio, an perfectiones creatæ, eo modo quo *præcedenti Articulo* diximus illas de Deo affirmabiles esse, sub eadem quoque consideratione negari possint, ac à sanctis Patribus negatæ de Deo: id enim implicantiam involvit, cùm impossibile sit, quòd cui affirmatio alicujus convenit, eidem competat negatio respectu ejusdem, & sancti PP. sibi hoc sensu repugnarent & contradicerent. Itaque pro intellectu hujus Articuli.

Nomina admetiuntur rebus, non res nominibus.

Notandum primò. Quod sicut dicimus: *qualiter se res habeat ad esse, ita se habeat etiam ad cognosci*; taliter dicendum; *ut sicut se res habeat ad esse, ita se habeat ad significari*: hoc pacto omnes perfectiones, quantum ad rem significatam per nomen, prius dicuntur de Deo quàm de creaturis; quia à Deo omnes creaturæ originantur. Neque attendenda est impositio nominum, quòd nomina sint prius imposita creaturis, quàm perfectionibus Dei, eò quòd creaturas prius cognoscimus: sicut enim non adeo natura rerum sequitur nomina, ut ait sanctus Basilius *libro secundo contra Eunomium*: sed nomina sunt posteriora rebus, ita quoque licet sint prius imposita creaturis, illas tamen posterius significant. Ratio est, quia creatura est ens per participationem, Deus verò est ens à se, hinc nomina significantia perfectiones propriè, prius dicuntur de Deo, nam ibi significant primam rationem essendi ac imparticipatam: creaturas verò conformiter ad suum esse participatum per imitationem analogicam. Ex quo deducitur falsum esse divina nomina de Deo dici tantùm secundùm causam, ut quòd sit bonus, quia est author bonitatis, sapiens, quia author sapientiæ, & sic in aliis: hac enim ratione significandi in suo conceptu clauderent bonitatem creaturæ, sicque nomina dicerentur imprimis de creaturis, Deus siquidem diceretur bonus, sapiens, &c. Ad similitudinem & imitationem bonitatis & sapientiæ creatæ. Ex hac observatione quando sancti PP. de Deo scribunt & loquuntur, concipiendo divinorum nominum elevatiores significationes, in mirabiles sæpè & plus quàm humanos loquendi modos exiliunt. Hoc pacto præ cæteris Græcus Pater & Patrum primus *S. Dionysius* ad exprimendam suorum conceptuum sublimitatem, & ad divinitatis eminentiam quâ tantenus insinuandam, utitur præpositione ὑπὲρ, appellando Deum ὑπερούσιον οὐσίαν, essentiam superessentialem. Item ὑπεράγαθον ἀγαθότητα, & ὑπέρθεον θεότητα bonitatem & divinitatem omni bonitate & Deitate conceptibili eminentiorem. Sic idem Dionysius *libro de divinis Nominibus*, & alibi vocat τὸ αὐτὸ εἶναι τὴν αὐτοζωὴν, τὴν αὐτοσοφίαν, id est, à & per se vitam, à & per se sapientiam, & similia quæ Deo competunt. Nihil autem, solo Deo excepto est ens a se, & à se vita, &c. quare Dionysius *c. 2.* hujusmodi nomina appellat θεοπρεπῆ, id est, nomina Deum decentia, eaque illi ἀρχικῶς tribuenda, id est, primò & imparticipatè. His præsuppositis quæritur, non ea quæ de Deo affirmantur, & accepta ut in recto significant ens divinum, adhuc negari queant de Deo, & quo sensu id intelligendum sit.

S. Basilius.

S. Dionysius.

ASSER-

ASSERTIO VII.

Omnia quæ Scholastici per positionem & affirmationem de Deo astipulantur, Theologi Mystici rectè de Deo negando inficiantur, non quidem simpliciter, ut important in recto Ens increatum, sed secundùm quid, prout illa per imperfectum nostrum concipiendi modum non explicant quoad nos distinctè, quid sit, sed quid non sit.

266. *S. Maximus.* HÆc Assertio, ut benè intelligatur, Nota ex S. Maximo, *in Scholiis super c. 1. de Mystica Theolog. Dionysii.* quid sit Positio, & quid sit Ablatio: *Deum*, inquit Maximus, omnia esse ut Deum decent, *Positio* est; & nihil eorum esse, ut supra substantiam est, Negatio est. Probatur Assertio: Non obstante illâ prioritate significationis, Deo competentis ante creaturas, de quo in Notabili supra; & quòd non concipiamus Deum secundùm causam, sed tantùm significet in recto quid increatum, & omnia de eo dicantur secundùm se & intrinseca sua prædicata; Deus adhuc ut per illa concipitur à nobis, est supra omnia illa sic à nobis per affirmationem enuntiata, neque declarant distinctè *quid sit Deus*, ergo omnia sub eâ ratione quâ Deum non exprimunt, poterunt de illo negari, hac quippe ratione tam negatio quàm affirmatio propriè dicitur de Dei amplitudine: ut Deus est vita, Deus est bonitas, est enim verè bonus & vera vita; Deus non est vita, non est bonitas, quia est supra hæc, quæ nos per vitam & bonitatem intelligimus. Hac ratione S. Dionysius *Theologia Myst. cap. ult.* plures quàm quadraginta recenset propositiones de Deo negativas, docendo Deum nihil esse eorum, quæ nos cognoscimus de illo, sed esse super omnia illa, quæcunque quomodocunque à nobis concipi, vel intelligentia percipi possunt. Sic inter alia dicit *Deum non habere, nec esse potentiam, neque lumen, neque vivere, neque esse vitam, neque substantiam, neque scientiam, neque veritatem, neque sapientiam, neque divinitatem, neque bonitatem, neque spiritum,* ut nos spiritum & illa alia prædicata cognoscimus: ita ut illud Dionysii, *ut nos cognoscimus*, in negatione eorum accipiendum sit, nihil quippe de Deo dici potest secundùm nostram cognitionem, quod clarè & distinctè exprimat ipsum, quin semper maneat inintelligibilis & ineffabilis, ut pulchrè Synesius *Hymno 4. de Deo*, Deum Patrem invocans ait: *πατηρ ἄγνωςε νόῳ ἄῤῥητε λόγῳ.*

Per quod Deus scitur, nescitur.

S. Dionysius.

Synesius.

Non solvit negatio, quod affirmatio ponit. Ex quibus habetur, quòd negationes in Deo, ut & ipse Dionysius notat *cap. 1. Mystica Theolog.* non sunt contrariæ affirmationibus; neque enim quòd affirmatio affirmat, hoc ipsum negatio negat: v. g. non negat de Deo bonitatem, vitam, quæ per Scholasticam Theologiam de Deo dicuntur sed negat illa prout à nobis concipiuntur, id est, negat illa, distinctè Deum exprimere. Sicut ergo affirmatio non ponit *quid sit Deus*, plenè, comprehensè, & purè; sic neque negatio tollit *quid sit Deus*: & sicut propter Dei sublimitatem, quâ nostri intellectûs capacitatem excedit, non possumus rerum divinarum veritatem purè secundùm modum suum capere, adeoque secundùm nostrum modum de ea philosophari oporteat, verius cognoscimus in Deo quid non est, quàm quid est; ita etiamsi, ut dicemus *quæst. seq.* possimus habere conceptus Deo proprios, idque tam in Theologia Affirmativa, quàm Negativa & Mystica, imo illi ipsi quos statim in exemplum adduximus tales sunt; adhuc tamen non intelligimus distinctè *quid sit Deus*, qui semper omni re à nobis conceptibili, & omni cognitione tam intellectuali quàm sensibili sublimior est, & supra omnem, ut ait *Nyssenus*, notitiam notionis Dei designatricem existens, ita ut nulla dictione aut intelligentia Deus exprimi valeat, quin ille sit & supra omnem speciem creatam mente conceptibilem, & supra omnem conceptum à creatura efformabilem. Unde argutè S. Augustinus *lib. 1. de Doctrina Christiana c. 5. & 6.* *Diximusne*, inquit, *& sonuimus aliquid de Deo? imò verò me nihil aliud, quàm dicere voluisse sentio.* Ubi Augustinus alludit ad affirmationes de Deo factas, & mox subdit: *Si autem non dixi*, puta quia Deus omnem transcendit dictionem, & superat omnem cognitionem, & supra omnem affirmationem existit: *non est hoc quod dicere volui*, puta quia non est in nostrâ dictione & intelligentia Deus ut in se est, qui posuit tenebras latibulum suum, & sublimissimè manet absconditus. Pergit Augustinus: *Hoc unde scio? nisi quia Deus ineffabilis est; quod autem a me dictum est, si ineffabile esset, ac per hoc ne ineffabilis quidem dicendus est Deus, quia & hoc cùm dicitur, aliquid dicitur, & sic nescio quæ pugna verborum, quoniam si illud est ineffabile quod dici non potest, non est ineffabile, quod vel ineffabile dici potest, quæ pugna verborum silentio cavenda potius, quàm voce paranda est.* In quo discursu Augustinus subtiliter alludit ad ea, quæ *quæstione seq.* habentur, posse nimirum aliquid de Deo dici, attamen quid sit, plenè non posse exprimi, sed debere doctâ ignorantiâ nesciri. Et etsi sancti PP. in Dei cognitione mirabiliter illustrati fuerint, & sublimes, ut in notabili dictum, habuerint de illo conceptus, nunquam tamen etiam, quæcunque affirmando de Deo, sine lumine ordinis supernaturalis gra-

S. Augustinus.

tiæ aut gloriæ pervenerunt ad distinctam cognitionem Dei, qui est supra omnem nostram affirmationem, & supra omnem nostram negationem: supra omnem nostram affirmationem quidem, quia quidquid de Deo dicimus, juxta modum quo illud concipimus, Deum potius occulit, quàm prodit, ut supra *art.1.n.256*. supra negationem autem, quia est supra omne id, quod de ipso negari potest. Ea æquo itaque non assequitur substantiam Dei tum affirmatio, tum negatio, etsi in hoc Theologia Mystica valentior sit affirmante, quod profiteatur non videndo & nesciendo Deum, cognoscere Deum, hanc enim solùm, inquit S.Maximus, habet Deus cognitionē, *non cognosci*. Vide de his plura *Quæst.seq.art.1.* ubi referuntur argumenta, quòd Deus nequit distinctè cognosci. Videatur etiam *art.3.ejusdem quæst.* ad idem propositum, respondendo ad argumenta.

S.Maximus

267. Ex quibus constat Theologiam Mysticam ad ignorationem Dei, quâ perfectè in hac via cognosci non potest, pertinere, atque ut *supra n.256.* innuimus, non tam esse partem Theologiæ, quàm supra illam: atque adeò à sanctis & divinis illis viris, qui divino quodam odore, & quadam à corpore & creaturis avocatione, per admirabilem & extaticam conjunctionem cum Deo, illius experti fuerunt beatam jucunditatem, rectè mystica seu arcana & extatica Theologia nominatur.

QUÆSTIO SECUNDA.

An tam in Scholastica, quàm Mystica Theologia, pro hoc statu habeat viator de Deo positivos aut negativos conceptus, ipsi Deo proprios?

SUMMARIUM.

1. *Res aliter cognoscere & cognosci debere quàm in se sunt, cur Caramuel Asophiam dicat. num. 268.*
2. *Fundamentum quòd non dentur positivi conceptus de Deo pro hoc statu, neque in Mystica neque in Scholastica Theologia. n.269.*
3. *Opinio Scoti affirmativa præfertur. n.274.*
4. *Conceptus positivi haberi possunt, etiam ad mentem D.Thomæ, non explicabiles per ordinem ad negationem Ibid.*
5. *Intellectus humanus conceptibus suis, non in attributa solùm, sed in ipsam Dei essentiam tendit. n.275.*
6. *Quod prætendit doctrina Scoti non negatur à D.Thoma, & vicissim ultra quod prætendit D. Thomas conceditur à Scoto. n.27?. & 277.*
7. *In modo loquendi potius quàm in re ipsa dissident utriusque Doctoris schola. n.275. & 277.*
8. *Fundamenta adversæ opinionis, non pugnant contra scopum quæstionis. n.277. & seq.*
9. *Ab effectibus diversi ordinis haberi non posse conceptus causæ quidditativos, refutatur. num. 279.*
10. *Vindicatur Scotus à censura Recupiti. num. 280.*

268. Status quæstionis est, an ulla perfectio propria Dei possit à nobis cognosci conceptu aliquo, qui sit Deo proprius. Concedunt quidem, concipi de Deo in utraque Theologia aliquid positivum, tanquam substratum negationum, quæ de ipso affirmantur; sed illud positivum non esse proprium Deo, & ideo conceptum quo illud conciperetur, dici volunt conceptum negativum, id est, qui Deum non explicat, nisi per modum exigentis negationem, quæ tali conceptu objicitur. Sed quidquid sit de nomine conceptûs, de quo supra actum, *quæst.1 art.4 in probatione Assertionis primæ*, Quæritur, an conceptu aliquo Deus, aut aliqua perfectio divina, valeat pro hoc statu à nobis conceptu proprio concipi & intelligi. Ad quæstionis intentum perinde est, sive talis conceptus appelletur negativus, sive positivus; esto qui negativum vocat, talem ut esset Deo proprius, explicare deberet per negationem propriam, quam exigeret talis perfectio, tali conceptu cognita. In hanc rem, etsi non omninò ad præsens, eruditè quidem ait Caramuel *in initio libri 8. Metalogicæ*: ubi modum philosophandi (quo res aliter cognoscuntur quàm in se sunt) concipi debere docetur, & quidem sine erroris periculo, eò quòd statim corrigitur intellectus, Asophiam esse dicit, ut v.g. in divinis, etsi intellectus actu divinitatem ab attributis, rationale ab animali in creatis, distinguit concipiat; reflexo tamen actu ad hanc Ideam corrigit, & mentem suam falli judicat, nempe nec divinitatem ab attributis, nec rationale ab animali distingui. Hanc Philosophiam, quia excusat excusationem in peccatis, cùm peccata excusamur, meritò emendatam cupit, ut dicat non errare, ne corrigi opus habeat: & facultas quæ commissos errores corrigit, potius eat obviam committendis, ut doceat, *sicut se res habet ad esse, ita quoque se habere ad cognosci*: seu *sicut secundùm esse unumquodque se habet, ita quoque se habere debeat*

Caramuel.

debeat secundùm veritatem, & cognoscibilitatem. Verùm in proposito cùm quæritur, num detur conceptus de Deo proprius, aut num perfectio divina proprio conceptu sit conceptibilis; cùm non per proprias, sed per species à creaturis emendicatas, pro hoc statu cognoscatur, nec ulla illius perfectio sine adminiculo creaturæ, naturaliter, cõcipi valeat, particularis de eo est difficultas, de qua sit

ARTICULUS I.

In quo

Fundamenta pro parte negativa referuntur.

260. S. Dionys. AUthores, qui negativam tuentur opinionem, arguunt contra oppositam; ex ratione, & authoritate, primò S. *Dionysii*, qui variis in locis *Mysticæ Theologiæ*, & *lib. de divinis Nominib.* indicat Deum non nisi impropriè intelligi, & quòd etiam perfectissima Dei contemplatio pro hoc statu illa sit, quâ conjungimur ei *tanquam prorsus incognito*. Et *in epist. 1. ad Caium* dicit: *Si quis videns Deum intellexit quod vidit, non ipsum vidit, sed aliquid eorum, quæ sunt circa ipsum, id est, aliquid divinorum effectuum.* Secundò arguunt ab authoritate Damasceni *lib. 1. de fide orthod. c. 4.* dicentis: *Oportet quodlibet eorum, quæ de Deo dicuntur, non quòd ipse est secundùm substantiam significare, sed quod non est ostendere, aut habitudinem quandam, aut aliquid eorum, à quibus separatur, & distinguitur, aut aliquid eorum quæ consequuntur naturam aut operationem.*

S. Damascenus.

270. D. Thom. Secundò arguunt rationibus D. Thomæ, quarum vis in hoc est, quòd cognitio fiat primò vel per propriam formam, quomodo Deus se cognoscit per suam essentiam, & Angelus per suam: vel per speciem, & similitudinem, quomodo juxta illud Philosophi: *Lapis non est in anima, sed species ejus,* Dei autem nulla datur species, aut similitudo. Secundò, per formam alterius, ut causa per speciem sui effectus, vel per formam sibi similem, ut homo per sui imaginem. Dupliciter autem potest aliquid cognosci per formam alterius seu speciem effectus: semel formando mediante intellectu agente speciem proportionatam causæ, quod solum fieri potest, ut vult *Recupitus*, quando causa est ejusdem ordinis cum effectu, hujus exemplum afferens idem *Recupitus*, ait: ex sensatione formamus speciem principii sensitivi, & ex visione speciem potentiæ visivæ: in hujusmodi admittunt dari cognitionem distinctam principii, quamvis non cognoscatur in se, sed mediante effectu. Alio modo potest cognosci aliquid per effectum, ut causa, quæ sit alterius ordinis ab effectu, in quo cognoscitur, & à tali effectu non possumus formare speciem consimilem, & proportionatam talis causæ: hoc modo, quia creaturæ non sunt ejusdem ordinis cum Deo, hunc per nullum intellectum agentem dabilis est similitudo aut species Dei, quæ à plena repræsentatione divinæ Essentiæ non deficiat

Recupitus

infinitè, neque adæquat potentiam Creatoris; sed sicut effectus, ita species similiter deficiunt in infinitum ab adæquatione perfecta, non possumus Deum in hac vita cognoscere, conceptibus Deo propriis: sed, ut ait suprà laudatus *Dionysius c. 7. de divinis Nominib.* ad illud *quod supra omne est, ascendimus in omnium ablatione.*

Tertiò objicitur illud commune argumentum quod plerumque à recentioribus Scotistis refertur: Nulla perfectio habens rationem actus simplicissimi, potest cognosci naturaliter pro hoc statu, conceptu illi proprio, sed omnis perfectio Dei est talis, ergo, &c. Major prob. quia intellectus est improportionatus ad talem conceptum formandum, de tali objecto; tum quia non potest facere talem conceptum de substantia spirituali creata, compositionem metaphysicam adeuntie: ergo multò minus id præstabit de perfectione & substantia increata, quæ est actus purissimus & simplicissimus. 271.

Hanc objectionem *Recupitus* multis confirmat, *primò*: Conceptus proprius positivus de Deo, vel esset quidditativus, vel attributalis; non primum: quia talis conceptus Dei, pro hoc statu nequit haberi. Non secundum, quia est eadem ratio de tali conceptu, ac de priori. Primò, cùm quodlibet attributum non minus sit actus purus, quàm ipsa essentia Dei. Secundò, non potest secundùm Scotum haberi conceptus quidditativus Dei pro hoc statu, nisi per species à creaturis acceptas: nullum enim objectum creatum continet formaliter, aut eminenter, aut virtualiter Deum, aut perfectiones quidditativas ejus; consequenter nequeunt repræsentare species, repræsentantes illas perfectiones Dei, nec causare species repræsentantes: ergo nec pro hoc statu poterunt agnosci conceptu proprio positivo. Ex quo *Recupitus* infert Scotum sibi non constare, dum negat Deum posse concipi, ut est *hæc essentia*, id est, secundùm conceptum quidditativum, & concedit tamẽ ipsum concipi ut summum Bonum, & ut ens infinitum, cùm tam ratio attributalis, quàm quidditativa sit ratio increata, & superioris ordinis. Recupitus

Eandem objectionem confirmat secundò: Si haberetur conceptus proprius Dei, vel ap- 272.

paret Deus objectivè sub notione increata, vel creata: non sub ratione creata, quia hæc non esset Deus qui concipitur, sed creatura. Non etiam sub ratione increata, quia concipitur ut sic conceptu negativo, & habetur intentum quod non sit Deo proprius; aut conceptu positivo, & tunc concipitur ut est in se, consequenter intuitivè, vel saltem perfectè abstractivè, quod tamen Scotus negat, cùm talis cognitio abstractiva sit supernaturalis.

273. Præter hæc fundamenta adducuntur aliæ rationes in contrarium, quæ jam in superioribus discussa sunt, aut certè ex dicendis *Art. 3.* facilè solvi possunt. Illud vero quod apud *Dionysium Carthusianum in suo Epilogo ad Theologicam mysticam* affertur in contrarium: quod idcircò non possit haberi conceptus Deo proprius, quia intellectus noster non potest intelligere, nisi speculando phantasmata, ad quæ comparatur sicut visus ad colores: lubens omitto, tanquàm inutile & eluinbe ad hujus quæstionis determinationem, cùm certum sit animam rationalem, adhuc in corpore, quantum ad vires suas inorganicas, post primam informationem à phantasmate hanstam, multum esse elevatam & actuatam scientiis & formis, quibus ex natura sua per intellectum agentem sine nova conversione & communione ad corporalia phantasmata agere, operari, & novas species, & res consimiles formare valeat, in quibus sicut & in ipsa rerum scientia, sufficienter natura rerum, imò purius, & illuminatiùs elucet, & cerni valet, quàm in phantasmatibus, quod experientià docetur, tam in mysticis, quàm scholasticis Theologis, qui omninò abstracti à phantasmatibus anagogicà contemplatione de Deo scripserunt, & sine velamento phantasiæ arcanis suis obtutibus, altissima Dei mysteria conspexerunt, aliosque ad hujusmodi Deificas contemplationes incitârunt, ut videre est apud Dionysium *Mystica Theolog. c. 1.* ubi Thimotheum instituens, ait: *Tu verò, ô chare Timothee, circa mystica spectacula intenta exercitatione, & sensus relinque, & intellectuales operationes, & sensibilia, & intelligibilia, & ea quæ sunt, & quæ non sunt omnia; ut ad unionem ejus qui super omnem essentiam, & notionem est, quantum fas est, indemonstrabiliter assurgas. Nam tuî ipsius et rerum omnium libero, & absoluto excessu, ad supernaturalem divinæ caliginis, ab omnibus abstractus & absolutus purè eveheris.* Ubi Sanctus iste insinuat, posse mentem nostram sine omni phantasmate ascendere ad impressiones Deificas, & lumina theorica, quibus Deo anima nostra per amorem intimè uniatur. Insuper ibidem ait de bona omnium causa: *Quòd ipsa omnibus superessentialiter superemineat, ûnque solis absque velamine verèque effulgeat, qui & impura, & pura omnia pertransiunt, & omnium sanctorum cacuminum ascensum transcendunt, & omnia divina lumina, & sonos, verbaque cœlestia quasi à tergo relinquunt, & in caliginem absorbentur.* Certè si in tali contemplatione oportet ipsas etiam Angelicas transcendere mentes, quantò magis vilia ista, & materialia phantasmata, etiam brutis communia. Isthoc ergo funile argumentum, quod indignè nimis humanæ mentis conditionem deprimit, negligimus: posset tamen ad bonum sensum reduci, quòd non possimus cognoscere Deum de facto, nisi ex sensibus & objectis sensibilibus perceptis à phantasia, ex quibus non possumus formare aliquem conceptum de Deo, nisi quatenus illa objecta, aut alia objecta iis mediantibus cognita, habent similitudinem objectivam cum Deo, sive univocationis, sive imitationis, sive cujuscunque alterius rationis, certum est autem, quòd non sit talis similitudo inter Deum, & creaturam. Ad hunc sensum si reducatur argumentum, coincidit cum illo D. Thomæ, nu. 271. & Recupito 271. & 272.

ARTICULUS II.

In quo

Resolvitur Quæstionis, & totius Controversiæ apex principalis.

ASSERTIO.

Habemus pro hoc statu conceptus de Deo ita proprios, ut non conveniant ulli alteri. Ita Doctor Subtilis 1. d. 3 q. 2. n. 17.

274. PRobatur primò authoritate S. Cyrilli Episcopi Alexandrini Assertione 31. seu lib. 11. Thesauri c. 1. ubi docet: Esto pro hoc statu Deum intelligamus ad instar eorum, qui in minima charta cœlestem circulum describunt, veram tamen nos de Deo habere cognitionem, seu non errare à propriis Dei conceptibus, qui scilicet illi soli, & præter eum nulli alteri sint convenientes: quo modo, inquit, non est absurdum dicere, si non scimus aliquid sicut is, qui optimè, verè, perfectèque scit, id est, qui distinctè, & intuitivè scit. Longè nos errare ab illius rei cognitione, seu quod idem est, nullos de ea re proprios habe-

re

Rem minus scire, non est errare.

re conceptus, nullam verei veram cognitionem? Possumus enim minus scire, quàm qui perfectè sciat, & tamen non aberrare. Sciat aliquis v. gr. Lunam eclipsari: sed qua ratione, ignorat. Alius quomodo id Lunæ accidat, & ubi, & quando maximè novit. Nũ igitur ille, qui solummodò lunã eclipsari novit, modum & rationem ignorans, errare dicendus est? Item qui acutè videt, & qui obtusius videt: similiter Lunam eclipsari cognoscunt. Nec errat, qui obtusius videt; non enim aliter, quàm ille qui acutè videt, eclipsari Lunam sentit: nec aliter eam passionem Lunæ appellabit, nec eclipsim appellando erret, quemadmodum vos dicitis. Si ergo possumus unam & eandem rem alii minus, alii magis cognoscere, & utrique verè cognoscere: quid prohibet minus nos homines, & quidem in infinitum minus Dei essentiam scire, quàm ipse seipsum sciat, & tamen nullo errore implicari? Præterea multis modis veritatem consequimur, & alius alio melius: ut si interroges, utrum idem homini equus sit: & hoc duo aliqui negent, quorum alter rationem afferat, quia homo rationale animal sit, & equus irrationale: alter quia homo animal risibile sit, equus non hujusmodi: nonne utrique vere dixerunt, & veram rationem reddiderunt, quamvis multò melius, qui per essentialia respondit, quàm qui per accidentalia? Certè ita. Cùm igitur possibile sit, diversis rationibus ad eandem veritatem venire, quid prohibet Dei substantiam perfectè ab ipso sciri: non sic autem ab hominibus, & tamen veras nos quoque de Deo habere opiniones.

Probatur secundò. Ex omnibus iis, quæ toto Tractatu primo de Simplicitate Dei dicta sunt: & magis ad propositum ex iis, quæ diximus Quæstione prima hujus Controversiæ à num. 257. & seq. per totos tres Articulos. Manifestè item probatur per omnes illas rationes, quibus Theologi demonstrant Deum esse: indubiè enim per illas rationes probant Deum aliquid esse, secundùm aliquem conceptum illi proprium, qui non convenit creaturæ: si enim non secundùm conceptum Dei proprium, in quo Deus appareat sub notione entis ex natura sua negationem habentis essendi ab alio, jam non conciperetur aut probaretur esse Deus, sed creatura. Imò vel inde & experimentaliter ostenditur, quòd Deũ concipiamus per modum entis infiniti, Primæ causæ, summi Boni, &c. qui conceptus Deo ita proprii sunt, ut nulli creaturæ communes esse possint: ergo. Quod ipsum si de mysticis Theologis loquamur, Probatur authoritate S. Dionysii suprà num. 273. citati. Et S. Augustini lib. de Trinitate docentis: *Nos*

Quo conceptu cognoscatur Deus.

ferri in bonum absolutum. Gregorii lib. 4. Dialog. *Animæ videnti Creatorem, angusta est omnis creatura.* Bonaventuræ in Divinis Opusculis frequenter, pulcherrimè autem in suo Itinerario mentis in Deum, c. 6. & Opusculo de septem Itineribus Æternitatis, distinct. 4. ubi dicit: Caput nostri spiritus est intelligentia, quæ in viris sanctis immediatè conjungitur Deo. Citatque S. Augustinum de Spiritu, & anima, atqui conjungi Deo, videre Deum, deliciari in divitiis gloriæ suæ, etiamsi vel unico puncto ad momentum, & quasi in transcursu fiat, fieri nequit sine proprio Dei conceptu, in quo suo modo Deus ipse reluceat, seu qui illum suo modo repræsentet, ergo. Si autem de Theologis scholasticis & positivis loquamur, patet etiam ex toto primo Sententiarum, ubi de facto multos conceptus formamus, quibus explicamus, quomodo Deus sit trinus & unus: Item quòd habeat intellectum qui necessariò tendat in omne intelligibile, voluntatem quæ fertur sine imperfectione in omne volubile: intellectum & voluntatem, seu volitionem, & omnia Dei attributa absoluta sibi esse realiter identificata; & sexcentas tales propositiones de Deo concipimus, per conceptus illi proprios, cùm illi tam parum de alio dici possint, quàm quod alius præter Deum, possit creare alios mundos, resuscitare mortuos, præmiare bonos, punire reprobos, &c. ergo illi conceptus sunt Deo proprii, cùm nihil aliud per ipsos concipiamus, quàm ipsas Dei perfectiones secundùm rationem illis verè competentem. Nec potest assignari ulla ratio, cur non sit tam proprius, quàm ullus alius conceptus Deo proprius, v. gr. cur conceptus entis ex ratione sua exigentis negationem dependentiæ, non sit Deo tam proprius, quàm conceptus entis ex ratione sua petentis dependere ab alio sit proprius creaturæ? nam, ut quæst. 1. art. 1. vidimus, nihil obstat, quòd talis conceptus nequeat explicari, nisi per ordinem ad negationem, cùm in aliquo conceptu positivo standum sit. Adde, quòd dentur proprii insuper conceptus de Deo positivi, etiam in sensu D. *Thomæ*, sine ordine ad negationem explicabiles, ut v. gr. conceptus quo concipimus Deum esse Ens, cujus concursus requiritur ad productionem cujuscunque producibilis: seu esse ens habens sibi identificatam intellectionem omnium intelligibilium: & ens potens movere omne mobile, & similes, sunt conceptus Deo proprii omnino positivi, ad mentem D. *Thomæ*, sed non est opus recurrere ad hujusmodi, cùm satis constet de aliis. Videatur de omninò positivis *Commentarius Poncij* nu. 7. d. 3. q. 2. textus *Scoti*.

ASSER-

ASSERTIO.

Non solùm pro hoc statu possumus proprios de Deo habere conceptus attributales, quibus Deus concipitur per modum summi Boni, infinitè sapientis, omnipotentis, &c. sed & conceptum Dei quidditativum, & essentialem.

275. *D. Thom. quid de hoc sentiat.* HÆC Assertio est Doctoris 1.d.3. q.2.n.5. & communiter citatur contra D. *Thomam*, reverà tamen ut suprà notavi nu.258. magis de modo loquendi, quàm de re ipsa lis est, constat enim nec D. Thomam, nec Thomistas negare conceptus essentiales de Deo, prout conceptus essentialis dicitur ille, quo concipitur essentia ipsa ut radix & fons perfectionum attributalium, omnes enim fatentur essentiam sic intellectam, aliquo modo, sive virtualiter, sive formaliter, sive ratione distingui ab attributis, sicque facere in divinis unitatem, sicut relatio Trinitatem, proinde fatentur tales conceptus ferri in ipsam essentiam & quidditatem Dei. Et ipse S. Thomas in Commentariis ad librum Boëtii de Trinitate fatetur. De nulla re posse sciri, an sit, nisi aliquo modo sciatur de ea quid sit, aut perfectè, aut confusè secundùm Philosophum in primo Physicorum. Vicissim constat, *Scotum*, & *Scotistas* ultrò admittere nos non habere pro hoc statu de Deo proprios, & quidditativos conceptus tales, in quibus distinctè & clarè reluceat quidditas Dei, seu conceptus per species proprias sine dependentia ad species alienas, quales habemus de Deo per cognitionem intuitivam, vel abstractivam per speciem propriam si detur talis cognitio: sic enim expressè *Scotus* 1.d.2.quæst.2. & tota sua schola negat à viatore posse concipi Essentiam, ut conjungitur cum esse sibi proprio; *Scoti opinio quæ-lis.* unde & infert, hanc propositionem, *Deus est*, ut concipiatur à nobis, non esse per se notam: & dist.3. quæst.2. num.16. ait: quòd non cognoscatur Deus naturaliter à viatore in particulari, & propriè, hoc est sub ratione hujus essentiæ, ut *hæc* & *in se* est existens, esto aliter multos alios conceptus nobis proportionatos, de Deo proprios habere possimus, qui non conveniunt creaturis, cujusmodi sunt, vel attributales, quibus concipimus Deum ut in Assertione, per modum summi Boni, sapientis, omniscientis, ac omnipotentis, qui sunt conceptus propriè attributales Dei, in quo non potest esse ulla difficultas. Ex quo patet *prima pars* Assertionis. *Secundam partem*, quòd detur etiam conceptus Dei quidditativus, quo intellectus noster cognoscit, quòd aliquid prædicatum sit de quidditate rei, vel non sit, vel quo fertur aliquo modo in quidditatem Dei, Doctor Subtilis probat hoc argumento: *Quia concipiendo sapientem* (id est concipiendo Deum ut infinitè sapientem) *concipitur proprietas secundum eum, vel quasi proprietas in actu secundo perficiens naturam: ergo intelligendo sapientem, oportet præintelligere aliquid quasi subjectum, cui intelligo illud quasi proprietatem inesse, ac ita ante conceptus omnium passionum, vel quasi passionum. oportet inquirere aliquem conceptum quidditativum, cui intelligantur ista attributa, & ille conceptus alius erit quidditativus de Deo, quia in nullo alio potest esse status.* Ubi Doctor vult dicere, talem conceptum illius quasi subjecti esse quidditativum, cùm alium priorem non supponat, alioquin daretur processus in infinitum: ergo ex eo quòd concipiatur ultima formalitas quidditatis rei habetur conceptus quidditativus.

Confirmatur: Doctores de facto inquirunt, num existentia, & singularitas divina sint de essentia Dei? Item an prædicata quidditativa Dei, v.gr. Ens in Deo, substantia, vivens, intellectualitas, &c. inter se differant, sicut attributa inter se? quia ultima quæstio valde acriter est controversa inter quosdam Scotistas: indubiè enim in his conceptibus, cùm communiter teneatur quòd existentia sit de essentia Dei, debet concipi Essentia: Item concipitur quòd existentia sit prædicatum quidditativum essentiæ: si ergo habere possumus pro hoc statu conceptus de quidditate Dei, & de particularibus prædicatis quidditativis illius, scilicet quòd sint de intrinseca ratione quidditatis ac divinæ Essentiæ: citra controversiam quoque est, nos habere conceptus quidditativos de Deo, nec restat aliud, nisi ut respondeamus ad argumenta, n.269. & seq. relata, quibus quòd non nisi de modo loquendi controvertatur, amplius fiet manifestum. 276. *Doctores adstipulantur communiter nostra sententia.*

ARTI-

ARTICULUS III.

In quo

Explicantur argumenta in oppositum; & ostenditur nec authoritates nec rationes militare contra Scoti Assertionem.

277. Suppositis iis, quæ Quæstione prima, Art. primo, & Art. præcedenti constituta sunt, sola declaratione constat tum authoritates, cùm etiam rationes gratis, & sine causa contrà afferri; quia id quod per illas Adversarii probare intendunt, nempe non posse haberi conceptum quidditativum de Deo, quatenus talis conceptus dicitur ille, qui distinctè, clarè, & sine dependentia ad species alienas repræsentat quidditatem Dei: est ipsissima Scoti doctrina, locis suprà n. 275. citatis expressa, unde & immeritò citatur pro opinione opposita, quid tamen valeant ea, quæ ad speciem afferuntur, videamus.

Explicatur S. Dionysius.

278. Respondeo itaque primò, ad authoritates S. Dionysii, eum velle, non posse cognosci, etiam cognitione perfectissima pro hoc statu naturaliter possibili, perfectè, & distinctè *quid sit Deus*, cùm enim nulla creatura, quantumcunque sublimes & depuratas de Deo habeat cognitiones, possit ferri in intuitivam Dei cognitionem; nunquam siquidem pro hoc statu concipitur divina natura clarè secundum id, quòd ipsa in se est existens: fit quòd maneat incognita nobis, quantum ad claritatem intuitionis, ac si nihil de ea mens humana percepisset: Sic Dionysius *c. 5 Theologiæ Myst. ut suprà quæst. 1.* ex ipso ostendimus, dicit: Deum non esse spiritum, non esse divinitatem, bonitatem, putà ut nos divinitatem, bonitatem obscurè, & imperfectè nobis repræsentamus; quæ nobis, esto Deus sit supereminentissimè, distinctè, & clarè divinitas, bonitas, &c. propter imperfectum nostrum concipiendi modum quasi incognita manent, & totam nostram intelligendi capacitatem in infinitum transcendunt. Ex quo patet ad secundum S. Dionysii locum.

Damasc. quid voluerit.

Ad Damascenum similiter respondeo, eum velle, quòd quæcúque de Deo propriè prædicantur, non significent quod est ipsius, seu quod est secundùm substantiam, sed quod non est: vel quatenus illa non explicant plenè, & perfectè Dei naturam, ut mox dictum: vel quatenus illum non possumus cognoscere nisi per species alienas: vel denique quatenus non possumus benè explicare illa, nisi ponendo in explicatione negationes conceptuũ, qui non conveniunt Deo. Elige ex his quod lubet, nam singulæ responsiones sunt ad intentum Damasceni.

D. Thomæ authoritas non contrariatur nobis.

279. Ad rationem D. Thomæ dico, quòd probet aliquid, nihil tamen aliud, quàm quòd non habeamus de Deo conceptum quidditativum per species proprias; vel non talem, qualem habent Beati, putà intuitivum: cum quo adhuc nos multa de Deo propriè, imperfectè licet, cognoscere, tam quoad ea quæ spectant ad Dei quidditatem, & quæ præsupponitur attributis divinis, quàm quoad attributa Dei, quæ præsupponunt Deitatem, unde promanant, quidditativè constituant, neque hujusmodi conceptibus officit ratio D. Thomæ. Quare Recupitus minus rectè philosophatur in hanc rationem: quando causa est diversi ordinis ab effectu, quod tum nequeat cognosci ab effectu cognitione quidditativa; benè tamen quando cognoscitur causa ab effectu ejusdem ordinis. Contra quam doctrinam imprimis constat, quòd quo effectus sunt eminentiores, etsi sint diversi ordinis, v. gr. perfectissimus spiritus angelicus; quòd eò magis commendent in nobis, & mentem elevent ad magis propriè concipiendam Dei naturam: cùm enim effectus tales eminentiores, Dei imaginem, & similitudinem quandam gerant, quomodo non efficient Dei cognitionem? ergo quod unum sit diversi ordinis, alterum verò non sit, nihil facit ad hoc quod possit cognosci, aut non cognosci cognitione propria quidditativa: v. gr. nihil prodest, etiamsi Sol sit ejusdem ordinis cum calore, quantum ad hoc quòd sit quid materiale, ad conceptum Solis quidditativum materialitatis in Sole; cùm enim cognoscitur per calorem productum, sanè non cognoscitur ut est ejusdem ordinis, seu ut est ens materiale sicut calor: sed nec cognoscitur etiam ut est diversi ordinis, sed ut est ens productivum. Ita pariter de Dei conceptibus dicendum, sicut ait S. Dionysius lib. de divin. Nominib. Deum cognosci ex omnium causalitate, & excessu, & remotione; utrumque quia in dictis enter, sive ejusdem, sive diversi ordinis objectis, mens juvatur ad cognoscendum Deum, quando præsertim naturale lumen confortatum supernaturali lumine fidei, doni sapientiæ, & intellectûs, quæ per mentis puritatem, & probam conversationem acquiruntur, elevatur in Deum ut principium productivum omnium. Sic inquantum Deum cognoscit illum esse non solum supra omne id, quod apprehendit, sed & quoad esse suum, seu Deitatis rationem, in infinitum perfectiorem esse effectu quovis nobilissimo, talis conceptus de Deo est illi propriissimus, cùm nulli alteri competere possit; & quidditativus, non quidem quod distinctè, sed suo modo repræsentet & distinguat ab aliis quidditatibus, quidditatem seu essentiam Dei. Detur ergo

Recupitus.

Dionysius.

ergo, quòd per intellectum agentem formetur ex speciebus effectus ejusdem ordinis alia species proportionata causæ talis ordinis repræsentans ipsum quidditativè; non potest ideo negari, quin suomodo, etiam quando Deus cognoscitur ex effectibus per modum principii productivi, formari valeat species & conceptus repræsentans ipsius quidditatem, quando præsertim desumitur ab effectibus, qui repræsentant Dei imaginem.

Possuntus formari species, quæ suo modo Dei repræsentant quidditatem.

Amplius hoc probatur, & manifestatur ex ipso exemplo quod suprà Art. 1. nu. 270. in oppositum adducit Recupitus, ex eo quòd habemus sensationem ocularem, non alium potentiæ visivæ distinctivum & quidditativum habemus conceptum, quàm quòd sit in nobis potentia videndi, sed talis conceptus non est magis quidditativus potentiæ illius, quàm sit conceptus ille de Deo, quo ex contingenti creaturarum existentia cognoscimus Deum esse causam primam, à qua illæ dependent. Imò cùm sicut se habet esse, ita & ratio cognoscendi, cum esse in Deo necessarium sit & independens, in creatura verò dependens & contingentur existentiæ, minus certè cognoscimus ex visione corporea quam sentimus, essentiam istius potentiæ esse, nor posse sic videre, quam cognoscimus ex effectibus productis, & producibilibus, quòd Deus sit causa independens, & hoc esse de essentia ejus.

280. Ad tertium illud & vulgare ex Recupito allatum argumentum benè respondet Poncius in Commentario super distinct. 3. quæst. 2. num. 9. Commentarii: in eo peti principium, quare negatur Major, cum utraque illius probatione, quæ nihil probant, quàm quòd non valeamus pro hoc statu habere proprios conceptus de Deo, & ente spirituali per propnas species: possumus tamen habere mediante intellectu agente, *ut suprà*, per species alienas, concipiendo ens spirituale, quòd sit aliquid materiæ, & corporeitatis expers: v. gr. dum audis, aut legis illud Psalmi 103. v. 5. *Qui facit Angelos tuos spiritus*, tum concipis aliquid, sed non concipis corpus, sed aliquid corporis expers, qui necessariò est conceptus, & cognitio spiritûs. Et mirum est, quòd in eo vim faciant, cùm de facto conceptus proprios & quidditativos formemus de aliis substantiis, quas tamen non cognoscimus nisi per species accidentium, aut per operationes, ad quas eliciendas naturaliter ordinantur, ut verb. gratiâ, quando concipimus ignem per modum substantiæ, quæ in tali gradu exigit calorem, & lumen, & quæ potest alterum ignem similem producere; tunc potius proprio conceptu substantiæ ignis, esto hic conceptus non formetur nisi dependenter à speciebus alienis, scilicet accidentium: quidni ergo, quòd à speciebus creaturarum formemus, & depuremus conceptus de Deo, non haberemus proprios & quidditativos de Deo conceptus?

Ad primam Recupiti Confirmationem jam patet ex Art. 2. num. 275. per doctrinam ex Scoto deductam pro Assertione secunda, nempe quòd concipiendo Deum esse talem naturam, quæ exigit summam Bonitatem, infinitatem, & infinitam misericordiam, justitiam, sapientiam interminam, &c. habeatur quoque conceptus essentiæ quidditativus, quæ præintelligitur quasi subjectum illarum perfectionum, & quâ distinguitur à cæteris essentiis, quæ ab hac divina in infinitum elongantur, neque perfectionum ejus, nisi limitatè, imperfectè capaces existunt. Ad illud ex Scoto, quem, quod non benè legerit, malè censurat, eum sibi non constare, cùm necmista cespitet, jam satis superque responsum, ex locis suprà ex ipso citans, quòd solùm intendat non posse haberi conceptum quidditativum Dei perfectum, qualis est intuitivus, aut etiam abstractivus per proprias species: secùs est de conceptu quidditativo, & attributali abstractivo imperfecto, cum dependentia ad species alienas, pro quo Doctor tantùm citandus erat.

Ad secundam Confirmationem, quæ posset retorqueri in Adversarios, si enim quid valeret, dicant qualem illi de Deo habebunt conceptum? vel enim Deus apparet in suo conceptu objectivè sub ratione increata, & sic incident in sententiam, de qua arguunt Scotistas: vel sub ratione creata, & tunc non conciperetur ab illis Deus, sed creatura. Dicendum igitur, quòd Deus per hunc conceptum repræsentetur ut ens increatum, & quoad sua prædicata, quæ ipsi verè à parte rei insunt: neque ideò erit conceptus ille intuitivus, siquidem non causatur ab objecto præsente, & movente per suam immediatam præsentiam, ut est in se distinctè, & clarè, quam motionem tamen sibi vendicat conceptus intuitivus, ut alio loco de cognitione abstractiva, & intuitiva fusius dicendum redit.

CA-

CATENA AUREA
DOCTRINÆ SS. PATRVM, CVM DOCTRINA SCOTI.

281. HAbes hîc æquissime Lector, Auream Catenam, id est, sanctos Patres in aliquot velut manipulos, seu potiùs unius catenæ articulos, studiosè congestos; Qui te permovere queant ad judicandum de novitius!, & malefetiatis quorundam Censuris, qui doctrinam Doctoris Subtilis nedum à Patrum opinione alienam, sed & in eorum sententia damnatam, adeòque nec in fide tutam, nec probabilem esse, perstringunt. Huic injuriæ retundendæ, Scotistæ meritò ad revisionem, & genuina Patrum testimonia provocant; ad quæ appellare videtur ipsemet Doctor Subtilis, qui 1.d.8.quæst.4.num.18. declaratâ mente sua de distinctione in divinis, alludens ad sanctos Patres dicit: *Et istud argumentum de non formali identitate dixerunt antiqui Doctores ponentes in divinis esse aliquam prædicationem veram per identitatem, quæ tamen non esset formalis. Ita concedo per identitatem, veritatem esse bonitatem in re, non autem formaliter veritatem, & bonitatem.* Itaque Adversarius ut rem præstemus, præcipuos, & plerosque Patres, tum Græcos, tum etiam Latinos, non ex fide Authorum, sed in ipsis fontibus inspectos, lectosque afferemus: Græcos, quos cum Græcatismo ad manum habui quidem quoad textum originalem, cùm ex distorta aliquorum versione à proprio eluxentur intellectu, ut Lessius *in quadam Epistola*, quæ habetur *Tom. 2. Corderii in disputat. Apologet. pro sancto Dionysio*, ita scribit: *Dolui subinde, quòd non melius esset conversus* (putà sanctus Dionysius) *nec vis verborum eius multis locis expressa, sed alia substituta, quæ aliquem possent in errorem conjicere, ut plurimis exemplis possem ostendere*, &c. non intra corpus, sed imperturbata serie ad commoditatem eorum, quibus Græca non leguntur, ad aliorum autem, quibus Avicifinus familiaris est, ut simus omnibus omnia, ad latus positos damus inspiciendus. Interim legatur Regula Aurea S. Bonaventuræ, quam hîc subnectimus.

Aurea Regula sancti Bonaventuræ Doctoris Seraphici pro adipiscenda SS. Patrum apparenter sibi contradicentium intelligentia.

REgulam D. Bonaventuræ auream aureæ catenæ prætteximus: sanctis Patribus intelligendis scite accommodatam illam refert sanctus Doctor 2, d. 33. Art. 3, quæst. 1. Et ex illo Subtilis eadem distinctione, quæstione unica, num. 6. §. *Ad primum argumentum respondet sanctus Bonaventura*, puta ad argumentum sancti Augustini, quem Bonaventura ibi explicat de pœna parvulorum in solo originali decedentium: Dicendum, inquit, Augustinus verbis illis non intendit dicere, quod parvuli sensibiliter crucientur; sed intendit eorum pœnam manifestare quantum ad carentiam visionis Dei, & quantum ad vilitatem loci, & hoc valdè abundanter exprimit, plus dicens, & minus volens intelligi. Nec sine causâ loquitur sic, hoc enim facit ad extirpandam illam hæresin, quæ dicebat, parvulos nullâ pœnâ puniri, quod & mox ex Philosopho confirmat: nimirùm sicut secundùm Philosophum in moribus, via procedendi ad medium, est aliqualiter procedere ultra medium versus extremum, 2. Ethic. cap. ult. Ita frequenter Sancti extinguendo hæreses contra se pullulantes, quasi excessivè locuti sunt, volentes declinare ad aliud extremum, ut ad medium pervenirent. Sic idem Augustinus, ut ait Scotus suprà, contra Arium videtur quasi declinare ad Sabellium, & econverso. Similiter videtur contra Pelagium declinare ad Arium, & è converso. Ut ergo sancti Patres in præsenti Tractatu de distinctione in Divinis, & identitate rectè intelligantur, valdè attendendum ad finem & scopum à Patribus intentum, cùm enim contra hæreticos scripserint, quorum aliqui admittebant quidem unitatem essentiæ, & consubstantialitatem mutuam personarum, sed negabant eorum Trinitatem ut *Sabellius*: Alii verò admittebant quidem Trinitatem, sed negabant earum consubstantialitatem, & unitatem in essentia ut *Arius*. Unde ut Arianum virus ex Christi area everterent, tantopere justa id: *Ego & Pater unum sumus*, omnia mihi tradita sunt à Patre meo. *Qui videt me, videt & Patrem meum.* Affirmabant esse unam omnium substantiam, indivisam,

S. Bonav.

indistinctâ, acunam perfectionem esse alterâ Ex alia autem parte ut Sabellianum confutarent errorem, juxta dictum Christi: *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Et juxta illud Joannis: *Tres sunt, qui testimonium dant in cœlo*, &c. Afferebant aliquam distinctionem inter Essentiam, & Personalitates, & talem, ut à parte rei essentia daret unitatem naturæ, relationes verò Trinitatem: neque tamen ea, vel similis distinctio, quæ est inter Personas, esset inter essentiam, & personalitates.

Hanc Regulam confirmat Concil. Florent. sess. 25. c. 3. Orationis Archiepisc. Nicæni ad Orientales de unione, ubi cavet, ne putemus Patres sibi contradicere, aut discordare, sed quòd debeamus conari illos inter se reconciliare, & quoad fieri potest, per omnia concordes ostendere. Sed huic conformiter alteram statuamus Regulam.

Regula secunda ex Concilio Florentino,

Sess. 25. cap 4. Orationis Archiepiscopi Nicæni ad Orientales de Unione, & habetur Tom. 4. Concil. Severini Binii parte 1. fol. 562.

282. Concil. Florent. PRimæ Regulæ addi potest etiam illa, quæ affertur in Concilio Florent. quod ad intelligentiam illorum Patrum, qui obscurius locuti sunt, ut ex contextu, quid intenderint, sciri nequeat; tunc aliis Patribus, qui apertiùs ea de re locuti sunt, utendum: ac ita cùm aliter impossibile sit, attingere finem quæsitum, & contrapositis utrisque, à clarioribus ad ea, quæ non ita clara sunt, comparatis, per clariora etiam intellectum eorum investigemus, quæ obscurius dicta sunt: & hoc modo una harmonia ex ambabus partibus composita, in concordem ac consonantem glorificationem Dei accedatur.

Regula tertia ex sancto Augustino

In lib. purgar. epist. 3. post medium. & ex *Doct. Subt.* 2. d. 16. quæst. unica in fine.

IBi *Doctor Subtilis* sic ait: In rebus quæ non sunt de fide, quando sancti Patres dissentiunt, possumus absque scrupulo aliorum auctoritatem recipere, & alios cum reverentia S. August. dimittere. *Neque enim*, ut ait S. Augustinus l. c. *quorumlibet disputationes quamvis Catholicorum & laudatorum hominum, velut Scripturas Canonicas habere debemus, ut nobis non liceat salvâ reverentiâ, quæ illis debetur hominibus, aliquid eorum scriptis improbare, atque respuere: talis ego sum in scriptis aliorum, tales esse volo intellectores meorum*, & hæc regula servit tam Thomistis, quàm Scotistis: quidquid ergo probabunt sancti Patres in hoc Opere adducendi pro Scoto ad minus probant falsum esse, imposturam esse, calumniam esse quòd Sancti clament contra doctrinam Scoti, id quod potissimùm hic ostendere intendimus.

CONTROVERSIA SEPTIMA.

DE PATRIBUS GRÆCIS.

Quid Patres Græci sentiant de distinctione, & identitate in Divinis.

SUMMARIUM.

1. *Doctor Subtilis cum Magno Dionysio martyre, in doctrina de identitate, & distinctione in divinis totus homologus. à num. 283. usq. ad 304. inclusivè.*
2. *S. Justinus martyr cum Scoto juxta ac unus. n. 305.*
3. *S. Cyrillus Alexandrinus Scoto, Scotus Cyrillo consonus. q. 3. per totum.*
4. *S. Athanasius pro distinctione ex natura rei formali in divinis cum Scoto assertor individuus. qu. 4.*
5. *S. Gregorius Nyssenus, & Scotus unius opinionis Didymi. q. 5. per totum.*
6. *S. Basilius, & Nyssenus frater suus cum Subtilis funiculus triplex rumpi difficilis. q. 6. per totū.*
7. *S. Gregorius Nazianzenus Scoti fidus Achates. q. 7. per totum.*
8. *S. Joannes Damascenus, & Joannes Duns Scotus, doctrinâ & nomine pares. q. 8 per tot.*
9. *S. Maximus martyr, & Scotus Minor subtilitér idem. q. 10. per totum.*
10. *S. Anastasius Patriarcha Antiochenus Scoto consentaneus. q. 9. per totum.*
11. *S. Anastasius Patriarcha Theopolitanus cum Cyrillo Alexandrino Scoti doctrinam illustrant. q. 11. per totum.*
12. *S. Chrysostomus tandem inaurat. q. 13.*

QUÆ-

QVÆSTIO I.

Qualem doctrinam S. Dionysius Areopagita de distinctione,& identitate in divinis docuerit nascentem Ecclesiam?

SVMMARIVM.

1. *Dionysius quis,ejus prarogativa. nu.283.*
2. *Doctor Subtilis Dionysio homologus.*
3. *Deum esse quandam unionem distinctam, & distinctionem unitam. n.284.*
4. *Phrasis SS.Patrum,& Scripturarum soruiter sumenda. n.285.*
5. *Nomina divina in zodiaco Ecclesia stella sunt, & quomodo. n.283. & 286.*
6. *Attributa divina uniones in Deo vocantur. n.290. & 291.*
7. *Rationes ideales apud Dionysium,& secundùm naturam suam quid importent. n. 290.*
8. *A Deo sunt omnia & in Deo continentur, & qualiter. n.296. & circa finem numeri 290. & principaliter n.298.& seq.*
9. *Dispersa in inferioribus adunari in superioribus,& unitate numeri & centri circulo erudite deducitur. n.297. In quo sensu verum n. 298.& seq.*
10. *Expenduntur, & exploduntur instantia adversariorum. n.297. & seq.*
11. *Deus intelligibilis sphæra,cujus centrum ubiq, circumferentia nullibi. n.300.*
12. *Sicut omnis numerus in ipsa unitate unus per recessum ab illa, abit in multitudinem, sic omnes lineæ in centro tantò magis copulantur inter se,quantò minus distant à centro, ubi qua & quo intellectu nonnulla magis minusque distent à Deo. n.300.*
13. *Exploditur fabula Deorum mundi opificum in natura excellentia sese excedentium.*
14. *Natura divina prius fœcunda ad intra quàm ad extra. n.303.*
15. *Deum esse in pulcherrimis identitatis finibus constitutum, quo intellectu capiendum. n.303.*
16. *Cur non legatur apud Dionysium superidentitas, frequenter tamen alii termini cum unitate compositi. ibidem.*

ARTICULUS I.

In quo
Resolvitur dissideatne vel concordet Doctori Subtili.

283. PRimicerius Græcorum Patrum & Antesignanus,imò & Latinorum Coryphæus fuit sanctissimus martyr & scriptor eximius Dionysius Areopagita *σύγχρονος* Apostolorum & prima margarita Athenæa ab Apostolo in Areopago inventa,cujus & discipulus extitit, & in Evangelio strenuus collaborator. Is c. 3. *Theologia Mystica* in principio ait: se *in theologicis informationibus*, quas *ὑποτυπώσεις* appellat, & cum magno Ecclesiæ detrimento, & Theologorum luctu interciderunt, vel alibi fortè apud schismaticos & Turcas in tenebris delitescunt: ait,inquam,se *explicuisse qua spectant ad Deum Trinum & Unum: in libro autem de Divinis Nominib. de prædicatis, & perfectionibus Dei particularibus,præsertim attributalibus,ut quomodo Bonus nominetur,quomodo Ens, quomodo vita, & sapientia,& virtus, & quacunque alia spiritualem Dei concernunt appellationem.* Quod ipsum iterū indicat in exordio libri in Divinis Nominibus,c.1.Timotheū alloquens his verbis: *Modò vir beate post Theologicas informationes apud divinorum Nominum explicationem pro virili me conferam.* Ubi per divina Nomina,divinas exprimit perfectiones,ut rectè *Corderius* in Annotationibus cap. cit. dicens: Nomina divina in sacris Litteris lucere velut stellas oculis nostris accommodatas, è quibus nobis emicant propriæ Dei virtutes, non secùs ac virtutes Solis in stellis. Ex hoc itaque libro num Scoti doctrina Dionysio concors sit, principaliter erit investigandum. Dico igitur,& sit

Qualis Dionysius?

ASSERTIO.

Doctor Subtilis de distinctione & identitate in Divinis, Dionysio totus est Homologus.

284. Consensus iste primò probari potest generaliter, quia per totum librum de Divinis Numinib. passim iudicat Deum esse unionem quandam discretam, & discretionem quandã unitam: unionem quidem discretam, quatenus in Deo sunt ita perfectiones simpliciter simplices, ut singulæ singulis per identitatem realem sibi uniantur, & discretionem quandam unitam particularium scilicet rationum intelligibilium, quæ ita uniuntur, & unitæ intelliguntur, ut inter se comparatæ quælibet earum proprietatis suæ retineat discretionem, id est mutuam perfectionum singularium, quæ unionem constituant, distinctionem. Nam ut nihil sibi ipsi formaliter unitur, sic nihil se ipso formaliter facit unitam discretionem, quod alibi etiam *Dionysius* declarat his, & similibus verbis: *Deum omnia unitivè esse secundùm unicam unitatis eminentiam, in qua omnia singulariter congregata sunt, & superunita*: nimirùm quia est ens perfectissimum, quo nihil meliùs esse, nec cogitari potest, omnia unitivè est, id est, omnes in eo omninò includuntur perfectiones simpliciter simplices, quas comparando inter se secundùm suas formalitates, quæ Deus unitivè est, inter se discreta sunt: per non identitatem formalem, ut nec unum includat formaliter aliud, nec includatur in alio: v.gr. sapientia non includit omnipotentiam, nec bonitas sapientiam, nec omnipotentia veritatem, licèt enim Deus omnia, ut ait S. *Dionysius*, unitivè sit, secundùm unicam unitatis eminentiam, id est, secundùm eorum necessariam in una supereminentissima identitate coexistentiam, ideoque non solùm verum sit, Deus est sapiens, omnipotens, bonus, immensus; sed etiam Deus est sapientia, omnipotentia, bonitas, immensitas, &c. non tamen rectè dicitur: Dei sapientia est formaliter Dei omnipotentia, Dei immensitas est formaliter Bonitas, &c. quia ut S. *Thomas* (ut videas, quomodo & ille cum *Dionysio*, & *Scoto* in hoc conspiret) *Opusculo* 9.q.1. Respondens argumento in contrarium ait: *Quod secundò objicitur, quòd ratio Bonitatis divinæ includit in se sapientiam, quia bonitas divina est sapientia, non valet: quia bonitas divina est divina sapientia, ex hoc quòd est divina, non ex hoc quòd est bonitas, neque ex hoc quòd sapientia est bonitas, hoc autem pertinet ad rationem bonitatis & sapientiæ, scilicet bonitatis in quantum bonitas est, & sapientiæ, in quantum sapientia est; ita ut juxta suam particularem rationem Bonitas sit Bonitas, & juxta aliam rationem sibi propriam sapientia sit sapientia, sibi tamen realiter identificata.* Quam doctrinam satis expressit Dionysius suprà: in qua omnia singulariter *congregata sunt, & superunita*; Congregatio siquidem quæ simplicitati non repugnat, simplicem aliquam à parte rei importat multiplicitatem, & per consequens aliquam à parte rei distinctionem.

ARTICULUS II.

In quo
Particulariter idem probatur ex *capite* I *Dionysii.*

285. A Principio statim hujus capitis ait: quòd divinorum Nominum, quibus divinæ exprimuntur perfectiones, explicationem aggressurus sit, & de iisdem mox subdit: (a) *Sit autem etiamnum oraculorum lex sacra proposita ut veritatem ostendamus eorum, quæ de Deo dicuntur, non in persuasibilibus humanæ sapientiæ verbis, sed in ostensione virtutis, quam Spiritus Theologis inspiravit, quâ ineffabilibus & ignotis, modo ineffabili ignotoque conjungimur secundùm eam unionem, quæ vim omnem ac potentiam nostræ aut ratiocinationis, aut intellectionis excedit.* Ubi Dionysius loquitur de divinis perfectionibus ut pluribus: ergo indicat ea aliquo modo inter se distingui, nam multa sunt distincta, & ubi multitudo, ibi distinctio. Consequentia patet; quia Patres eo modo dicendi sunt usi vocibus in plurali numero ad plura significanda, sicut utuntur vocibus in singulari ad unicum quid significandum: atqui Dionysius hîc utitur vocibus in plurali, (b) *ut veritatem*, inquit, *ostendamus eorum, quæ de Deo dicuntur.* Item, *quâ ineffabilibus & ignotis, modo ineffabili ignotoque conjungimur*, ergo, &c. Major prob. ex ipsa phrasi & modo loquendi S. Scripturæ, quæ quando vocibus utitur in plurali, intelligitur loqui de pluribus ut

(a) Ἔστω δὲ καὶ νῦν ἡμῖν ὁ τῶν λογίων θεσμὸς προδιωρισμένος, τὸ τὴν ἀλήθειαν ἡμᾶς *καταδείσασθαι τῶν περὶ Θεοῦ λεγομένων, οὐκ ἐν πειθοῖς σοφίας ἀνθρωπίνοις λόγοις, ἀλλ' ἐν ἀποδείξει τῆς πνευματοκινήτου τῶν Θεολόγων δυνάμεως, καθ' ἣν τοῖς ἀφθέγκτοις καὶ ἀγνώστοις ἀφθέγκτως καὶ ἀγνώστως συναπτόμεθα, κατὰ τὴν κρείττονα τῆς καθ' ἡμᾶς λογικῆς καὶ νοερᾶς δυνάμεως καὶ ἐνεργείας ἕνωσιν.
(b) τὸ τὴν ἀλήθειαν ἡμᾶς καταδείσασθαι τῶν περὶ Θεοῦ λεγομένων.

*γρ. καταδείξασθαι. Ita Ms. Vien.

patet

patet ex illo loco Rom. 1. v. 20. *invisibilia enim ipsius* (putà Dei) *à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellectu conspiciuntur, sempiterna quoque ejus virtus & divinitas*: Ubi Apostolus tria designat, Attributa scilicet, operationes, & Essentiam, quæ per ly *quoque*, *&*, distinguit inter se, ut plura. Item quando Scriptura in singularibus vocibus utitur, censetur unicum tantùm exprimere, ut patet ex illo loco *Galat.* 3. vers. 16. *Abrahæ dictæ sunt promissiones, & seminis ejus, non dicit: & seminibus, quasi in multis: sed quasi in uno: & semini tuo, qui est Christus.* Ergo idem sentiendum de modo loquendi sanctorum Patrum. Consequentia patet, quia eadem phrasi Scripturæ ipsimet Patres contra hæreticos probant Trinitatem Personarum in divinis, ut Cyrillus lib. primo, c. 2. in Joannis Evangelium scribens in hæc verba Joannis: Ego, & Pater unum sumus, infert, nisi enim uterque subsisteret, *non sumus*, sed *sum unum ego, & Pater*, dixisset. Verùm quoniam plurali numero, *sumus unum*, dixit; commodissimè tam unitatem naturæ, quàm pluralitatem Personarum ostendit. Nunquam enim de uno *sumus*, etiamsi dissumpantur hæretici, prædicari poterit. Ita Cyrillus. Ergo idipsum, & quidem signanter de sancto *Dionysio* censendum, qui hîc §. 1. & 2. protestatur nihil dicendum, vel audendum de Deo, putà tam quoad modum dicendi, quàm quoad substantiam, (c) *præter ea, quæ nobis in sacris Oraculis*, id est Scriptura, *sunt divinitùs indicata.* Sed Scriptura ea quæ de Deo dicuntur, indicat illa ut plura: ergo rectè *Dionysius* censuit in Deo perfectionum perfectissimam, & simplicem esse pluralitatem.

Tenenda phrasis Scripturæ.

(c) παρὰ τὰ θεοειδῶς ἡμῖν ἐκ τῶν ἱερῶν λογίων ἐκπεφασμένα

286. Scio contraveniri huic discursui, & dici Scripturam, & Patres juxta imperfectum & inadæquatum nostrum concipiendi modum se attemperare linguæ nostræ; cùm enim intellectus noster ob suam imperfectionem non potest unico conceptu adæquato totam divinam Naturam, ob ejus infinitam perfectionem, exhaurire, eam conceptibiliter partitur, ex ordine quodam ad diversos effectus & virtutes ea ratione distinguimus intellectum divinum ab intellectione, & attributa divina inter se, & ab essentia, ad modum, quo intellectus creatus distinguitur ab intellectione, & quo attributa, seu perfectiones in homine inter se distincta videntur, ac ita contingit, ut quando tractamus de divinis attributis, de iis, ut de pluribus loquendum sit.

Effugium.

Contrà: S. *Dionysius* expressè dicit, (d) *nos ineffabilibus & ignotis conjungi secundùm unionem quæ omnem potentiam excedit*; ubi, ut scitè notavit S. *Maximus* in *Scholiis*, & *Pachym.* in *Paraphrasi*. Imò ut & fide docemur, non est intelligenda unio de quasi diversorum quorundam ad unitionem concursu, non enim est de his sermo, sed de Deo prorsus incomposito, consequenter per ἕνωσιν, quod est unionem, quæ non otiosè asseritur à *Dionysio*, talis quæ Deum decet, intelligenda erit, scilicet omnium perfectionum talis identitas, quâ realiter inter se unitæ, & identificatæ, quælibet earum secundum rationem suam propriam objectivam sit conceptibilis conceptu proprio, & adæquato, distincto à conceptu quo concipitur alia, quæ explicatio & salvat identitatem in divinis omnium omnino perfectionum, & non hoc loco solùm convenit *Dionysio*, sed & iis quæ habet §. 3. ubi postquam summam Divinitatem non tam perscrutandam, quàm venerandam esse dixerat, mox per conjunctionem contradistinctivam, & rationalem (e) *verò, sed*, contradistinguit divinitatis attributa, quæ ut ineffabilia modesto quodam silentio, ex sacris esse dicit attendenda Litteris, eò quòd Nomina divina, quæ perfectiones Dei exprimunt, in iis, ceu Ecclesiæ zodiaco elucebant velut virtutes Solis in stellis, *ut suprà*. Verba S. *Dionysii* hæc sunt: ———— (f) *Summæ quidem divinitatis arcanum illud, quod omnem intelligentiam substantiamque transcendit, à scrutatione vacuis sacrisque mentis venerationibus, ineffabilia verò modesto quodam silentio prosequentes, fulgoribus qui nobis è sanctis eloquiis affulgent, attendamus.* Ubi divinitati singulariter acceptæ non contra-

Præcluditur.

(d) κατὰ —— ἕνωσιν

(e) δὲ

(f) τὸ μὲν ὑπὲρ νοῦν καὶ οὐσίαν τῆς θεαρχίας κρύφιον —— τὰ ἱερὰ σιγῇ σώφρονι τιμῶντες.

distingueret ineffabilia attributa accepta pluraliter, si essent omninò sicut realiter ita & formaliter unum & idem : ergo inter ea admittenda erit decens aliqua distinctio.

287. *Confirmatur* ex dictis §. 4. multa ibi expressit in laudem divinæ Bonitatis, eamque laudavit ut Monadem, & ut Trinitatem, ut rerum omnium causam, pulchram, sapientem, &c. denique ut genus humanũ singulari amore amplectentem : *quòd se nobis verè, integrè in una persona sua communicarit, revocans ad se sibique jungens humanam humilitatem, ex qua simplex Jesus ineffabili modo constitit, ac qui æternus est temporalem sumpsit accessionem*, &c. --- (g) *imperturbata & inconfusa proprietatũ mansione*. Quod est dicere, Verbum Caro factũ, essentia & attributis divinis sibi ut Filio communicatis à Patre, integris & inconfusis : non enim ibi sermo est de proprietatibus aliarum personarum constitutivis, quæ non sunt unitæ humanitati, ubi in duobus *Scoti* opinio roboratur. 1. Quia loquitur de essentia, & attributis simpliciter, ut de multis conformiter ad multa, de quibus ait ipse Dominus *Joan.* 17. v. 10. *Quæcunq; habet Pater mea sunt.* & ad modũ Concilii *Florent. Omnia quæ Patris sunt, ipse Pater Unigenito suo dedit gignendo, præter esse Patrem.* Atqui illa plura, illa omnia, quæ Pater dedit Filiò, non sunt nisi essentia, & proprietates attributales : ergo secundùm *Dionysiũ* conformiter ad S. Scripturam & Concilium *Florent.* à Verbo excludi nequit talis divinarum perfectionum pluralitas, quæ sit simplex aliqua multiplicitas proprietatum, & multiplex simplicitas, ut loquitur S. *August.* *Secundò* : sicut præter ea, quæ Pater dedit Filio, relinquitur in Patre Paternitas, quam nõn dedit illi, ita in Verbo præter illa plura, quæ à Patre accepit, secundùm quæ non unitur immediatè humanitati, cùm sint Patri, & Filio communia, est in Verbo filiatio, secundùm quam immediatè ipsi humanitati personaliter est unitus, seu quod idem est, ut loquitur S. *Dionysius*, se nobis Deus verè ac integrè *in una persona communicavit*, jũgens sibi humanam ἰσχνότητα, salva & inconfusa proprietatũ divinarum constitutione, in quibus illam non junxit sibi. Ergo asserit S. *Dionysius* aliquam distinctionem, tum inter essentiam, & proprietates divinas, quia in plurali & multas astruit; tum inter illas, & filiationem, quæ immediatè jungitur humanitati, relictis secundùm cõceptũ suũ quidditativũ essentiâ, & proprietatibus, seu cũ humana natura nõ unitis.

288. Plura quæ non minus decertant pro eadem *Scoti* doctrina, habes eodem §. infrà, (h) *in supereffentialem radium illum, inquantum fas est, intendimus, in quo cuncti fines omnium cognitionum ineffabiliter præextiterunt* ---- (i) *ut qui simul omnes omnium cognitionum essentialium virtutumque terminationes, superessentialiter in semetipso anticiparit.* & § 7, *universa simpliciter, & incircumscripte in se anticipare.* Nunirùm ineffabiliter altiori modo formaliter, vel eminenter, quæ produntur in aliis, in quibus dispersa sunt, in eo ut ostendetur probatione 3. ex cap. 5 *Dionysii* colliguntur in unam simplicissimam identitatem, quâ ita inter se identificantur, ut singula secundùm conceptum suum quidditativum habeant propriam suam & entitativam formalitatem, ac proinde distinctionem ab alia formalitate, quæ etsi realiter, non tamen formaliter est ipsa: non enim possunt aliter esse πέρατα, id est, fines, & terminationes cognitionum intellectûs aliquid concipientis, sicut in proposito *Dionysius* disertis verbis §. 4. circa fin. (k) *Etenim cùm notiones sint realitatũ, & ad realitates terminentur, is qui omni realitate & substantia sublimior est, ab omni quoq; cognitione exemptus est.* Ubi si de conceptibus objectivis tantum inadæquatis ageret, cùm ibi doceat, qualiter pro hoc statu & captu nostro Deum, & divinas perfectiones concipiamus, malè diceret cognitiones τῶν ὄντων esse, id est realitatum, & illas de Deo ad pluralitatem, & ad realitates terminari, adeò, ut quælibet & singula Dei perfectio singulam sui terminet cognitionẽ, &c. Qui loquendi modus si non sit nisi simpliciter, & formalissimè unica realitas, posset legentem, nisi Scoti opinione dirigatur intellectus, quod sit sermo de pluribus perfectionibus realiter identificatis, quarum quælibet peculiarem dicat rationem objectivam, abducere in errorẽ, quòd eo modo multas entitates cõplectatur Deus, quo mundus complectitur multas perfectiones, & rerum creatarũ entitates, per diversarum particulas & formas.

(g) μετὰ τῆς ἀμεταβόλυ καὶ ἀσυγχύτου τῶν οἰκείων ἱδρύσεως.

(h) εἰς τὴν ὑπερούσιον ἀκτῖνα κατὰ τὸ θεμιτὸν, ἐπιβάλλομεν ἐν ᾗ πάντα τὰ πέρατα πασῶν τῶν γνώσεων ὑπεῤῥήτως προϋφέστηκεν. ---

(i) καὶ πασῶν μὲν τῶν νοερῶν γνώσεων καὶ δυνάμεων τὰς ἀποτελέσεις ἅμα καὶ πάσας ὑπερηνωμένως ἐν ἑαυτῇ προειληφυῖαν.

(k) εἰ γὰρ αἱ γνώσεις πᾶσαι τῶν ὄντων εἰσί, καὶ εἰς τὰ ὄντα τὸ πέρας ἔχουσιν, ἡ πάσης οὐσίας ἐπέκεινα, καὶ πάσης γνώσεώς ἐστιν ἐξῃρημένη.

289. *Dices*: Tali periculo provisum esse, propterea enim subdit: *is qui omnis substantiæ realitatibus sublimior est, ab omni quoque cognitione exemptus est*: ergo non tam exinde probatur nos habere conceptus adæquatos divinis perfectionibus correspondentes, & ad illas terminatos quam nullos.

Respondeo: *Dionysium* dum ait Deum omnem cognitionem effugere, loqui de perfecta cognitione intuitiva, clara, per proprias species, & de comprehensiva, secus de cognitione imperfecta: certum est enim, sicut aliquo modo & imperfectè Deum possumus effari, & ipsius perfectiones verbis explicare; sic enim non solùm *Dionysius* de illis toto hoc libro de Divinis Nominibus, sed & ipsa Scriptura de illis loquitur; ita nos in viis posse concipere, etsi imperfectè, verè tamen & sine errore, sive quidditatem, sive attributa Dei, ut Controversia præcedenti luculenter demonstratum fuit.

ARTICULUS III.

In quo eadem Assertio

Probatur secundò particulariter ex cap. 2. S. Dionysii de divinis Nominibus.

290. QUod quia à proposito de divinis agit attributis, quam planis & apertis typis edisserat doctrinam *Scoti*, & quidem primò, quòd perfectiones attributales Dei inter se aliquam habeant distinctionem, secundò quòd distinguantur quoque ab ipsa essentia, vel inde primò quoad primum fit manifestum, quòd ipse *Dionysius* §. 2. dicat (l) suam hoc capite Theologiam *nonnulla copulatim, nonnulla verò distinctè tradere*. Id quod repetit §. 6. in fine, dicens: (m) *Nos res divinas sermone conjungere, distinguereque satagimus, prout ipsa nimirum in se vel sunt unita vel sunt distincta.* Et *Pachymera*, hoc, inquit, caput est de unita distinctaque Theologia. *Unitam Theologiam* inscribit, quæ est de prædicatis essentialibus & perfectionibus attributalibus toti Trinitati competentibus; Quæ autem est de iis, quæ cuilibet personæ in particulari competendo, *Distinctam*. Unde sic argumentor: *Dionysius* docet hæc attributa, bonitatem, pulchritudinem, sapientiam & similia (n) *copulatim* de tota Trinitate prædicari, quia ratione divinæ naturæ, quæ in tribus personis eadem est, Deo conveniunt: & non solùm attributa essentialia, sed & emanationes seu operationes ad extra, ex æquo de illis prædicari. Ubi τὸ *copulatim* non connotat solum subjectum, seu tres personas de quibus æqualiter fit prædicatio, sed potissimum denotat ipsa prædicata, quæ Deitati *copulatim*, id est per realē identitatem unitivè inexistunt: atqui unitivè & copulatim inexistere indicat interesse distinctionem inter unita, nihil enim copulatur realiter vel unitur identicè sibi ipsi, ergo &c. Major patet ex ipso *Dionysio*, & est doctrina Catholica: Minorem verò quòd prædicata illa copulatim ac unitim sumpta ponant interesse distinctionem, probat ipse *Dionysius* primò. §. 7. ubi sic habet: (o) *harum unionum*, (quas cum S. *Maximus* in scholiis, *Pachymera* in paraphrasi, & *Corderius* in margine ad §. 4. notat, *Dionysius* in Deo vocat notiones & attributa essentialia; per distinctiones verò intelligit nomina ab emanationibus desumpta) *harum unionum, inquā ac distinctionum quascunque in eloquiis rationes Deo consentaneas reperimus in institutionibus Theologicis, seorsim de singulis disserentes, uti potuimus, explicuimus, verâ eas ratione enodando & exponendo.* Atqui seorsim de singulis disserere, singulas uniones distinctim enodare, distinctionem arguit earum ab invicem, ut patet, ergo. Secundo, hoc ipso §. 1. postquàm recensuit aliqua prædicata in specie, scilicet Bonitatem, sapientiam, pulchritudinem & similia æquè competere Filio ac Patri, sic ait: (p) & ut compendio quis dicat, ipsummet Dei Verbum ait: *Ego & Pater unum sumus: & quæcunque habet Pater, mea sunt, & omnia mea tua sunt, & omnia tua mea sunt.* Ubi si omnia, & quæcunque habet Pater Filio & Spiritui S. communia, sint unica à parte rei formalitas, frustra asserendo locum Scripturæ, in quo universim omnia seu generaliter exprimuntur, diceret Dionysius, ut compendio quis dicat, unus siquidem

Marginal notes (left): *Copulatim & unitim inexistere realem identitatem arguit in divinis.* — *Joan. 10. v. 30. & Joan. 17.*

(l) ὡς ἡ θεολογία τὰ μὲν ἡνωμένως παραδίδωσι, τὰ δὲ διακεκριμένως.

(m) Οὕτω καὶ ἡμεῖς τὰ θεῖα καὶ ἑνοῦν τῷ λόγῳ καὶ διακρίνειν πειρώμεθα, ὡς αὐτὰ τὰ θεῖα καὶ ἥνωται καὶ διακέκριται.

(n) ἡνωμένως.

(o) τούτων μὲν τὰς ἑνώσεις τε καὶ διακρίσεις, ὅσας ἐν τοῖς λογίοις θεοπρεπεῖς αἰτίας εὑρήκαμεν, ἐν ταῖς θεολογικαῖς ὑποτυπώσεσιν, ἰδίᾳ περὶ ἑκάστου διαλαβόντες, ὡς ἐφικτὸν ἐξηγούμενα, μὲν ἀναπτύξαντες.

(p) Ἵνα συλλήβδην εἴπω, ὡς αὐτὸς ὁ θεαρχικὸς λόγος φησὶν, ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ &c.

Præterea quidem non datur compendium, sed plurium. Neque potest ibi esse sermo de compendio divinorum Nominum, quæ vel à conceptibus nostris, vel à rerum creatarum productione ad extra, conservatione ac gubernatione desumpta sunt, & non competunt Trinitati, sed de compendio ipsarum attributalium perfectionum, quæ verè & realiter Deo inexistunt: quis enim dicat illud: *quæcunque*, ait Verbum veritatis, *habet Pater*, & illud: *& mea tua sunt: & tua mea sunt*, cadere extrinsecus in Deum quoad solam vocabulorum nomenclaturam, & non potius in ipsa significata Deitati intrinsecus inexistentia? de quo expressis verbis in fine §. 1. *Dionysius* mentem suam aperit, dicens: (q) *neminem arbitror eorum, qui Scripturis haud quaquam perversis sunt imbuti, negaturum omnia quæ Deo ratione perfectæ Deitatis competunt, toti inesse Divinitati*, toti, ait, inesse Deitati, quæ verò divinitati insunt, nisi attributales perfectiones Deum decentes? & quæ sunt decentes, nisi quæ ab ipso Dei Verbo, sub verbis illis *quæcunque, omnia, mea, tua*, per compendium expressæ, cùm singillatim exprimi nequeant? ergo evidenter liquet *Dionysium* agere de compendio perfectionum essentialium omnibus tribus personis communium, quas nimirum in verbis Verbi sub unius generalitatis syllabo ut plures expressit. Consequenter quòd non sint unica solùm à parte rei formalitas, quæ sit per inadæquatos nostros conceptus objectivè partibilis, sed esse revera plures, entitativè quidem & realiter easdem, formaliter verò inter se distinctas.

> (q) οὐδένα τῶν ἐν τοῖς θείοις λογίοις ἀδιαστρόφως ἐντεθραμμένων, οἶμαι πρὸς τοῦτο ἀντερεῖν, ὅτι τὰ θεοπρεπῆ πάντα τῇ ὅλῃ θεαρχίᾳ πρέπει κατὰ τὸν θεοτελῆ λόγον.

Amplius hæc *Dionysius* stabilire videtur iis quæ habet §. 11. ostendens, etsi Deus dicatur distingui & multiplicari in diversas rerum distinctiones ad extra à rebus productis emanantes, ipse tamen minimè recedat ab unitate seu Deitate nullatenus discissa, sicut aurum in multos nummos: sed maneat in multiplicatione productionis universorum unus & idem, imo longe sublimiori modo unus & idem, quàm omnia alia, ità tamen quòd hujusmodi summa unitas simplici multitudini perfectionum non officiat. Verba *Dionysii* sunt hæc: (r) *alia ratione quid unum est supra unum, quod rebus unicum est, & multitudo individua, inexplebilis superplenitudo, omne unum multitudinemque producens ac perficiens atque complectens*. Ubi sicut S. Doctor profitetur quòd Deus *unum* est *super unum* quod est in rebus: ita præ erea ait, quòd *multitudo est*, non solum fecunditatis quam habet res producendi voluntatem, providis processibus multiplicatis in optima quæque munera, quatenus ex integro singulis ubique pro cujusque facultate ipsum participantis; sed etiam multitudo individua universè complectens omnes perfectiones, secundum peculiares suas actualitates toti essentiæ divinæ proprias illasque originaliter in se eminenter continenti, ita ut in eo sensu *Dionysius* dicat: Deum esse multitudinem individuam, quo *Damascenus* dixit, illum esse pelagus infinitum omnium perfectionum Deitati realiter inexistentium, ideoque non solùm dicit: *omne unum multitudinemque producens ac perficiens*, sed addit insuper ἐξ συνέχον, atque complectens, illam scilicet perfectionum multitudinem, quæ juxta id Sap. 13. v. 5. *A magnitudine enim speciei & creaturæ cognoscibiliter poterit creator horum videri*, sese prodit in entibus participatis, Dei intellectum, existentiam, providentiam, sapientiam, voluntatem, omnipotentiam seu efficaciam res producendi sufficientiam, bonitatem, &c. vide infra n. 296.

> (r) πάρρω δὲ τούτων ἓν ἐστιν, ὑπὲρ, τοῖς οὖσιν ἓν καὶ πλῆθος ἀμερὲς ἀπλήρωτον ὑπερπλῆρες πᾶν ἓν καὶ πλῆθος παράγον, καὶ τελειοῦν, καὶ συνέχον.

291. Quod non minus distinguantur attributa ab illis ipsis, probatur ex §. 4. ubi *Dionysius* sic scribit: (t) *Theologicæ nostræ Traditionis Authores, divinas quasdam uniones* (id est, attributa ut supra) *vocant abditas istas collocationes plusquam ineffabiles & supra modum ignota mansionis, quæ nunquam sese prodit*. Ubi hæc vocabula (t) *collocationes & mansio*, indubiè secum inferunt distinctionem, quod enim in aliquo manet, & quasi extans collocatur, non videtur esse idem quod illud in quo illud extat, manetque cen actus secum sinus in actu primo, seu ut loquitur *Dionysius* §. 7 collocatur in eo ipsa quasi subjecto, non quidem mobili & potentiali, sed identitate & actu actuante, ut *Trad. Controv.* 1. q. 3 art. 4. § 3. & *Controv.* 3. in *Respons. ad Argumenta*, & alibi sæpè. Sed attributa juxta *Dionysium* & ideo illis communiter extant, manent & collocantur in divinitate, ergo illa inter & attributa convenienter aliqua intercedet distinctio. Major de se patet, & insuper probatur ex priori loco S. Dionysii §. 1. dicentis: (u) *Omnia quæ Deo ratione perfectæ Deitatis*

> (t) Καλοῦσι γὰρ ... οἱ τῆς καθ' ἡμᾶς θεολογικῆς παραδόσεως ἱεροφάνται, τὰς μὲν ἑνώσεις τὰς θείας, τὰς τῆς ὑπεραρρήτου καὶ ὑπεραγνώστου μονῆς κρυφίας καὶ ἀνεκφοιτήτους ὑπεριδρύσεις.
>
> (t) ἱδρύσεις, μονή.
>
> (u) τὰ θεοπρεπῆ πάντα τῇ ὅλῃ θεαρχίᾳ πρέπει.

Præterea quidem propositur.

Deitati competunt, totiinesse Divinitati. Ubi in textu originali seu græco habetur *πεῖναι*, quod sonat attributa superaccedere, & quasi addita esse Deitati pro aliquo signo naturæ vel rationis præconstitutæ, ita ut attributa ex essentia velut radicali suo principio, simplici emanatione emanantia pro secundo signo naturæ vel rationis quasi in sede sua collocata, inexistere & manere censeantur.

292. *Secundò*, Attributa divina, v.g. bonitas, sapientia Dei, sese in rerum providentiis, & beneficiis processibus Dei ad extra quodammodo probant, unde & Dei notiones à *S. Maximo* in scholiis, & *Pachymera* in paraphrasi, appellantur. Essentia verò divina nusquam se prodit, sed prodi & non prodi videtur inferre distinctionem, ergo.

293. Dices 1. illa vocabula, *mansio & collocatio* non urgere distinctionem aliquam, quia *Dionysius* ibi correctionem adhibuit; inquiens: *εἰ οὕτω χρὴ φάναι, si ita loqui fas est. Secundò*, uniones vocat in Deo non solùm attributa, sed & ipsa prædicata Dei quidditativa; nam asserens quænam sint divinæ uniones, essentiæ divinæ communes, non solùm recenset sapientiam, bonitatem, pulchritudinem; sed etiam existentiam, substantiam, & vitam, quæ indubiè non nisi ratione à Deitate sunt distincta: ergo non convincitur exinde aliqua distinctio rationem antevertens.

Effugium.

294. *Respondeo* ad 1. Neg. ant. ad cujus probationem dico, *Dionysium* per particulam illam interjectam solùm velle personarum circuminsessionem, pro qua illud *si ita loqui liceat*, adhibet, sub terminis *mansionis & collocationis*, non debere intelligi quasi indigitetur distinctio in essentia, quàm illa vocabula mutua *μόνη ἢ ἵδρυσις, mansio & collocatio* videri possent inferri. Unde ex hac Dionysii Paræneſi, qua innuit distinctionem non tam infirmatur quàm roboratur ratio argumenti. Secundò, esto adhiberet illam interjectionem ad præcedentia respectu attributorum & essentiæ, non tamen rectè hinc sequitur, quòd illam adhibeat per modum correctionis, nam infra §. 7. *à SS. Scripturis*, inquit, *accepimus Patrem quidem esse originem in divinis, Jesum verò & Spiritum S. quasi Dei prolem, vel si, εἰ οὕτω χρὴ φάναι, ita loqui oporteat, quasi duo germina, floresque ac lumina supersubstantialia existere.* Non obstante quòd rectè & benè juxta Scripturam loquatur: nam germina vocavit ex visione olivarum *Zacharia 4. v. 3.* Lumina verò ex Epistola Jacobi Fratris Domini qui c. 1. v. 17. de Patre luminum mentionem fecit, unde Ecclesia in Symbolo Nicæno *lumen de lumine* canit; attamen adhibuit istam loquendi formulam, non per modum correctionis, sed potiùs per modum directionis & prudentis paræneſis, nimirum illa nomina non esse participatè accipienda, seu quoad modum significandi res limitatas & effectus participatos; cùm enim nomina sint Deo & creaturis analogicè communia, & iisdem elementis & vocabulis,

Dissolvitur.

Zacharias.

flos, germen, proles, lumen, tam divinæ personæ, quàm res creatæ exprimantur, cum grano salis dixit, *si ita loqui fas est*, ut advertas metaphoram & analogiam significationis verbi, quod non accipiendum ad modum rei pro qua significatur à primam sui institutionem obtinuit, sed accomodè pro subjectâ materiâ accipiendum esse: sic SS. Trinitas, quæ spiritus est, nullâ re nullove colore adumbrabilis, corporeis exprimitur imaginibus, & Pater æternus ut antiquus dierum, tunc si quis diceret (*si tamen sic pingere fas est*) is sanè non corrigeret picturam, quam admittit & tolerat Ecclesia, sed dirigit pictorem, & spectantes picturam, provideque monet, ne occasione debilis picturæ caput aliaque membra repræsentantis, Deum ut corporeum & comprehensibilem autumare quis ausit. Ita in proposito illa vocabula *μονὴ ἢ ἵδρυσις*, quia distinctionem inferunt, ita accipienda ut non solvant simplicitatem Dei, nec realem attributalium perfectionum destruant identitatem: salvâ tamen eâ distinctione quæ Deum non dedeceat, & qualem attributa Dei inter se & ab essentia exigunt.

Ad secundum respondeo, verum esse quod *Dionysius* hoc *capite 2.* de divinis prædicatis, quæ vocat nomina copulata, etiam copulatim loquatur, non enim fuit sollicitus ad distinguendum ordinem prædicatorum Dei, quæ primi & quæ secundi modi essent dicendi, de quo ipsi ad propositum suum ibi non erat curandum, sic enim ait §. 3. *Nomina copulata in unum in tota divinitate sunt supra quàm bonus, supra quam Deus, supra quam substantia, supra quam vivens, supra quam sapiens, & quæcunque sunt ablationis secundùm exuperantiam, cum quibus numerantur omnia, quæ ad rationem causæ pertinent, bonum, pulchrum, existens, vivificum, sapiens, & quæcunque sunt ex donis ejus, qua bonitatem ejus decent.* Ubi, uti & §. seq. tum prædicata Dei quidditativa, cùm etiam attributalia, ad modum Inci Joannis 17. *Quæcunque habet Pater mea sunt, & omnia mea tua sunt, & tua mea sunt.* Generaliter & simultaneè exprimit, non tamen ideo, quando peculiariter de iis & distinctione eorundem agitur, est eodem modo, sed aliter de prædicatis quidditativis, quæ sunt constitutiva Deitatis, aliter de attributalibus quæ Deitati jam constitutæ veluti principio suo insedere dicuntur, loquendum id enim satis colligitur ex aliis *Dionysii* locis, quod nec ipsi Adversarii detrectare possunt, qui tenent essentiam, in suo conceptu formali non includere essentialiter attributa, cùm proprius & formalissimus conceptus essentiæ sit esse radicem suarum operationum & proprietatum, neque alius ullus se prodit conceptus proprius essentiæ divinæ, ut supra ex *Dionysio* patuit. Pro quo amplius vide quæ diximus *Tract. 1. Controv. 2.* circa finem, *art. 5.* ubi diximus, essentiam quà talem non aliter posse continere perfectiones attributales quà per modū fundamentalis & fontalis principii, realiter duntaxat & identicè, non formaliter identificati. 295.

ARTI-

ARTICULUS IV.

In quo

Probatur tertiò particulariter Assumptum nostrum ex cap. 5. de divin. Nomin.

296. TErtiò & particulariter quidem Assertum nostrum probari posset argumento à rationibus idealibus desumpto, quod *Dionysius* tùm superiùs, tùm hîc §. præsertim octavo circa finem innuit hisce verbis; (a) *Si enim sol ille noster unicus. - - - & plurimorum se participantium causas in seipsis uniformiter anticipavit, potiori utique ratione concedendum est in ipsiusmet solis ac rerum omnium causa secundùm unicam superessentialem copulationem rerum omnium exemplaria praeextitisse, quandoquidem hac ipsasmet essentias producat secundùm excessum essentia, exemplaria verò dicimus esse rationes in Deo substantificas rerum & unitè praexistentes, quas divinus sermo vocat pradefinitiones & divinas atque bonas voluntates rerum definitrices & effectrices.* Ubi adverte, etsi ideæ secundùm se sint in intellectu, & rationes penitùs necessariæ ante omnem actum liberæ voluntatis, quia versantur in rationibus necessariis essendi intelligibilibus & possibilibus, quæ antecedunt actus liberos divinæ voluntatis, quia tamen ex illis rationibus esse intelligibilis & possibilis extrahit pro sua libertate quæ vult entia, ut ponantur extra causas illas intrinsecas & divinas ubi erant virtualiter & eminenter contenta, hinc dicit esse prædefinitiones & bonas divinasque voluntates, (b) *secundùm quas*, inquit, *omnia pradefinivit & produxit.* Ita inquam posset tertiò probari nostra doctrina, quia non ait in singulari esse *rationem*, sed *multas* in plurali & quidem (c) *unitè praexistentis*, id est, cùm formaliter plures sint, inter se tamen realiter identificatæ inveniuntur. Verum quia de ideis parte 2. Tomi primi ex professo agendum, missâ hac ratione probatur intentum aliter hîc ex illo *Dionysii* loco, ubi postquàm ostendit, quòd *omnia existentia universaliter sint à Deo*, ulterius remonstrat, quod (d) *omnia universaliter sint in ipso*, non quidem ut sunt in seipsis finita, cùm sint in Deo ipsa divina essentia, neque ut habent in seipsis oppositionem & & diversitatem; sed in Deo sunt quid unum, attamen *copulatè* & *singulariter*, id est, ut *D. Thomas* in hunc locum ait *unitè*, & mox iterum *Dionysius*, (e) *Nihil igitur est inconveniens super mundanis oculis contemplari omnia in omnium causa, & qua inter se sunt contraria, uniformiter & unitivè μονοειδῶς καὶ ἡνωμένως*, atqui hæc contentorum in Deo identitatem indicant entitativam tantùm seu realem, & excludunt identitatem eorundem formalem ut copulatè & unitè contineri sit non esse omnia ejusdem formaliter rationis, quia copulatio & unio non est formaliter ad seipsum, sed ad aliquid saltem formaliter distinctum.

Idearationes sunt purè necessaria.

(a) εἰ γὰρ ὁ καθ' ἡμᾶς ἥλιος ---- καὶ τὰς τῶν πολλῶν μετεχόντων αἰτίας ἐν ἑαυτῷ μονοειδῶς προείληφε, πολλῷ γε μᾶλλον ἐπὶ τῆς καὶ αὐτοῦ καὶ πάντων αἰτίας παραδείγματα κατὰ μίαν ὑπερούσιον ἕνωσιν συγχωρητέον ἐπεὶ καὶ οὐσίας παράγει, κατὰ τὴν ἀπὸ οὐσίας ἔκβασιν παραδείγματα δέ φαμεν εἶναι τοὺς ἐν θεῷ τῶν ὄντων οὐσιοποιοὺς καὶ ἑνιαίως προϋφεστῶτας λόγους, οὓς ἡ θεολογία προορισμοὺς καλεῖ, καὶ θεῖα τὰ ἀγαθὰ θελήματα τῶν ὄντων ἀφοριστικὰ καὶ ποιητικά.

(b) καθ' οὓς τὰ ὄντα πάντα καὶ προώρισε καὶ παρήγαγεν, &c.

(c) ἑνιαίως προϋφεστῶτας.

(d) ---- καὶ ἔστιν ἐξ αὐτῆς (subaudi ex bonitate Dei) καὶ ἐν αὐτῇ, καὶ αὐτὸ τὸ εἶναι, καὶ αἱ τῶν ὅλων ἀρχαί.

(e) οὐδὲν οὖν ἄτοπον ---- ὑπερκοσμίοις ὀφθαλμοῖς θεωρῆσαι πάντα ἐν τῷ πάντων αἰτίῳ, καὶ τὰ ἀλλήλοις ἐναντία μονοειδῶς καὶ ἡνωμένως.

Assumptum, supposito quòd omnia, quæ in creaturis dispersa sunt, adunentur in divinis, patet, nam ut præced. *Controv. q. 1. a. 2. n. 261. & seq.* perfectiones in primo ente quædam sunt, quæ in suo proprio & formali conceptu important perfectionem absque imperfectione permixtam, & dicuntur perfectiones simpliciter, aliæ verò sunt perfectiones quæ in suo proprio & formali conceptu dicunt perfectionem imperfectioni admixtam, quibus repugnat infinitas, v. g. humanitas, equinitas; atqui esto ex hoc illæ non essent distinctæ formaliter, quia diversam referunt continentiam, certum tamen est, quod prioris generis non conveniant in latitudine alicujus unius rationis formalis, ut mox infra, sed una ratio præcisè considerata non est de conceptu formali & intrinseco alterius, v. g. intellectus non est de conceptu formali voluntatis, ergo licèt contineantur realiter identificata in divina essentia, vel ut ait S. *Dionysius*, (f) *copulatè & unitè*, nequeunt tamen contineri identificata formaliter, virtualiter & conceptibiliter, aliàs dicendum esset intellectum divinum esse intrinsecum conceptum divinæ voluntatis. Ut magis infra.

(f) μονοειδῶς καὶ ἡνωμένως.

Resistunt & respondent Adversarii illas rationes in supremo ente
297. esse non solùm realiter, sed & formaliter ipsam divinam essentiam, id

quod

quod probant tum ex ratione, tum ex authoritate Dionysii; ex ratione quidem: quia non implicat perfectiones in divina essentia contineri formaliter indistinctas, ac sub tali indistinctione ac identitate formali esse intelligendum id, quod quæ sunt dispersa in inferioribus, & quæ sunt sparsa in creaturis formalissimâ identitate uniri in Deo & superioribus, quod insuper inductione probant: vegetativum enim & sensitivum in plantis & brutis realiter distinctis in homine sunt unum. Vis calefactiva & exsiccativa in elementis distincta, in sole coincidunt in unam rationem formalem, vis perceptiva coloris, odoris, saporis, soni, &c. in sensibus externis realiter multiplicata, in sensu communi & intellectu adunantur ad unam eandemque rationem formalem. Huc facit id *Dionysii* hic §.7. dicentis: *In anima copulata sunt omnes virtutes.* *Denique* Rationem horum à priori dant illam: quia quo magis elevantur aliqua ad naturam superiorem, eo magis evadunt perfectiora & illimitatiora, & ut ait S. *Thomas* in hunc locum: *Omnia causata sunt finita & limitata in seipsis, in Deo autem infinita*, ergo non solùm evadunt unum realiter, sed etiam unum formaliter, alioquin manerent limitata in sua ratione formali. Secundò id probant authoritate ab exemplis *Dionysii*: Primum est de unitate & numero: quòd sint omnia in Deo sicut numerus in unitate. (g) *Etenim*, inquit, *in unitate omnis numerus uniformiter præexistit, habetque unitas in seipsa singulariter omnem numerum, & omnis numerus in unum copulatus est, & unitur in unitate, in quantum autem ab unitate procedit, tantum dividitur & multiplicatur.* Secundum est de centro: (h) quòd *in centro omnes lineæ circuli unâ copulatione simul existunt, & punctum habet omnes lineas rectas uniformiter copulatas inter se, & cum uno principio à quo exierunt, & in ipso centro omninò copulata sunt, & parum ab eo distantes, parum dividuntur, magis autem distantes, magis: & ut semel dicam, quanto sunt centro propinquiores, tanto magis cum eo & inter se copulantur; & quanto magis à centro distant, tanto magis inter se distant.* Ergo secundùm S. *Dionysium* omnia in se realiter multa, sunt realiter & formaliter in Deo unum, & ipsa incomprehensibilis & indivisibilis essentia, sicut lineæ in puncto sunt indivisibiliter ipsum formaliter indivisibile punctum.

298. *Respondeo* negando antecedens: quòd non implicet perfectiones divinas attributales esse formaliter ipsam divinam essentiam, nam licèt omnes perfectiones reduci debent ad unitatem perfectissimam, illa tamen non est identitas formalis, ut quæ in Deo involvit repugnantiam, quia includit quòd formaliter sint in Deo perfectiones simpliciter, & tamen quod ibi formaliter non sint, quia non essent perfectè & distinctè secundùm proprios conceptus quidditativos, secundùm quos dicunt perfectiones simpliciter, sed solùm ad instar perfectionum secundùm quid, ut pluribus *Tract.1 q.1. Controv.1.* vidimus. Unde ad probationem quæ sunt dispersa, in inferioribus reduci debeant ad unitatem in superioribus, distinguo: debent reduci ad perfectissimam unitatem, id est, quæ sunt de essentia in primo ente debent reduci ad unitatem perfectissimam essentialem, & similiter omnia extantia in illa essentia, sive secundùm continentiam formalem, sive secundùm eminentialem contineantur, hæc debent reduci ad perfectissimam unitatem realem conceditur; ad perfectissimam unitatem formalem, negatur: quod ipsum ex adversariis apud *Mastrium* d.2. de divin. Attrib. q.1. n.84. fatetur *Fasolus* 1.p.q.25.a.1.n.9. explicans illam propositionem, *quæ sunt sparsa in inferioribus, sunt unita in superioribus*, dicens: illam esse accipiendam tantùm de rationibus sparsis, sed convenientibus intra latitudinem genericam alicujus perfectionis formalis simpliciter simplicis tunc enim ratio sparsa ac divisa est limitata intra latitudinem illius perfectionis, v.g. intelligendi, volendi, operandi, &c. Ergo imperfecta & non divina. & talia sunt exempla adducta de potentia cognitiva sensus externi & interni, nō autem de rationibus sparsis, sed nō convenientibus in latitudine alicujus unius genericæ rationis formalis, tunc enim una ratio formalis præcisè considerata, excludit seu non includit aliam in suo conceptu formali & intrinseco, unde etsi possint identificari actualiter in re, tamen non possunt identificari formaliter aut virtualiter & conceptibiliter, alioquin eadem propositio probaret intellectum in divinis esse de intrinseco conceptu voluntatis, & perso-nali-

Quaratione sparsa in inferioribus in divinis unā sint.

(g) καὶ γὰρ ἐν μονάδι πᾶς ἀριθμὸς ἑνοειδῶς προϋφέστηκε, καὶ ἔχει πάντα ἀριθμὸν ἡ μονὰς ἐν ἑαυτῇ μοναχῶς· καὶ πᾶς ἀριθμὸς ἥνωται μὲν ἐν τῇ μονάδι, καθ' ὅσον δὲ τῆς μονάδος πρόεισι, κατὰ τοσοῦτον διακρίνεται, καὶ πληθύνεται.

(h) καὶ ἐν κέντρῳ πᾶσαι αἱ τοῦ κύκλου γραμμαὶ κατὰ μίαν ἕνωσιν συνυφεστήκασι καὶ πάσας ἔχει τὸ σημεῖον ἐν ἑαυτῷ τὰς εὐθείας ἑνοειδῶς ἡνωμένας πρὸς τε ἀλλήλας, καὶ πρὸς τὴν μίαν ἀρχὴν ἀφ' ἧς προῆλθον, καὶ ἐν αὐτῷ μὲν τῷ κέντρῳ παντελῶς ἥνωνται, βραχὺ καὶ διακρίνονται, μᾶλλον δὲ, ἀποστᾶσαι μᾶλλον καὶ ἁπλῶς, καθ' ὅσον τῷ κέντρῳ πλησιαίτεραί εἰσι, κατὰ τοσοῦτον καὶ αὐτῷ ἀλλήλαις ἥνωνται, καὶ καθ' ὅσον αὐτοῦ, κατὰ τοσοῦτον καὶ ἀλλήλων διεστήκασι.

ASSERTIO.

Non solùm pro hoc statu possumus proprios de Deo habere conceptus attributales, quibus Deus concipitur per modum summi Boni, infinitè sapientis, omnipotentis,&c. sed & conceptum Dei quidditativum,& essentialem.

275. *D. Thom. quid de hoc sentiat.* HÆC Assertio est Doctoris 1.d.3. q.2.n.5. & communiter citatur contra D. *Thomam*, reverà tamen ut suprà notavi nu.258. magis de modo loquendi, quàm de re ipsa lis est, constat enim nec D. Thomam, nec Thomistas negare conceptus essentiales de Deo, prout conceptus essentialis dicitur ille, quo concipitur essentia ipsa ut radix & fons perfectionum attributalium, omnes enim fatentur essentiam sic intellectam, aliquo modo, sive virtualiter, sive formaliter, sive ratione distingui ab attributis, sicque facere in divinis unitatem, sicut relatio Trinitatem, proinde fatentur tales conceptus ferri in ipsam essentiam & quidditatem Dei. Et ipse S. Thomas in Commentariis ad librum Boëtii de Trinitate fatetur. De nulla re posse sciri, an sit, nisi aliquo modo sciatur de ea quid sit, aut perfectè, aut confusè secundùm Philosophum in primo Physicorum. Vicissim constat, *Scotum*,& *Scotistas* ultrò admittere nos non habere pro hoc statu de Deo proprios,& quidditativos conceptus tales, in quibus distinctè & clarè reluceat quidditas Dei, seu conceptus per species proprias sine dependentia ad species alienas, quales habemus de Deo per cognitionem intuitivam, vel abstractivam per speciem propriam si detur talis cognitio: sic enim expressè *Scotus* 1.d.2.quæst.1.& tota sua schola negat à viatore posse concipi Essentiam, ut conjungitur cum esse sibi proprio; un-
Scoti opinio quales. de & infert, hanc propositionem, *Deus est*, ut concipiatur à nobis, non esse per se notam: & dist.3.quæst.2.num.16.ait: quòd non cognoscatur Deus naturaliter à viatore in particulari,& propriè, hoc est sub ratione hujus essentiæ, ut *hæc & in se* est existens, esto aliter multos alios conceptus nobis proportionatos, de Deo proprios habere possimus, qui non conveniunt creaturis, cujusmodi sunt, vel attributales, quibus concipimus Deum ut in Assertione, per modum summi Boni, sapientis, omniscientis, ac omnipotentis, qui sunt conceptus propriè attributales Dei, in quo non potest esse ulla difficultas. Ex quo patet *prima pars* Assertionis. *Secundam partem*, quòd detur etiam conceptus Dei quidditativus, quo intellectus noster cognoscit, quòd aliquid prædicatum sit de quidditate rei, vel non sit, vel quo fertur aliquo modo in quidditatem Dei, Doctor Subtilis probat hoc argumento: *Quia concipiendo sapientem* (id est concipiendo Deum ut infinitè sapientem) *concipitur proprietas secundùm eum, vel quasi proprietas in actu secundo perficiens naturam: ergo intelligendo sapientem, oportet præintelligere aliquid quasi subjectum, cui intelligo illud quasi proprietatem inesse, ac ita ante conceptus omnium passionum, vel quasi passionum, oportet inquirere aliquem conceptum quidditativum, cui intelligantur ista attributa,& ille conceptus alius erit quidditativus de Deo, quia in nullo alio potest esse status.* Ubi Doctor vult dicere, talem conceptum illius quasi subjecti esse quidditativum, cùm alium priorem non supponat, alioquin daretur processus in infinitum: ergo ex eo quòd concipiatur ultima formalitas quidditatis rei habetur conceptus quidditativus.

Confirmatur: Doctores de facto inquirunt, num existentia, & singularitas divina sint de essentia Dei? Item an prædicata quidditativa Dei, v.gr. Ens in Deo, substantia, vivens, intellectualitas,&c. inter se differant, sicut attributa inter se? quia ultima quæstio valde acriter est controversa inter quosdam Scotistas: indubiè enim in his conceptibus, cùm communiter teneatur quòd existentia sit de essentia Dei, debet concipi Essentia: Item concipitur quòd existentia sit prædicatum quidditativum essentiæ: si ergo habere possumus pro hoc statu conceptus de quidditate Dei,& de particularibus prædicatis quidditativis illius, scilicet quòd sint de intrinseca ratione quidditatis ac divinæ Essentiæ: citra controversiam quoque est, nos habere conceptus quidditativos de Deo, nec restat aliud, nisi ut respondeamus ad argumenta, n.269.& seq. relata, quibus quòd non nisi de modo loquendi controvertatur, amplius fiet manifestum.

276. *Doctores adstipulantur communiter nostra sententia.*

ARTI-

ARTICULUS III.

In quo

Explicantur argumenta in oppositum; & ostenditur nec authoritates, nec rationes militare contra Scoti Assertionem.

277. Suppositis iis, quæ Quæstione prima, Art. primo, & Art. præcedenti constituta sunt, solâ declaratione constat tum authoritates, cùm etiam rationes gratis, & sine causa contrà afferri; quia id quod per illas Adversarii probare intendunt, nempe non posse haberi conceptum quidditativum de Deo, quatenus talis conceptus dicitur ille, qui distinctè, claré, & sine dependentia ad species alienas repræsentat quidditatem Dei: est ipsissima Scoti doctrina, locis suprà n. 275. citatis expressa, unde & immeritò citatur pro opinione opposita, quid tamen valeant ea, quæ ad speciem afferuntur, videamus.

278. *Explicatur S. Dionysius.* Respondeo itaque primò, ad authoritates S. Dionysii, eum velle, non posse cognosci, etiam cognitione perfectissima pro hoc statu naturaliter possibili, perfectè, & distinctè *quid sit Deus*, cùm enim nulla creatura, quantumcunque sublimes & depuratas de Deo habeat cognitiones, possit ferri in intuitivam Dei cognitionem; nunquam siquidem pro hoc statu concipitur divina natura claré secundùm id, quòd ipsa in se est existens: fit quòd maneat incognita nobis, quantum ad claritatem intuitionis, ac si nihil de ea mens humana percepisset: Sic Dionysius *c. 5 Theologiæ Myst. ut suprà quæst. 1.* ex ipso ostendimus, dicit: Deum non esse spiritum, non esse divinitatem, bonitatem, putà ut nos divinitatem, bonitatem obscurè, & imperfectè nobis repræsentamus; quæ nobis, esto Deus sit supereminentissime, distinctè, & claré divinitas, bonitas, &c. propter imperfectum nostrum concipiendi modum quasi incognita manent, & totam nostram intelligendi capacitatem in infinitum transcendunt. Ex quo patet ad secundum S. Dionysii locum.

Damasc. quid voluerit. Ad Damascenum similiter respondeo, eum velle, quod quæcùque de Deo propriè prædicantur, non significent quod est ipsius, seu quod est secundum substantiam, sed quod non est vel quatenus illa non explicant plenè, & perfectè Dei naturam, ut mox dictum: vel quatenus illum non possumus cognoscere nisi per species alienas: vel denique quatenus non possumus benè explicare illa, nisi ponendo in explicatione negationes conceptuũ, qui non conveniunt Deo. Elige ex his quod lubet, nam singulæ responsiones sunt ad mentem Damasceni.

279. *D. Thomæ authoritas non contrariatur nobis.* Ad rationem D. Thomæ dico, quòd probet aliquid, nihil tamen aliud, quàm quod non habeamus de Deo conceptum quidditativum per species proprias; vel non talem, qualem habent Beati, putà intuitivum cum quo adhuc nos multa de Deo propriè, imperfectè licet, cognoscere, tam quoad ea quæ spectant ad Dei quidditatem, & quà præsupponitur attributis divinis, quàm quoad attributa Dei, quà præsupponunt Deitatem, unde promanant, quidditativè constituta, neque hujusmodi conceptibus officit ratio D. Thomæ. Quare Recupitus minus rectè philosophatur in hanc rationem. *Recupitus* quando causa est diversi ordinis ab effectu, quòd tum nequeat cognosci ab effectu cognitione quidditativa; benè tamen quando cognoscitur causa ab effectu ejusdem ordinis. Contra quam doctrinam imprimis constat, quod quo effectus sunt eminentiores, etsi sint diversi ordinis, v. gr. perfectissimus spiritus angelicus; quòd eo magis commendent in nobis, & mentem elevent ad magis propriè concipiendam Dei naturam. cùm enim effectus tales eminentiores, Dei imaginem, & similitudinem quandam gerant, quomodo non efficient Dei cognitionem? ergo quod unum sit diversi ordinis alterum verò non sit, nihil facit ad hoc quod possit cognosci, aut non cognosci cognitione propria quidditativa: v. gr. nihil prodest, etiamsi Sol sit ejusdem ordinis cum calore, quantum ad hoc quòd sit quid materiale, ad conceptum Solis quidditativum materialitatis in Sole; cùm enim cognoscitur per calorem productum, sanè non cognoscitur ut est ejusdem ordinis, seu ut est ens materiale sicut calor: sed nec cognoscitur etiam ut est diversi ordinis, sed ut est ens productivum. Ita pariter de Dei conceptibus dicendum, sicut ait S. Dionysius lib. de divin. Nominib. Deum cognosci ex omnium causalitate, & excessu, & remotione; omnium quia indifferenter, sive ejusdem, sive diversi ordinis objectis, mens juvatur ad cognoscendum Deum, quando præsertim naturale lumen confortatum supernaturali lumine fidei, doni sapientiæ, & intellectûs, quæ per mentis puritatem, & probam conversationem acquiruntur, elevatur in Deum ut principium productivum omnium. *Dionysius.* Sic in quantum Deum cognoscit illum esse non solum supra omne id, quod apprehendit, sed & quoad essentiam, seu Deitatis rationem, in infinitum perfectiorem esse effectu quovis nobilissimo, talis conceptus de Deo est illi propriissimus, cùm nulli alteri competere possit; & quidditativus, non quidem quod distinctè, sed suo modo repræsentet & distinguat ab aliis quidditatibus, quidditatem seu essentiam Dei. Detur ergo

ergo, quòd per intellectum agentem formetur ex speciebus effectus ejusdem ordinis alia species proportionata causæ talis ordinis repræsentans ipsam quidditativè; non potest ideo negari, quin suo modo, etiam quando Deus cognoscitur ex effectibus per modum principii productivi, formari valeat species & conceptus repræsentans ipsius quidditatem, quando præsertim desumitur ab effectibus, qui repræsentant Dei imaginem.]

Posse tamen formari species, quæ suo modo Dei repræsentent quidditatem.

Amplius hoc probatur, & manifestatur ex ipso exemplo quod suprà Art. 1. nu. 170. in oppositum adducit Recupitus, ex eo quòd habemus sensationem ocularem, non alium potentiæ visivæ distinctivum & quidditativum habemus conceptum, quàm quòd sit in nobis potentia videndi, sed talis conceptus non est magis quidditativus potentiæ illius, quàm sit conceptus ille de Deo, quo ex contingenti creaturarum existentia cognoscimus Deum esse causam primam, à qua illæ dependent. Imò cùm sicut se habet esse, ita & ratio cognoscendi, cum esse in Deo necessarium sit & independens, in creatura verò dependens & contingentis existentiæ, minus certè cognoscimus ex visione corporea quam sentimus, essentiam istius potentiæ esse, nos posse sic videre, quam cognoscimus ex effectibus prò ductis, & producibilibus, quòd Deus sit causa independens, & hoc esse de essentia ejus.

180. Ad tertium illud & vulgare ex Recupito allatum argumentum benè respondet Poncius in Commentario super distinct. 3. quæst. 2. num. 9. Commentarii: in eo peti principium, quare negatur Major, cum utraque illius probatione, quæ nihil probant, quàm quòd non valeamus pro hoc statu habere proprios conceptus de Deo, & ente spirituali per proprias species: possumus tamen habere mediante intellectu agente, *ut suprà*, per species alienas, concipiendo ens spirituale, quòd sit aliquid materiæ, & corporeitatis expers: v. gr. dum audis, aut legis illud Psalmi 103. v. 5. *Qui facis Angelos tuos spiritus*, tum concipis aliquid, sed non concipis corpus, sed aliquid corporis expers, quid necessariò est conceptus, & cognitio spiritûs. Et mirum est, quòd in eo vim faciant, cùm de facto conceptus proprios & quidditativos formemus de aliis substantiis, quas tamen non cognoscimus nisi per species accidentium, aut per operationes, ad quas eliciendas naturaliter ordinantur, ut verb. gratiâ, quando concipimus ignem per modum substantiæ, quæ in tali gradu exigit calorem, & lumen, & quæ potest alterum ignem similem producere; tunc potiùs proprio conceptu substantiæ ignis, esto hic conceptus non formetur nisi dependenter à speciebus alienis, scilicet accidentium: quidni ergo, quòd à speciebus creaturarum formemus, & depuremus conceptus de Deo, non haberemus proprios & quidditativos de Deo conceptus?

Ad primam Recupiti Confirmationem jam patet ex Art. 2. num. 175. per doctrinam ex Scoto deductam pro Assertione secunda, nempe quòd concipiendo Deum esse talem naturam, quæ exigit summam Bonitatem, infinitatem, & infinitam misericordiam, justitiam, sapientiam interminam, &c. habeatur quoque conceptus essentiæ quidditativus, quæ præintelligitur quasi subjectum illarum perfectionum, & quâ distinguitur à cæteris essentiis, quæ ab hac divina in infinitum elongantur, neque perfectionum ejus, nisi limitatè, imperfectè capaces existunt. Ad illud ex Scoto, quem, quod non benè legerit, malè censurat, cum sibi non constiterit, cùm nec mista cesperit, jam satis superque responsum, ex locis suprà ex ipso citatis, quòd solùm intendat non posse haberi conceptum quidditativum Dei perfectum, qualis est intuitivus, aut etiam abstractivus per proprias species: secùs est de conceptu quidditativo, & attributali abstractivo imperfecto, cum dependentia ad species alienas, pro quo Doctor tantùm citandus erat.

Ad secundam Confirmationem, quæ posset retorqueri in Adversarios, si enim quid valeret, dicant qualem illi de Deo habebunt conceptum? vel enim Deus apparet in suo conceptu objectivè sub ratione increata, & sic incidunt in sententiam, de qua arguunt Scotistas: vel sub ratione creata, & tunc non conciperetur ab illis Deus, sed creatura. Dicendum igitur, quòd Deus per hunc conceptum repræsentetur ut ens increatum, & quoad sua prædicata, quæ ipsi verè à parte rei insunt: neque ideò erit conceptus ille intuitivus, siquidem non causatur ab objecto præsente, & movente per suam immediatam præsentiam, ut est in se distinctè, & clarè, quam motionem tamen sibi vendicat conceptus intuitivus, ut alio loco de cognitione abstractiva, & intuitiva fusius dicendum redit.

CATENA AUREA

DOCTRINÆ SS. PATRUM, CUM DOCTRINA SCOTI.

281. Habes hîc æquissime Lector, Auream Catenam, id est, sanctos Patres in aliquot velut manipulos, seu potiùs unius catenæ articulos, studiosè congestos; Qui te permovere queant ad judicandum de novitius, & maleferiatis quorundam Censuris, qui doctrinam Doctoris Subtilis nedum à Patrum opinione alienam, sed & in eorum sententia damnatam, adeòque nec in fide tutam, nec probabilem esse, perstringunt. Huic injuriæ retundendæ, Scotistæ meritò ad revisionem, & genuina Patrum testimonia provocant; ad quæ appellare videtur ipsemet Doctor Subtilis, qui 1.d.8.quæst.4.num.18. declaratâ mente sua de distinctione m divinis, alludens ad sanctos Patres dicit: *Et istud argumentum de non formali identitate dixerunt antiqui Doctores ponentes in divinis esse aliquam prædicationem veram per identitatem, quæ tamen non esset formalis. Ita concedo per identitatem, veritatem esse bonitatem in re, non autem formaliter veritatem, & bonitatem.* Itaque Adversarius ut rem præstemus, præcipuos, & plerosque Patres, tum Græcos, tum etiam Latinos, non ex fide Authorum, sed in ipsis fontibus inspectos, lectosque afferemus: Græcos, quos cum Græcanismo ad manum habui quidem quoad textum originalem, cùm ex distorta aliquorum versione à proprio eluxenint intellectu, ut Lessius *in quadam Epistola*, quæ habetur *Tom. 2. Corderii in disputat. Apologet. pro sancto Dionysio*, ita scribit: *Dolui subinde, quòd non melius esset conversus* (purâ sanctus Dionysius) *nec vis verborum cum multis locis expressa, sed alia substituta, quæ aliquem possent in errorem conjicere, ut plurimis exemplis possem ostendere*, &c. non intra corpus, sed imperturbata serie ad commoditatem eorum, quibus Græca non leguntur, ad aliorum autem, quibus Avicisinus familiaris est, ut simus omnibus omnia, ad latus positos damus inspiciendos. Interim legatur Regula Aurea S. Bonaventuræ, quam hîc subnectimus.

Aurea Regula sancti Bonaventuræ Doctoris Seraphici pro adipiscenda SS. Patrum apparenter sibi contradicentium intelligentia.

Regulam D. Bonaventuræ auream auteæ catenæ prætteximus: sanctis Patribus intelligendis scite accommodatam illam refert sanctus Doctor 2.d.33. Art.3, quæst.1. Et ex illo Subtilis eadem distinctione, quæstione unica, num.6. §. *Ad primum argumentum respondet sanctus Bonaventura*, puta ad argumentum sancti Augustini, quem Bonaventura ibi explicat de pœna parvulorum in solo originali decedentium: Dicendum, inquit, Augustinus verbis illis non intendit dicere, quod parvuli sensibiliter crucientur; sed intendit eorum pœnam manifestare quantum ad carentiam visionis Dei, & quantum ad vilitatem loci, & hoc valdè abundanter exprimit, plus dicens, & minus volens intelligi. Nec sine causa loquitur sic, hoc enim facit ad exturpandam illam hæresin, quæ dicebat, parvulos nullâ pœnâ puniri, quod & mox ex Philosopho confirmat: nimirùm sicut secundùm Philosophum in moribus, via procedendi ad medium, est aliqualiter procedere ultra medium versus extremum, 2. Ethic. cap.ult. Ita frequenter Sancti extinguendo hæreses contra se pullulantes, quasi excessivè locuti sunt, volentes declinare ad aliud extremum, ut ad medium pervenirent. Sic idem Augustinus, ut ait Scotus suprà, contra Arium videtur quasi declinare ad Sabellium, & econverso. Similiter videtur contra Pelagium declinare ad Arium, & èconverso. Ut ergo sancti Patres in præsenti Tractatu de distinctione in Divinis, & identitate rectè intelligantur, valdè attendendum ad finem & scopum à Patribus intentum, cùm enim contra hæreticos scripserint, quorum aliqui admittebant quidem unitatem essentiæ, & consubstantialitatem mutuam personarum, sed negabant eorum Trinitatem ut *Sabellius*: Alii verò admittebant quidem Trinitatem, sed negabant earum consubstantialitatem, & unitatem in essentia ut *Arius*. Unde ut Arianum virus ex Christi area everterent, tantoperè juxta id: *Ego & Pater unum sumus*, omnia mihi tradita sunt à Patre meo. *Qui videt me, videt & Patrem meum.* Affirmabant esse unam omninò substantiam, indivisam, indi-

S. Bonav.

indistinctâ, aciunam perfectionem esse alterâ Ex alia autem parte ut Sabellianum confutarent errorem, juxta dictum Christi: *Baptizantes eos in nomine Patris, & Filii, & Spiritus sancti.* Et juxta illud Joannis: *Tres sunt, qui testimonium dant in cœlo,* &c. Asserebant aliquam distinctionem inter Essentiam, & Personalitates, & talem, ut à parte rei essentia daret unitatem naturæ, relationes verò Trinitatem: neque tamen ea, vel similis distinctio, quæ est inter Personas, esset inter essentiam, & personalitates.

Hanc Regulam confirmat Concil. Florent. sess. 25. c. 3. Orationis Archiepisc. Nicæni ad Orientales de unione, ubi cavet, ne putemus Patres sibi contradicere, aut discordare, sed quòd debeamus conari illos inter se reconciliare, & quoad fieri potest, per omnia concordes ostendere. Sed huic conformiter alteram statuamus Regulam.

Regula secunda ex Concilio Florentino,

Sess. 25. cap 4. Orationis Archiepiscopi Nicæni ad Orientales de Vnione, & habetur Tom. 4. Concil. Severini Binii parte 1. fol. 562.

182. Concil. Florent. PRimæ Regulæ addi potest etiam illa, quæ affertur in Concilio Florent. quod ad intelligentiam illorum Patrum, qui obscurius locuti sunt, ut ex contextu, quid intenderint, sciri nequeat; tunc aliis Patribus, qui apertiùs ea de re locuti sunt, utendum: ac ita cùm aliter impossibile sit, attingere finem quæsitum, & contrapositis utrisque, à clarioribus ad ea, quæ non ita clara sunt, comparatis, per clariora etiam intellectum eorum investigemus, quæ obscurius dicta sunt: & hoc modo una harmonia ex ambabus partibus composita, in concordem ac consonantem glorificationem Dei accedatur.

Regula tertia ex sancto Augustino

In lib. purgat. epist. 3. post medium. & ex *Doct. Subt.* 2. d. 16. quæst. unica in fine.

IBi *Doctor Subtilis* sic ait: In rebus quæ non sunt de fide, quando sancti Patres dissentiunt, possumus absque scrupulo aliorum auctoritatem recipere, & alios cum reverentia S. August. dimittere. *Neque enim*, ut ait S. Augustinus l. c. *quorumlibet disputationes quamvis Catholicorum & laudatorum hominum, velut Scripturas Canonicas habere debemus, ut nobis non liceat salvâ reverentiâ, quæ illis debetur hominibus, aliquid eorum scriptis improbare, atque respuere: talis ego sum in scriptis aliorum, tales esse volo intellectores meorum*, & hæc regula servit tam Thomistis, quàm Scotistis: quidquid ergo probabunt sancti Patres in hoc Opere adducendi pro Scoto ad minus probant falsum esse, imposturam esse, calumniam esse quòd Sancti clament contra doctrinam Scoti, id quod potissimùm hic ostendere intendimus.

CONTROVERSIA SEPTIMA.

DE PATRIBVS GRÆCIS.

Quid Patres Græci sentiant de distinctione, & identitate in Divinis.

SVMMARIVM.

1. *Doctor Subtilis cum Magno Dionysio martyre, in doctrina de identitate, & distinctione in divinis totus homologus. à num. 283. usq; ad 304. inclusivè.*
2. *S. Justinus martyr cum Scoto juxta ac unus. n. 305.*
3. *S. Cyrillus Alexandrinus Scoto, Scotus Cyrillo consonus. q. 3. per totum.*
4. *S. Athanasius pro distinctione ex natura rei formali in divinis cum Scoto assertor individuus. qu. 4.*
5. *S. Gregorius Nyssenus, & Scotus unius opinionis Didymi. q. 5. per totum.*
6. *S. Basilius, & Nyssenus frater suus cum Subtilis funiculus triplex rumpi difficilis. q. 6. per totũ.*
7. *S. Gregorius Nazianzenus Scoti fidus Achates. q. 7. per totum.*
8. *S. Joannes Damascenus, & Joannes Duns Scotus, doctrinâ & nomine pares. q. 8 per tot.*
9. *S. Maximus martyr, & Scotus Minor subtiliter idem. q. 10. per totum.*
10. *S. Anastasius Patriarcha Antiochenus Scoto consentaneus. q. 9. per totum.*
11. *S. Anastasius Patriarcha Theopolitanus cum Cyrillo Alexandrino Scoti doctrinam illustrant. q. 11. per totum.*
12. *S. Chrysostomus eandem inaurat. q. 13.*

QVÆ-

QVÆSTIO I.

Qualem doctrinam S. Dionysius Areopagita de distinctione,& identitate in divinis docuerit nascentem Ecclesiam?

SVMMARIVM.

1. *Dionysius quis, ejus prærogativa. nu.283.*
2. *Doctor Subtilis Dionysio homologus.*
3. *Deum esse quandam unionem distinctam, & distinctionem unitam. n.284.*
4. *Phrasis SS. Patrum, & Scripturæ uniformiter sumenda. n.285.*
5. *Nomina divina in zodiaco Ecclesiæ stellæ sunt, & quomodo. n.283. & 286.*
6. *Attributa divina uniones in Deo vocantur. n.290. & 291.*
7. *Rationes ideales apud Dionysium, & secundùm naturam suam quid importent. n. 290.*
8. *A Deo sunt omnia & in Deo continentur, & qualiter. n.296. & circa finem numeri 290. & principaliter n.298. & seq.*
9. *Dispersa in inferioribus adunari in superioribus, & unitate numeri & centri circulo eruditè deducitur. n.297. In quo sensu verum n. 298. & seq.*
10. *Expenduntur, & exploduntur instantiæ adversariorum. n.297. & seq.*
11. *Deus intelligibilis sphæra, cujus centrum ubiq; circumferentia nullibi. n.300.*
12. *Sicut omnis numerus in ipsa unitate unus per recessum ab illa, abit in multitudinem, sic omnes lineæ in centro tantò magis copulantur inter se, quantò minus distant à centro, ubi qua & quo intellectu nonnulla magis minusque distent à Deo. n.300.*
13. *Exploditur fabula Deorum mundi opificum in natura excellentiis sese excedentium.*
14. *Natura divina prius fœcunda ad intra quàm ad extra. n.303.*
15. *Deum esse in pulcherrimis identitatis finibus constitutum, quo intellectu capiendum. n.303.*
16. *Cur non legatur apud Dionysium superidentitas, frequenter tamen alii termini cum unitate compositi. ibidem.*

ARTICULUS I.

In quo

Resolvitur dissideatne vel concordet Doctori Subtili.

283. PRimicerius Græcorum Patrum & Antesignanus, imò & Latinorum Coryphæus fuit sanctissimus martyr & scriptor eximius Dionysius Areopagita σύγχρονος Apostolorum & prima margarita Athenæa ab Apostolo in Areopago inventa, cujus & discipulus extitit, & in Evangelio strenuus collaborator. Is c. 3. *Theologia Mystica* in principio ait: se *in theologicis informationibus*, quas ὑποτυπώσεις appellat, & cum magno Ecclesiæ detrimento, & Theologorum luctu interciderunt, vel alibi fortè apud schismaticos & Turcas in tenebris delitescunt: ait, inquam, se *explicuisse quæ spectant ad Deum Trinum & Unum: in libro autem de Divinis Nominib. de prædicatis, & perfectionibus Dei particularibus, præsertim attributalibus, ut quomodo Bonus nominetur, quomodo Ens, quomodo vita, & sapientia, & virtus, & quæcunque alia spiritualem Dei concernunt appellationem.* Quod ipsum iterũ indicat in exordio libri in Divinis Nominibus, c. 1. Timotheũ alloquens his verbis: *Modò vir beate post Theologicas informationes apud divinorum Nominum explicationem pro virili me conferam.* Ubi per divina Nomina, divinas exprimit perfectiones, ut rectè *Corderius* in Annotationibus cap. cit. dicens: Nomina divina in sacris Litteris lucere velut stellas oculis nostris accommodatas, è quibus nobis emicant propriæ Dei virtutes, non secùs ac virtutes Solis in stellis. Ex hoc itaque libro num Scoti doctrina Dionysio concors sit, principaliter erit investigandum. Dico igitur, & sit

Qualis Dionysius?

patet ex illo loco Rom. 1. v. 20. *invisibilia enim ipsius* (putà Dei) *à creatura mundi per ea quæ facta sunt intellecta conspiciuntur, sempiterna quoque ejus virtus & divinitas*: Ubi Apostolus tria designat, Attributa scilicet, operationes, & Essentiam, quæ per ly *quoque*, *&*, distinguit inter se, ut plura. Item quando Scriptura in singularibus vocibus utitur, censetur unicum tantùm exprimere, ut patet ex illo loco *Galat.* 3. vers. 16. *Abrahæ dictæ sunt promissiones, & semini ejus*, non dicit: *& seminibus, quasi in multis: sed quasi in uno: & semini tuo, qui est Christus.* Ergo idem sentiendum de modo loquendi sanctorum Patrum. Consequentia patet, quia eadem phrasi Scripturæ insistunt Patres contra hæreticos probant Trinitatem Personarum in divinis, ut Cyrillus lib. primo, c. 2. in Joannis Evangelium scribens in hæc verba Joannis: Ego, & Pater unum sumus, infert, nisi enim uterque subsisteret, *non sumus*, sed *sum unum ego, & Pater*, dixisset. Verùm quoniam plurali numero, *sumus unum*, dixit; commodissimè tam unitatem naturæ, quàm pluralitatem Personarum ostendit. Nunquam enim de uno *sumus*, etiamsi disrumpantur hæretici, prædicari poterit. Ita Cyrillus. Ergo idipsum, & quidem signanter de sancto *Dionysio* censendum, qui hic §. 1. & 2. protestatur nihil dicendum, vel audendum de Deo, putà tam quoad modum dicendi, quàm quoad substantiam, (c) *præter ea, quæ nobis in sacris Oraculis*, id est Scriptura, *sunt divinitùs indicata.* Sed Scriptura ea quæ de Deo dicuntur, indicat illa ut plura: ergo rectè *Dionysius* censuit in Deo perfectionum perfectissimam, & simplicem esse pluralitatem.

Tenenda phrasis Scripturæ.

(c) παρὰ τὰ θεωδῶς ἡμῖν ἐκ τῶν ἱερῶν λογίων ἐκπεφασμένα

286. Scio contra veniri huic discursui, & dici Scripturam, & Patres juxta imperfectum & inadæquatum nostrum concipiendi modum se attemperare linguæ nostræ; cùm enim intellectus noster ob suam imperfectionem non possit unico conceptu adæquato totam divinam Naturam, ob ejus infinitam perfectionem, exhaurire, eam conceptibiliter partitur, ex ordine quodam ad diversos effectus & virtutes ea ratione distinguimus intellectum divinum ab intellectione, & attributa divina inter se, & ab essentia, ad modum, quo intellectus creatus distinguitur ab intellectione, & quo attributa, seu perfectiones in homine inter se distincta videntur, ac ita contingit, ut quando tractamus de divinis attributis, de iis, ut de pluribus loquendum sit.

Effugium.

Contrà: S. *Dionysius* expressè dicit, (d) *nos ineffabilibus & ignotis conjungi secundùm unionem quæ omnem potestatem excedit*; ubi, ut scitè notavit S. *Maximus* in *Scholiis*, & *Pachym.* in *Paraphrasi.* Imò ut & fide docemur, non est intelligenda unio de quasi diversorum quorundam ad unitionem concursu, non enim est de his sermo, sed de Deo prorsus incomposito, consequenter per ἕνωσιν, quod est unionem, quæ non otiosè asseritur à *Dionysio*, talis quæ Deum decet, intelligenda erit, scilicet omnium perfectionum talis identitas, quâ realiter inter se unitæ, & identificatæ, quælibet earum secundùm rationem suam propriam objectivam sit conceptibilis conceptu proprio, & adæquato, distincto à conceptu quo concipitur alia, quæ explicatio & salvat identitatem in divinis omnium omnino perfectionum, & non hoc loco solùm convenit *Dionysio*, sed & iis quæ habet §. 3. ubi postquam summam Divinitatem non tam perscrutandam, quàm venerandam esse dixerat, mox per conjunctionem contradistinctivam, & rationalem (e) *verò, sed*, contradistinguit divinitatis attributa, quæ ut ineffabilia modesto quodam silentio, ex sacris esse dicit attendenda Litteris, eò quòd Nomina divina, quæ perfectiones Dei exprimunt, in iis, ceu Ecclesiæ zodiaco eluceant velut virtutes Solis in stellis, *ut suprà.* Verba S. *Dionysii* hæc sunt: ——— (f) *Summæ quidem divinitatis arcanum illud, quod omnem intelligentiam substantiamque transcendit, à scrutatione vacuum sacrisque mentis venerationibus, ineffabilia verò modesto quodam silentio prosequentes, fulgoribus qui nobis è sanctis eloquiis affulgent, attendamus.* Ubi divinitati singulariter acceptæ non contra-

Præcluditur.

(d) κατὰ ... ἕνωσιν

(e) δὲ

(f) τὰ μὲν ὑπὲρ ... τῆς θεαρχίας κρύφιον ... τὰ ... σωφρονι σιγῇ τιμῶντες.

289. *Dices*: Tali periculo provisum esse, propterea enim subdit: *is qui omnium substantia realitatibus sublimior est, ab omni quoque cognitione exemptus est*: ergo non tam exinde probatur nos habere conceptus adæquatos divinis perfectionibus correspondentes, & ad illas terminatos quam nullos.

Respondeo: *Dionysium* dum ait Deum omnem cognitionem effugere, loqui de perfecta cognitione intuitiva, clara, per proprias species, & de comprehensiva, secus de cognitione imperfecta: certum est enim, sicut aliquo modo & imperfectè Deum possumus effari, & ipsius perfectiones verbis explicare; sic enim non solùm *Dionysius* de illis toto hoc libro de Divinis Nominibus, sed & ipsa Scriptura de illis loquitur; ita nos in via posse concipere, etsi imperfectè, verè tamen & sine errore, sive quidditatem, sive attributa Dei, ut Controversia præcedenti luculenter demonstratum fuit.

ARTICULUS III.

In quo eadem Assertio

Probatur secundò particulariter ex cap. 2. S. Dionysii de divinis Nominibus.

290. QUod quia à proposito de divinis agit attributis, quam planis & apertis typis edisserat doctrinam *Scoti*, & quidem primò, quòd perfectiones attributales Dei inter se aliquam habeant distinctionem, secundò quòd distinguantur quoque ab ipsa essentia, vel inde primò quoad primum fit manifestum, quòd ipse *Dionysius* §. 2. dicat (l) suam hoc capite Theologiam *nonnulla copulatim, nonnulla verò distinctè tradere*. Id quod repetit §. 6. in fine, dicens: (m) *Nos res divinas sermone conjungere, distinguereque satagimus, prout ipsa mirum in se vel sunt unita vel sunt distincta.* Et *Pachymera*, hoc, inquit, caput est de unita distinctaque Theologia. *Unitam Theologiam* inscribit, quæ est de prædicatis essentialibus & perfectionibus attributalibus toti Trinitati competentibus; Quæ autem est de iis, quæ cuilibet personæ in particulari competendo, *Distinctam*. Unde sic argumentor: *Dionysius* docet hæc attributa, bonitatem, pulchritudinem, sapientiam & similia (n) *copulatim* de tota Trinitate prædicari, quia ratione divinæ naturæ, quæ in tribus personis eadem est, Deo conveniunt: & non solùm attributa essentialia, sed & emanationes seu operationes ad extra, ex æquo de illis prædicari, Ubi τὸ *copulatim* non connotat solum subjectum, seu tres personas de quibus æqualiter fit prædicatio, sed potissimum denotat ipsa prædicata, quæ Deitati *copulatim*, id est per realē identitatem unitivè inexistunt: atqui unitivè & copulatim inexistere indicat interesse distinctionem inter unita, nihil enim copulatur realiter vel unitur identicè sibi ipsi, ergo &c. Major patet ex ipso *Dionysio*, & est doctrina Catholica: Minorem verò quòd prædicata illa copulatim ac unitim sumpta ponant interesse distinctionem, probat ipse *Dionysius* primo. §. 7. ubi sic habet: (o) *harum unionum* (quas sun S. *Maximus* in scholiis, *Pachymera* in paraphrasi, & *Corderius* in margine ad §. 4. notat, *Dionysius* in Deo vocat notiones & attributa essentialia; per distinctiones verò *intelligit* nomina ab emanationibus desumpta) *harum unionum*, inquā *ac distinctionum quascunque in eloquiis rationes Deo consentaneas reperimus in institutionibus Theologicis, seorsim de singulis disserentes, ut potuimus, explicuimus, verà eas ratione enodando & exponendo.* Atqui seorsim de singulis disserere, singulas uniones distinctim enodare, distinctionem arguit earum ab invicem, ut patet, ergo. Secundo, hoc ipso §. 1. postquàm recensuit aliqua prædicata in specie, scilicet Bonitatem, sapientiam, pulchritudinem & similia æquè competere Filio ac Patri, sic ait: (p) & ut compendio quis dicat, ipsummet Dei Verbum ait: *Ego & Pater unum sumus: & quæcunque habet Pater, mea sunt, & omnia mea tua sunt, & omnia tua mea sunt.* Ubi si omnia, & quæcunque habet Pater Filio & Spiritui S. communia, sint unica à parte rei formalitas, frustra asserendo locum Scripturæ, in quo universim omnia seu generaliter exprimuntur, diceret Dionysius, ut compendio quis dicat, unus siquidem

Copulatim & unitim inexistere realem identitatem arguit indivisim.

Joan. 10. v. 30. & Joan. 17.

(l) ὡς ἡ θεολογία τὰ μὲν ἡνωμένως παραδίδωσι, τὰ δὲ διακεκριμένως.

(m) Οὕτω καὶ ἡμεῖς τὰ θεῖα καὶ ἑνοῦν τῷ λόγῳ καὶ διακρίνειν σπεύδομεν, ὡς αὐτὰ τὰ θεῖα καὶ ἥνωται καὶ διακέκριται.

(n) ἡνωμένως.

(o) τούτων μὲν τῶν ἑνώσεών τε καὶ διακρίσεων, ὅσας ἐν τοῖς λογίοις θεοπρεπεῖς αἰτίας εὑράμεν, ἐν ταῖς θεολογικαῖς ὑποτυπώσεσιν, ἰδίᾳ περὶ ἑκάστου διαλαβόντες, ὡς ἐφικτὸν ἐξεθέμεθα τὰ μὲν ἀναπτύξαντες.

(p) καὶ ἵνα συλλήβδην εἴπῃ τις, αὐτὸς ὁ θεαρχικὸς λόγος· ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ &c.

Præoccupatio objectionis. dem non datur compendium, sed plurium. Neque potest ibi esse sermo de compendio divinorum Nominum, quæ vel à conceptibus nostris, vel à rerum creatarum productione ad extra, conservatione ac gubernatione desumpta sunt, & non competunt Trinitati, sed de compendio ipsarum attributalium perfectionum, quæ verè & realiter Deo inexistunt: quis enim dicat illud: *quæcunque*, ait Verbum veritatis, *habet Pater*, & illud: *& mea tua sunt: & tua mea sunt*, cadere extrinsecus in Deum quoad solam vocabulorum nomenclaturam, & non potius in ipsa significata Deitati intrinsecus inexistentia? de quo expressis verbis in fine §. 1. *Dionysius* mentem suam aperit, dicens: (q) *neminem arbitror eorum, qui Scripturis haud quaquam perversis sunt imbuti, negaturum omnia quæ Deo ratione perfectæ Deitatis competunt, toti inesse Divinitati*, toti, ait, inesse Deitati, quæ verò divinitati insunt, nisi attributales perfectiones Deum decentes? & quæ sunt decentes, nisi quæ ab ipso Dei Verbo, sub verbis illis *quæcunque, omnia, mea, tua*, per compendium expressæ, cùm sigillatim exprimi nequeant? ergo evidenter liquet *Dionysium* agere de compendio perfectionum essentialium omnibus tribus personis communium, quas nimirum in verbis Verbi sub unius generalitatis syllabo ut plures expressit. Consequenter quòd non sint unica solùm à parte rei formalitas, quæ sit per inadæquatos nostros conceptus objectivè partibilis, sed esse revera plures, entitativè quidem & realiter easdem, formaliter verò inter se distinctas.

(q) ὅλῃ δὲ εἶναι τῇ θεαρχίᾳ τοῖς λογίοις οὐ παρεφθαρμένοις ἐντεθραμμένοις, οὐδένα οἶμαι πρὸς τοῦ ἀντιρεῖν, ὅτι τὰ θεοπρεπῆ πάντα τῇ ὅλῃ θεαρχίᾳ πρέπει κατὰ τὸν θεοτελῆ λόγον.

Amplius hæc *Dionysius* stabilire videtur iis quæ habet §. 11. ostendens, etsi Deus dicatur distingui & multiplicari in diversas rerum distinctiones ad extra à rebus productis emanantes, ipse tamen minimè recedit ab unitate seu Deitate nullatenus discissâ, sicut aurum in multos nummos: sed maneat in multiplicatione productionis universorum unus & idem, imò longè sublimiori modo unus & idem, quàm omnia alia, ita tamen ut id hujusmodi summa unitas simplici multitudini perfectionum non officiat. Verba *Dionysii* sunt hæc: (r) *alia ratione quid unum est supra unum, quod rebus unum est, & multitudo individua, inexplebilis superplenitudo, omne unum multitudinemque producens ac perficiens atque complectens*. Ubi sicut S. Doctor profitetur quòd Deus *unum est super unum quod est in rebus*: ita præterea ait, quòd *multitudo est*, non solum secundum quod unumlibet res producendi voluntatem, providis processibus multiplicatam, in optima quæque munera, quatenus ex integro singulis obting[it] pro cujusvis facultate ipsum participantis; sed etiam multitudo individua, uniformiter complectens omnes perfectiones, secundùm peculiares suas actualitates toti essentiæ divinæ proprias illasque congruenter & eminenter continentis, ita ut in eo sensu *Dionysius* dicat: Deum esse multitudinem individuam, quo *Damascenus* dixit, illum esse pelagus infinitum omnium perfectionum Deitati realiter inexistentium, ideo que non solùm dicit: *omne unum multitudinemque producens ac perficiens*, sed addit insuper ϗ̀ συνέχον, atque complectens, illam scilicet perfectionum multitudinem, quæ juxta id Sap. 13. v. 5. *A magnitudine enim speciei & creaturæ cognoscibiliter poterit creator horum videri*, tele prod[...] in omnibus participatis, Deum elle[ctum], existentiam, providentiam, sapientiam, volun[t]atem, omnipotentiam seu essentiam, lenitatem, ... producendi sufficientiam, bonitatem, &c. vide infra n. 196.

(r) ἄλλως δὲ τὸ ἓν ὑπὲρ ἕν, τὸ ἐν τοῖς οὖσι ἕν, ϗ πλῆθος ἀμερὲς ἀπλήρωτον ὑπερπλῆρες πᾶν ἓν ϗ πλῆθος παράγον, ϗ τελειοῦν, καὶ συνέχον.

291. Quòd non minus distinguatur attributa ab essentia: probatur ex §. 4. ubi *Dionysius* sic scribit: (s) *Theologica nostra Traditio seu Authores, divinas quidam uniones* (id est, attributa ut supra) *vocant abditas istas collocationes plusquam ineffabiles & supra modum ignotas mansiones, quas nunquam sese prodit*. Ubi hæc vocabula (t) *collocationes & mansio*, indubiè secum inferunt distinctionem, quod enim in aliquo manet, & quasi extans collocatur, non videtur esse idem quod est illud in quo illud extat, in eoque cen actus secum suis in actu primo, seu ut loquitur *Dionysius* §. 7. collocatur in sede suâ, quasi subjecto, non quidem a[...]bili & potentiali, sed identitate actuante, ut *Tract. 1. Controv. 1. q. 3. art. 4. § 3.* & *Controv. 3. in Respons. ad Argumenta*, & alibi sæpè. Sed attributa juxta *Dionysium* & ... communicentur, manent & collocantur in divinitate, ergo illam inter & attributa conveniens aliqua intercedet distinctio. Ma[...] e[...] & ... probatur ex priori loco S. Dionysii §. 1. dicentis (u) *Omnia quæ Deo ratione perfectæ Deitatis*

Secunda quidem propositio.

(s) Καλοῦσι γὰρ ... τῶν καθ' ἡμᾶς θεολογικῶν παραδόσεων ἱερομύσται, τὰς μὲν ἑνώσεις τὰς θείας, τὰς τῆς ὑπεραρρήτου ϗ ὑπεραγνώστου μονῆς ... κρυφίας καὶ ἀνεκφοιτήτους ὑπεριδρύσεις.

(t) ὑπεριδρύσεις, μονή.

(u) τὰ θεοπρεπῆ πάντα τῇ ὅλῃ θεαρχίᾳ πρέπει.

Deitatis competunt, totiinesse Divinitati. Ubi in textu originali seu græco habetur πρόσεστι, quod sonat attributa superaccedere, & quasi addita esse Deitati pro aliquo signo naturæ vel rationis præconstitutæ, ita ut attributa ex essentia velut radicali suo principio, simplici emanatione emanantia pro secundo signo naturæ vel rationis quasi in sede sua collocata, inexistere & manere censeantur.

292. *Secundò*, Attributa divina, v.g. bonitas, sapientia Dei, sese in rerum providentiis, & beneficis processibus Dei ad extra quodammodo probant, unde & Dei notiones à S. *Maximo* in scholiis, & *Pachymera* in paraphrasi, appellantur. Essentia verò divina nusquam se prodit, sed prodi & non prodi videtur inferre distinctionem, ergo.

293. Dices 1. illa vocabula, *mansio & collocatio* non urgere distinctionem aliquam, quia *Dionysius* ibi correctionem adhibuit; inquiens: *εἰ οὕτω χρὴ φάναι, si ita loqui fas est.* *Secundò*, uniones vocat in Deo non solùm attributa, sed & ipsa prædicata Dei quidditativa; nam asserens quænam sint divinæ uniones, essentiæ divinæ communes, non solùm recenset sapientiam, bonitatem, pulchritudinem; sed etiam existentiam, substantiam & vitam, quæ indubiè non nisi ratione à Deitate sunt distincta: ergo non convincitur exinde aliqua distinctio rationem antevertens.

Effugium.

294. *Respondeo* ad 1. Neg. ant. ad cujus probationem dico, *Dionysium* per particulam illam interjectam solùm velle personarum circuminsessionem, pro qua illud *si ita loqui liceat*, adhibet, sub terminis *mansionis & collocationis*, non debere intelligi quasi indigitetur distinctio in essentia, quàm illa vocabula μονὴ καὶ ἵδρυσις, *mansio & collocatio* videri possent inferri. Unde ex hac Dionysii Parænesi, qua innuit distinctionem non tam infirmatur quàm roboratur ratio argumenti. Secundò, esto adhiberet illam interjectionem ad præcedentia respectu attributorum & essentiæ, non tamen rectè hinc sequitur, quòd illam adhibeat per modum correctionis, nam infra §.7. *à SS. Scripturis*, inquit, *accepimus Patrem quidem esse originem in divinis, Jesum verò & Spiritum S. quasi Dei prolem, vel si, εἰ οὕτω χρὴ φάναι, ita loqui oporteat, quasi duo germina, floresque ac lumina supersubstantialia existere.* Non obstante quòd rectè & benè juxta Scripturam loquatur: nam germina vocavit ex visione olivarum *Zachariæ 4.v.3.* Lumina verò ex Epistola Jacobi Fratris Domini qui c.1. v.17. de Patre luminum mentionem fecit, unde Ecclesia in Symbolo Nicæno *lumen de lumine* canit; attamen adhibuit istam loquendi formulam, non per modum correctionis, sed potiùs per modum directionis & prudentis parænesis, nimirum illa nomina non esse participatè accipienda, seu quoad modum significandi res limitatas & effectus participatos; cùm enim nomina sint Deo & creaturis analogicè communia, & usdem elementis & vocabulis, *flos, germen, proles, lumen*, tam divinæ personæ, quàm res creatæ exprimantur, cum grano salis dixit, *si ita loqui fas est*, ut advertas metaphoram & analogiam significationis verbi, quod non accipiendum ad modum rei pro qua significanda primam sui institutionem obtinuit, sed accòmodè pro subjectâ materiâ accipiendum esse: sic SS. Trinitas, quæ spiritus est, nullâ re nullove colore adumbrabilis, corporeis exprimitur imaginibus, & Pater æternus ut antiquus dierum, tunc si quis diceret (*si tamen sic pingere fas est*) is sanè non corrigeret picturam, quam admittit & tolerat Ecclesia, sed dirigit pictorem, & spectantes picturam, provideque monet, ne occasione debilis picturæ caput aliaque membra repræsentantis, Deum ut corporeum & comprehensibilem autumare quis ausit. Ita in proposito illa vocabula μονὴ καὶ ἵδρυσις, quia distinctionem inferunt, ita accipienda ut non solvant simplicitatem Dei, nec realem attributalium perfectionum destruant identitatem: salvâ tamen eâ distinctione quæ Deum non dedeceat, & qualem attributa Dei inter se & ab essentia exigunt.

Dissolvitur.

Zacharias.

Ad secundum respondeo, verum esse quod *Dionysius* hoc *capite 2.* de divinis prædicatis, quæ vocat nomina copulata, etiam copulatim loquatur, non enim fuit sollicitus ad distinguendum ordinem prædicatorum Dei, quæ primi & quæ secundi modi essent dicendi, de quo ipsi ad propositum suum ibi non erat curandum, sic enim ait §. 3. *Nomina copulata in unam in tota divinitate sunt supra quàm bonus, supra quam Deus, supra quam substantia, supra quam vivens, supra quam sapiens, & quacunque sunt ablationis secundùm exuperantiam, cum quibus numerantur omnia, quæ ad rationem causæ pertinent, bonum, pulchrum, existens, vivificum, sapiens, & quacunque sunt ex dono ejus, quæ bonitatem ejus decent.* Ubi, uti & §. seq. tum prædicata Dei quidditativa, cùm etiam attributalia ad modum loci Joannis 17. *Quæcunque habet Pater mea sunt, & omnia mea tua sunt, & tua mea sunt.* Generaliter & simultaneè exprimit; non tamen ideo, quando peculiariter de iis & distinctione eorundem agitur, est eodem modo, sed aliter de prædicatis quidditativis, quæ sunt constitutiva Deitatis, aliter de attributalibus quæ Deitati jam constitutæ veluti principio suo insedere dicuntur, loquendum: id enim satis colligitur ex aliis *Dionysii* locis, quod nec ipsi Adversarii detrectare possunt, qui tenent essentiam, in suo conceptu formali non includere essentialiter attributa, cùm proprius & formalissimus conceptus essentiæ sit esse radicem suarum operationum & proprietatum, neque alius ullus se prodit conceptus proprius essentiæ divinæ, ut supra ex *Dionysio* patuit. Pro quo amplius vide quæ diximus *Tract. 1. Controv. 2.* circa finem, *art. 5.* ubi diximus, essentiam quà talem non aliter posse continere perfectiones attributales quà per modū fundamentalis & fontalis principii, realiter duntaxat & identicè, non formaliter identificati. 295.

ARTI-

ARTICULUS IV.

In quo

Probatur tertiò particulariter Assumptum nostrum ex cap. 5. de divin. Nomin.

296. Tertiò & particulariter quidem Assertum nostrum probari posset argumento à rationibus idealibus desumpto, quod *Dionysius* tùm superiùs, tùm hîc §. præsertim octavo circa finem innuit hisce verbis; (a) *Si enim sol ille noster unicus - - - - & plurimorum se participantium causas in seipsis uniformiter anticipavit, potiori utique ratione concedendum est in ipsiusmet solis ac rerum omnium causa secundùm unicam superessentialem copulationem rerum omnium exemplaria praextitisse, quandoquidem hæc ipsasmet essentias producat secundùm excessum essentiæ, exemplaria verò dicimus esse rationes in Deo substantificas rerum & unitè praexistentes, quas divinus sermo vocat prædefinitiones & divinas atque bonas voluntates rerum definitrices & effectrices.* Ubi adverte, etsi ideæ secundùm se sint in intellectu, & rationes penitùs necessariæ ante omnem actum liberæ voluntatis, quia versantur in rationibus necessariis essendi intelligibilibus & possibilibus, quæ antecedunt actus liberos divinæ voluntatis, quia tamen ex illis rationibus esse intelligibilis & possibilis extrahit pro sua libertate quæ vult entia, ut ponantur extra causas illas intrinsecas & divinas ubi erant virtualiter & eminenter contenta, hinc dicit esse prædefinitiones & bonas divinasque voluntates, (b) *secundùm quas*, inquit, *omnia prædefinivit & produxit.* Ita inquam posset tertiò probari nostra doctrina, quia non ait in singulari esse *rationem*, sed *multas* in plurali & quidem (c) *unitè praexistentes*, id est, cùm formaliter plures sint, inter se tamen realiter identificatæ inveniuntur. Verum quia de ideis parte 2. Tomi primi ex professo agendum, missâ hac ratione probatur intentum aliter hîc ex illo *Dionysii* loco, ubi postquàm ostendit, quòd *omnia existentia universaliter sint à Deo*, ulterius remonstrat, quod (d) *omnia universaliter sint in ipso*, non quidem ut sunt in seipsis finita, cùm sint in Deo ipsa divina essentia, neque ut habent in seipsis oppositionem & & diversitatem; sed in Deo sunt quid unum, attamen *copulatè & singulariter*, id est, ut *D. Thomas* in hunc locum ait *unitè*, & mox iterum *Dionysius*, (e) *Nihil igitur est inconveniens super mundanis oculis contemplari omnia in omnium causa, & quæ inter se sunt contraria, uniformiter & unitè* μονοειδῶς καὶ ἡνωμένως, atqui hæc contentorum in Deo identitatem indicant entitativam tantum seu realem, & excludunt identitatem eorundem formalem ut copulatè & unitè contineri sit non esse omnia ejusdem formaliter rationis, quia copulatio & unio non est formaliter ad seipsum, sed ad aliquid saltem formaliter distinctum.

Ideæ rationes sunt purè necessaria.

(a) εἰ γὰρ ὁ καθ' ἡμᾶς ἥλιος - - - - καὶ τὰς τῶν πολλῶν μετεχόντων αἰτίας ἐν ἑαυτῷ μονοειδῶς προείληφε, πολλῷ γε μᾶλλον ἐπὶ τῆς καὶ αὐτοῦ καὶ πάντων αἰτίας παραδείγματα κατὰ μίαν ὑπερούσιον ἕνωσιν συγχωρητέον ἐπεὶ καὶ οὐσίας παράγει, κατὰ τὴν ἀπὸ οὐσίας ἔκβασιν. παραδείγματα δέ φαμεν εἶναι τοὺς ἐν θεῷ τῶν ὄντων οὐσιοποιοὺς καὶ ἑνιαίως προϋφεστῶτας λόγους, οὓς ἡ θεολογία προορισμοὺς καλεῖ, καὶ θεῖα τὰ ἀγαθὰ θελήματα τῶν ὄντων ἀφοριστικὰ καὶ ποιητικά.

(b) καθ' οὓς τὰ ὄντα πάντα καὶ προώρισε καὶ παρήγαγεν, &c.

(c) ἑνιαίως προϋφεστῶτας.

(d) - - - - καὶ ἔστιν ἐξ αὐτῆς (subandi ex bonitate Dei) καὶ ἐν αὐτῇ, καὶ αὐτὸ τὸ εἶναι, καὶ αἱ τῶν ὅλων ἀρχαί.

(e) οὐδὲν οὖν ἄτοπον - - - - ὑπερκοσμίοις ὀφθαλμοῖς θεωρῆσαι πάντα ἐν τῷ πάντων αἰτίῳ, καὶ τὰ ἀλλήλοις ἐναντία μονοειδῶς καὶ ἡνωμένως.

Assumptum, supposito quòd omnia, quæ in creaturis dispersa sunt, adunentur in divinis, patet, nam ut præced. *Controv. q. 1. a. 2. n. 261. & seq.* perfectiones in primo ente quædam sunt, quæ in suo proprio & formali conceptu important perfectionem absque imperfectione permixtam, & dicuntur perfectiones simpliciter, aliæ verò sunt perfectiones quæ in suo proprio & formali conceptu dicunt perfectionem imperfectioni admixtam, quibus repugnat infinitas, v.g. humanitas, equinitas; atqui esto ex hoc illæ non essent distinctæ formaliter, quia diversam referunt continentiam, certum tamen est, quod prioris generis non conveniant in latitudine alicujus unius rationis formalis, ut mox infra, sed una ratio præcisè considerata non est de conceptu formali & intrinseco alterius, v.g. intellectus non est de conceptu formali voluntatis, ergo licèt contineantur realiter identificata in divina essentia, vel ut ait S. *Dionysius*, (f) *copulatè & unitè*, nequeunt tamen contineri identificata formaliter, virtualiter & conceptibiliter, aliàs dicendum esset intellectum divinum esse intrinsecum conceptum divinæ voluntatis. Ut magis infra.

(f) μονοειδῶς καὶ ἡνωμένως.

297. *Resistunt* & respondent Adversarii illas rationes in supremo ente esse non solùm realiter, sed & formaliter ipsam divinam essentiam, id

quod

quod probant tum ex ratione, tum ex authoritate Dionysii; ex ratione quidem: quia non implicat perfectiones in divina essentia contineri formaliter indistinctas, ac sub tali indistinctione ac identitate formali esse intelligendum id, quod quæ sunt dispersa in inferioribus, & quæ sunt sparsa in creaturis formalissimâ identitate uniri in Deo & superioribus, quod insuper inductione probant: vegetativum enim & sensitivum in plantis & brutis realiter distinctis in homine sunt unum. Vis calefactiva & exsiccativa in elementis distincta, in sole coincidunt in unam rationem formalem, vis perceptiva coloris, odoris, saporis, soni, &c. in sensibus externis realiter multiplicata, in sensu communi & intellectu adunantur ad unam eandemque rationem formalem. Huc facit id *Dionysii* hic §.7. dicentis: *In anima copulata sunt omnes virtutes. Denique* Rationem horum à priori dant illam: quia quo magis elevantur aliqua ad naturam superiorem, eo magis evadunt perfectiora & illimitatiora, & ut ait S. *Thomas* in hunc locum: *Omnia causata sunt finita & limitata in seipsis, in Deo autem infinita*, ergo non solùm evadunt unum realiter, sed etiam unum formaliter, alioquin manerent limitata in sua ratione formali. Secundò id probant authoritate ab exemplis *Dionysii*: Primum est de unitate & numero: quòd sint omnia in Deo sicut numerus in unitate. (g) *Etenim*, inquit, *in unitate omnis numerus uniformiter praexistit, habetque unitas in seipsa singulariter omnem numerum, & omnis numerus in unum copulatus est, & unitur in unitate, in quantum autem ab unitate procedit, tantum dividitur & multiplicatur.* Secundum est de centro: (h) quòd *in centro omnes lineæ circuli unâ copulatione simul existunt, & punctum habet omnes lineas rectas uniformiter copulatas inter se, & cum uno principio à quo exierunt, & in ipso centro omninò copulatæ sunt, & parum ab eo distantes, parum dividuntur, magis autem distantes, magis: & ut semel dicam, quanto sunt centro propinquiores, tanto magis cum eo & inter se copulantur; & quanto magis à centro distant, tanto magis inter se distant.* Ergo secundùm S. *Dionysium* omnia in se realiter multa, sunt realiter & formaliter in Deo unum, & ipsa incomprehensibilis & indivisibilis essentia, sicut lineæ in puncto sunt indivisibiliter ipsum formaliter indivisibile punctum.

298. *Respondeo* negando antecedens: quòd non implicet perfectiones divinas attributales esse formaliter ipsam divinam essentiam, nam licèt omnes perfectiones reduci debent ad unitatem perfectissimam, illa tamen non est identitas formalis, ut quæ in Deo involvit repugnantiam, quia includit quòd formaliter sint in Deo perfectiones simpliciter, & tamen quod ibi formaliter non sint, quia non essent perfectè & distinctè secundùm proprios conceptus quidditativos, secundùm quos dicunt perfectiones simpliciter, sed solùm ad instar perfectionum secundùm quid, ut pluribus *Tract. 1 q. 1. Controv. 1.* vidimus. Unde ad probationem quæ sunt dispersa, in inferioribus reduci debeant ad unitatem in superioribus, distinguo: debent reduci ad perfectissimam unitatem, id est, quæ sunt de essentia in primo ente debent reduci ad unitatem perfectissimam essentialem, & similiter omnia existantia in illa essentia, sive secundùm continentiam formalem, sive secundùm eminentialem contineantur, hæc debent reduci ad perfectissimam unitatem realem conceditur; ad perfectissimam unitatem formalem, negatur: quod ipsum ex adversariis apud *Mastrium* d. 2. de divin. Attrib. q. 2. n. 84. fatetur *Fasolus* 1. p. q. 25. a. 1. n. 9. explicans illam propositionem, *quæ sunt sparsa in inferioribus, sunt unita in superioribus*, dicens: illam esse accipiendam tantùm de rationibus sparsis, sed convenientibus intra latitudinem genericam alicujus perfectionis formalis simpliciter simplicis. tunc enim ratio sparsa ac divisa est limitata intra latitudinem illius perfectionis, v.g. intelligendi, volendi, operandi, &c. Ergo imperfecta & non divina. & talia sunt exempla adducta de potentia cognitiva sensus externi & interni, nō autem de rationibus sparsis, sed nō convenientibus in latitudine alicujus unius genericæ rationis formalis, tunc enim una ratio formalis præcisè considerata, excludit seu non includit aliam in suo conceptu formali & intrinseco, unde etsi possint identificari actualiter in re, tamen non possunt identificari formaliter aut virtualiter & conceptibiliter, alioquin eadem propositio probaret intellectum in divinis esse de intrinseco conceptu voluntatis, & perso-nali-

Quaratione sparsa in inferioribus in divinis unita sint.

(g) καὶ γὰρ ἐν μονάδι πᾶς ἀριθμὸς ἑνοειδῶς προϋφέστηκε, καὶ ἔχει πάντα ἀριθμὸν ἡ μονὰς ἐν ἑαυτῇ μοναχῶς· καὶ πᾶς ἀριθμὸς ἥνωται μὲν ἐν τῇ μονάδι, καθ' ὅσον δὲ τῆς μονάδος πρόεισι, κατὰ τοσοῦτον διακρίνεται, καὶ πληθύνεται.

(h) καὶ ἐν κέντρῳ πᾶσαι αἱ τοῦ κύκλου γραμμαὶ κατὰ μίαν ἕνωσιν συνυφεστήκασι καὶ πάσας ἔχει τὸ σημεῖον ἐν ἑαυτῷ τὰς εὐθείας ἑνοειδῶς ἡνωμένας πρὸς τε ἀλλήλας, καὶ πρὸς τὴν μίαν ἀρχὴν ἀφ' ἧς προῆλθον, καὶ ἐν αὐτῷ μὲν τῷ κέντρῳ παντελῶς ἥνωνται, βραχὺ καὶ διακρίνονται, μᾶλλον δὲ, ἀποστᾶσαι μᾶλλον καὶ ἁπλῶς, καθ' ὅσον τῷ κέντρῳ πλησιέστεραι εἰσι, κατὰ τοσοῦτον καὶ αὐτῷ ἀλλήλαις ἥνωνται, καὶ καθ' ὅσον αὐτοῦ, κατὰ τοσοῦτον καὶ ἀλλήλων διεστήκασι.

nalitatem de intrinseco conceptu naturæ. Ita *Fasolus* ad mentem Scoti resolvit proprium sensum illius propositionis, cognoscens non posse ad identitatem formalem detorqueri, quæ explicatio fundatur in repugnanti & opposito modo in aliqua pluralitate imbibitam, v.g. in pluralitate rationum formalium producendi voluntatis & intellectus, quæ propter repugnantem producendi modum, unum scilicet per modum voluntatis, qua producitur Spiritus sanctus, & unum per modum naturæ, quo producitur Filius, non possunt reduci ad unitatem formalem unius rationis formalis producendi.

299. *Exempla* porro inductione producta, & authoritas Dionysii adjuncta probant solùm identitatem realem, non formalem, sensitivam siquidem & vegetativam realiter coeunt & coadunantur in unica forma hominis, seu anima rationali, qua ille non solùm intelligit quâ est rationalis, sed quâ sensitiva & vegetativa sentit, vegetat, auget, quâ enim sensitiva præest sensibus, & discernit ea quæ sentiuntur, & quâ vegetativa, animal vegetet augetque; hinc dicimus sensitivum & vegetativum in homine entitativè & realiter adunari, esse tamen secundùm proprium esse formalitatis suæ, quod per earum definitionem explicatur, formaliter in illo distincta. Idem est de sole, in quo multi putant tales virtutes solùm eminenter & virtualiter contineri, secus est in Deo, in quo cùm perfectiones attributales importent perfectionem simpliciter, constat illas extare ibi secundùm suas proprias formalitates. Inde patet ad rationem à priori, quod quo magis aliqua elevantur ad naturam superiorem, eo magis evadant perfectiora & limitatiora, & ad rationem D. *Thomæ* quòd quæ in se extra Deum sunt finita, in Deo sint infinita, nam ideo esse formale unius non transit in esse formale alterius, infinitudo enim in natura superiori Dei non variat intrinsecè rationes formales illarum ut sic, reddit illas quidem illimitatas seu infinitas, non tamen destruit & deponit proprium conceptum objectivum unius, in conceptum objectivum proprium alterius, ut unicissima sit formalitas omnium propter implicantiam jam dictam.

300. *Ad Confirmationem* & exempla ex S. *Dionysio* de numero & identitate, & centro allata patet, quòd nihil inde evincatur quàm unitas realis omnium in divina essentia extantium, & quòd sicut numerus uniformiter præexistit in unitate, quia unitas virtute omnis est numerus, ut *Boetius* in Arithmetica, & quia omne quod est in altero, existit in illo per modum ejus in quo est, ideoque numerus in unitate existens, est in eâ per modum unitatis, ita in Deo existunt omnia, sive eminenter sive formaliter in eo sint, per modum unitatis, ut & *Dionysius* erudit cùm dicit τὸ *uniformiter*, id est, unitas tanquam causa numerorum ἑνοειδῶς haudquaquam variegata vel aliter intellecta universos numeros complectitur, ita ut nulla pluralitas numeri destruat unitatem, quæ continet pluralitatem, duplex enim pluralitas in unitate contineri potest, *semel* qua unitas sic addit supra unitatem, ut plus sit in duobus quàm in uno, quomodo in duobus hominibus plus est sapientiæ, quàm in uno, & ab hac unitate per sui pluralitatem à se quodammodo variegata ad numeralem multiplicitatem non trahit exemplum ad divina, quia ista pluralitas repugnat tam simplicitati quàm identitati divinæ. *Aliter* & secundò, ab unitate ad seipsam reciprocata, est pluralitas, quæ non solvit simplicitatem, utpote in quâ tantum est perfectionis & virtutis in una persona, quantum in pluribus, & tanta identitas unius ad aliud, v.g. essentiæ ad relationem attributorum ad essentiam, in qua continentur, quanta in pluribus, v.g. attributorum ad attributa, & vicissim, id enim est *uniformiter* ἑνοειδῶς in unitate numerum existere, quomodo *Dionysius* supra c. 2. dixit: *in unione esse uniones*, quod est in indivisibili essentia esse attributa indivisibiliter entitativè ad instar puncti. Et iterum sicut in qualibet dispositione numerorum semper invenitur unitas prima & causa numerorum, quæ in seipsa habet omnem numerum, quia omnes proprietates omnium numerorum aliquo modo inveniuntur in unitate, sive accipiamus numeros quadratos sive cubicos, sive quascunque alias figuras numerorum; ita quia in Deo invenitur essentia creatrix primum omnium rerum, quas in seipsa vel formaliter vel eminenter continet, omnia in Deo contenta sunt identitate reali unita ac in indivisibili essentia realiter indivisa. *Tertiò*, sicut omnia nume-

Uniones in unione Attributa Dei quomodo fiat.

numerus in ipsa unitate est unus, & quantò magis recedit ab unitate, tantò magis distinguitur & in multitudinem deducitur, ita omnia in Deo, quæcunque continentia continentur in illo, sunt quid realiter unum, & quantò longiùs per recessum ab hac reali unitate tendūt ad seipsa, ut sunt in creaturis dividuntur, & in multitudinem deducūtur, in quibus omnibus nihil est adversus Scoti doctrinam, quam tum hoc exemplum de unitate numeri, cùm etiam alterum de cētro potiùs roborant, quàm impugnant, & quidem per exemplum de circulo quo pulcherrimè alludit ad decumanum illud antiquorum dogma, qui ad declarandam divinæ magnitudinis infinitatem Deum appellarūt intelligibilem sphœrā, *cujus centrum ubique, circumferentia nullibi*, nimirum si daretur sphæra infinita nedum secundùm se totam, sed etiam secundùm singulas ejus partes esset infinita, omnes siquidem lineæ à circumferentia ad centrum ductæ in infinitum protenderentur, omnes superficies in infinitum vergerent, altitudo & profunditas terminum non haberent adeo ut undiquaque & secundùm quascunque excogitabiles dimensiones infinitæ forent, atque ita in proposito *Dionysius* inquit: quomodo (i) *in centro omnes lineæ circuli quo deducūtur ad circumferentiam simul existunt*, sicut in principio communi uniformiter & simplici similiq; ue modo conjunctim illas continente, ita infinita essentia Dei velut centrum omnium perfectionū habet illas in seipsa per infinitatem (k) *uniformiter unitas & ad se invicem & ad unū principium*, unde emanativè exierunt, ut quidquid in ea cogitatur unitum, infinitam habeat perfectionem, infinita est enim ejus sapientia, bonitas illimitata, interminabilis potentia, misericordia incomprehensibiliter superimmensa, æternitas sine termino longa ac immutabilis duratio. Si cogites illas ut lineas in centro, divina latitudo dicēda erit infinita ultra universas res progressio, item providentiæ processus in infinitum expansus, longitudo omnipotentia, quæ supra omnia expanditur, profundum verò abyssus iudiciorum & sapientiæ Dei, quæ omnia sicut lineæ in centro continentur *simul & unitivè*, ita & in Deo: sicut enim cùm punctus partibus caret, ut non aliter quàm ἑνοειδῶς, id est, *uniformiter*, & ad modum ipsius lineas rectas possit comprehendere, ita quoque essentia divina indivisibiliter una per perfectam identitatem realem singulas perfectiones secundùm suas proprias rationes formales tam inter se, quàm cum essentia identificatas cōtinet, & sicut lineæ sic in centro unitæ ab illo exeunt & concipiūtur mutuò extra se, ita perfectiones divinæ in divino illo essentiæ centro, à quo dimanant realiter identificatæ concipiuntur extra se, non quidē *divisivè* vel *exclusivè* extra se sicut lineæ, id enim repugnat ob realem identitatem & infinitatem illarum, quatenus omnes sunt formaliter necesse esse, & necessitas essendi est de ratione singularum, vel saltem modus intrinsecus; sed *præcisivè*, quatenus nullo licèt instanti durationis possit existere una sine alia, neque essentia sine illis, est tamen quælibet earū secundùm suam unitatem formalem, sive secundùm propriam suā & distinctam formalitatem in essentia conceptibilis non conceptis illis aliis ἑνοειδῶς in eadem essentia copulatis, consequenter cùm sicut ens & unum, ita proportionatè formalitas cum unitate converti debeat, habebit quoq; suā ab alia suo modo distinctionem, unitas quippe est, qua res est indivisa in se & divisa à quolibet alio, subandi in divina essentia secundùm quid & latè sumendo divisionem, ita ut una realitas seu formalitas in Deo ab alia formalitate non reali distinctione cēseatur divisa, sed cum addito *formaliter*, quo possit tantū dici, quòd unū non sit formaliter aliud, nullatenus siquidem realiter inter se distant in centro divinæ essentiæ extantia, uti ut *Dionysii* prosequamur authoritatē satis indicāt per sequent. verba (l) *lineæ parum à centro distantes parum dividuntur, magis autē distantes, magis: ceu quanto sunt centro propinquiores, tanto magis cum eo & inter se copulantur, & quanto magis à centro distant, tanto magis & distant inter se*, omnia in Deo autem esse indistincta, unita & identificata, est apud orthodoxos in confesso, cui extra se haud viciniora sunt, neq; magis excellunt, quod finaliter juxta *Dionysiū* hic addo, quæ simpliciter existunt & his minus quæ vivunt, & his iterū minus quæ intelligunt, sed ordine inverso, quantū superexpanduntur, tāto remotius à Deo existūt, cùm enim ex quo intelligūt, etiā existūt & vivāt vitā potiori, hoc utique modo Deo viciniores existūt, quo luculētius ipsum participantes, & quo plures ab ipso dotes acceperīt, scilicet & entitatē, & vitā & intellectū, hæc tamē nō modo vulgari, sed cū sale discretionis sunt intelligenda,

Doctrina notanda.

(i) ἐν κέντρῳ πᾶσαι αἱ τοῦ κύκλου γραμμαὶ κατὰ μίαν ἕνωσιν συνυφεστήκασι.

(k) ἑνοειδῶς ἡνωμένας πρός τε ἀλλήλας, καὶ πρὸς τὴν μίαν ἀρχήν.

(l) βραχὺ δὲ αὐτοῦ διεστῶσαι βραχὺ καὶ διακρίνονται &c. vide supra.

gēda, ut à rebus quæ significātur, seq; in perfectione magis minusve excedūt, & ad tacitas & diviniores cogitationes mentē elevemus, omnis siquidem creatura, sive angelum dixeris, sive formicam, æqualiter distant à Deo, cùm omnia extra Deum finita sint, sicut æqualiter distant ab infinito mille & decem. Sed de his exemplis, quæ præter opinionem fusiùs deduximus, satis superque.

301. *Obiiciunt* præterea *Dionysium* hoc capite §. 2. dicentem: (m) *Non dicit hæc nostra Tractatio aliud esse bonum, & aliud id quod est, aliudque vitam vel sapientiam*, neque multas causas & alios aliorum effectrices Divinitates, seu ut alii vertunt, *non productivas aliorum Deitates. Secundo* (n) §. 9. Omnia, inquit, in se præhabet excellentia simplicitatis quæ omnem refugit duplicitatem.

Ad primum responderi posset bonitatem non esse aliud à sapientia realiter, benè tamen formaliter, sed ut ad mentem *Dionysii* respondeamus, ostendo locum illum nihil facere ad rem adversatiorum, nam ut S. *Maximus* in hunc locum in scholiis, & *Pachymera* in Paraphrasi, & ipse textus originalis seu græcus innuit Dionysiū hîc perstringere Græcorum seu Gentilium sapientem ac *Simonem Magum*, ejusq; sectatores & hæreticos, qui ponebant Deos κοσμοποιούς, id est, mundi fabricatores, assignando majores & valentiores majoribus creaturis, & infirmiores infirmioribus secundùm gradus suos descendētes in opificio usque ad materiam primam omnium vehiculum, ita ut quantò infirmiores essent Dii, tanto quoque infirmiores producere creaturas. S. itaque *Dionysius*, quia ante & alibi sæpè dixerat bonum esse causam omnium quæ sint, seu ut loquitur, nomen boni complecti omnem providentiam, reliqua verò nomina partes providentiæ, ut vitam, sapientiam, &c. Omnia enim quæ sunt propter bonitatem Dei producta sunt & sunt bona, non tamen omnia participant vitam vel sapientiam, generaliores siquidem providentias vocat, quas in pluribus contemplamur, ut vita pervadit in stirpes & animantes tum rationis participes, tum non participes; sapientia verò & ratio pauciorum sunt, puta intellectu præditorum, itaque ne qui imperitè legunt, occasionem reprehendendi reperirent, ait: *non esse aliud bonum, & aliud existentiam*: & rursus, *aliud vitā vel sapientiam*, neque *multas causas* & aliorum *productivas Deitates* excedentes & subjectas, &c. sed unum Deum esse omnium causam, *& unius esse omnes bonos processus & emanationes*, &c.

302. *Ad secundum* quo similiter parum proficiunt contra nostram doctrinam respondent iidem *Maximus* & *Pachymera*, quòd, cùm aliqui Gentiles dixerint ideas & exemplaria per se subsistere, illos *Dionysius* hîc refutet, quod nisi ideæ simplices fuerint & unitæ, cùm sint notiones in Deo, Deum ipsum fore compositum ex exemplari & seipso, quod, inquiunt, *Dionysius* duplicitatem appellavit, quam refugit excellentia divinæ simplicitatis.

(m) Οὐκ ἄλλο δὲ εἶναι τἀγαθὸν φησὶ, καὶ ἄλλο τὸ ὂν ἢ τὴν ζωὴν ἢ τὴν σοφίαν, οὐδὲ πολλὰ τὰ αἴτια καὶ ἄλλων ἄλλας παρακτικὰς θεότητας ὑπερεχούσας καὶ ὑφειμένας, ἀλλ' ἑνὸς θεοῦ τὰς ὅλας ἀγαθὰς προόδους, &c.

(n) πάντα μὲν ἐν ἑαυτῇ προέχει κατὰ μίαν ἁπλότητος ὑπερβολὴν πᾶσαν διπλόην ἀπαναινομένη.

ARTICULUS V.

In quo idem

Probatur quartò particulariter ex cap. 9. de Divinis Nominibus.

303. Hîc nonnulli pro *Scoto* adducunt capitis 9. §. 5. circa finem (ξ) *nunc autem ipsam divinam alteritatem non variationem quandam superinconversibilis identitatis suspicemur, sed potius multiplicationem singularem & uniformes ad omnia multa fœcunditatis emanationes.* Attamen non videtur, quod hic locus, attendendo intellectum, quem inde eliciunt S. *Maximus* in scholiis & *Pachymera* in Paraphrasi, suffragetur *Scoto*, quia terminos illos ἑτερότητα alteritatem & προόδους emanationes intelligi volunt providentias Creatoris erga res creatas, per *multiplicitatē* autē *singularem* intelligunt Deum in sua simplicitate manentē multiplices & varias species creaturarum efficere, emanationes autē vocant illū veluti modū & conatū ad creaturas fabricandas, nec malè, cùm magnus *Dionysius* utatur illo vocabulo πολυπλασιασμὸν (quod cū suo adjectivo ἑνιαῖον singularē seu unitivam multiplicationem vertunt) quia multiplicem formationē sonat; verū non obstante hac interpretatione, etsi certum sit τὴν θείαν ἑτερότητα alteritatem divinam non esse æstimandam in Deo ἀλλοίωσιν, id est, mutationem & varietatem quandam divinæ & superinconvertibili identitati inimicam, attamen cùm

(ξ) νῦν δὲ αὐτὴν τὴν θείαν ἑτερότητα, μὴ ἀλλοίωσιν τινα ὑπεραλήπτου ταὐτότητος ὑπολάβωμεν, ἀλλὰ τὸν ἑνιαῖον αὐτῆς πολυπλασιασμόν, καὶ τὰς μονοειδεῖς, τῆς ἐπὶ πολυγονίας προόδους.

divi-

divina natura non minus, imò prius sit fœcunda ad intra, quàm ad extra, minimè negandum est, quin aliqua alteritas & multiplicatio, quæ nullam dicit imperfectionem, & stat cum perfectissima identitate reali, item quin emanationes divinæ naturæ intrinsecè quoque competant, non solùm quatenus multiplicibus & variis creaturis correspondent rationes ideales, quos Creator ab intrinseco respiciens πολυειδοποιάζει, id est, multiplicem formationem efficit; sed etiam quatenus ex fœcundissimo divinæ essentiæ sinu emanant aliæ perfectiones & infinitæ singulis personis, quibus citra inæqualitatem communicantur communes, id quod non obscurè innuitur, si quis hunc locum conformiter attendat ad præcedentium contextum. nam §. 4. dixerat (o) *Deũ in seipso manentem & eodem modo se habentem esse firmiter & intemeratè in pulcherrimis identitatis suæ finibus constitutum*, quem locum Paraphrastes *Dionysii* ita declarat: *Omnia quæ Deo inesse dicta sunt*, supra substantialiter dicuntur, unde etiam idipsum suprasubstãtialiter dicitur, quod in seipso maneat, & secundùm eadem eodem modo stabilitatem habeat *in pulcherrimis terminis circa substantiam apparentis identitatis. Non dixit autem* (puta *Dionysius*) *pro more loquendi suo, ut in aliis per excessum* (superidentitas) *ut quod excedat terminos identitatis, quoniam deficeret ab identitate, & in aliud incideret, si identitatem excederet* Solet itaque Dionysius in illis excessum nominare, in quibus excessus *minimè exterminat illa*, quæ Deum decent, in quibus verò tale quid periculi est, satis esse putat, summam de Deo testari. Hactenus *Pachymera* in sua Paraphrasi. Qui vix meliùs consensum *Dionysii* cum Scoti doctrina de identitate reali in divinis exprimere potuit. *Primò*, quia manifestè per identitatis fines pluraliter assertos multas expressit perfectiones inter se & cum essentia realiter identificatas, quarum singulæ secundùm suã propriam rationem formalem (dicta identitate salva) definiant & terminent adæquatam sui cognitionem non terminante illam quâpiam alterâ illi coidentificata, neque enim assumitur ille terminus, *fines*, ut opponitur infinitati, non enim sermo vult damnare, quod in confesso est, sed pro iis, quæ divinæ insunt naturæ, vel, ut ait *Pachymera*, (p) *quæ sunt circa substantiam*, quæ certè non dicunt formaliter ipsam substantiam, sed quæ circa illam sunt extantia, id quod *secundò* confirmat ex iis, quæ mox subnectit de mirabili loquendi modo *Dionysii*, quo utitur in aliis ad exprimendam suorum conceptuum sublimitatem, & ad supra omnia creata mente conceptibilia, infinitam eminentiam insinuãdam, nimirum componendo prædicata Dei, quæ omni essentia conceptibili à creatura eminentiora sunt, cum particula ὑπὲρ, id est, *super*, ut superdivinitas, superbonitas, soperdeitas, superessentia, supersapientia, superperfectio, &c. non dixit autem agendo de identitatis finibus, *superidentitas*, sed simplîciter, in pulcherrimis *identitatis suæ* finibus collocatum; ne, ut ait *Pachymera*, excederentur termini identitatis, puta realis, quoniam deficiendo ab hac identitate reali eo ipso in aliud incideret, at non in aliud. quod esset extra lineam identitatis, nam ille terminus *superidentitas* non destruit significatum suum ut sic; ergo inciderentur à reali identitate ad identitatem formalem, quæ exterminat fines identitatis realis, id est, perfectionum proprias rationes formales in unicissimam contraheret formalitatem, cùm tamen *Dionysius* illas hic ut terminos statuit identitatis, quales indubiè si omnes essent in Deo una formalitas, exterminari contingeret, ergo à primo ad ultimum concludendum est *Scoti* doctrinam Magno *Dionysio* consentaneam esse. Sed

Notetur.

304. *Objiciunt ex capite 13.* de divinis Nominibus, §. 2. ll. Nam Deus est quia omnia unicè est secundùm unius unitatis eminentiam, & omnium causa non amittendo suam unitatem, ubi per illa verba *secundùm excellentiam unius unitatis* identitatem formalem concludere volunt.

Solutio hujus objectionis videri potest superius ad principium, Quæst in probatione conclusionis generali n. 284. hic insuper negando consequent. Respondeo ex S. *Maximo*, qui mentem *Dionysii* his explicat verbis: *Manifestum, inquit, ipsi scopus est probare Deum, cùm quid unum dicitur non eo modo unum dici, quo cætera quæ sub numerum cadunt, Deus enim unum est, quatenus nempe simplex & individuum, atque differen-*

(o) ἐφ' ἑαυτοῦ μένον, ἀεὶ κατὰ τὰ αὐτὰ καὶ ὡσαύτως ἔχον, πᾶσιν ὡσαύτως παρὸν, καὶ αὐτὸ καθ' ἑαυτὸ ἐφ' ἑαυτοῦ σταθερῶς καὶ ἀχράντως ἐν τοῖς καλλίστοις πέρασι τῆς ὑπερουσίου ταυτότητος ἱδρυμένον, &c.

(p) περὶ τὴν οὐσίαν.

Responsum à Græcis ad Christianos.

(ſ) Non existimandum, quemadmodum in nobis est, aliud quidem quod ſimus, aliud autem quod velimus, ſic etiam in Deo eſſe: ſed in Deo & quod ſit, & quod velit, idem planè eſt. Nam quod eſt, etiam vult, & quod vult, eſt: & nulla eſt in Deo diſtinctio, eò quòd Deus per ſeipſum productus eſt. Quocirca & diſtinctio ejus quod ſit, & ejus quod velit, in Deo rejicienda eſt.

(ſ) Ἀπόκρισις Ἑλληνικὴ πρὸς τοὺς Χριστιανούς. Οὐκ οἰητέον, ὥσπερ ἐν ἡμῖν ἄλλο μέν ἐστι τὸ εἶναι, ἄλλο δὲ τὸ βούλεσθαι, οὕτω καὶ ἐν τῷ Θεῷ, ἀλλὰ τὸ αὐτὸ ἀπαράλλακτον ὑπάρχει τὸ εἶναι καὶ τὸ βούλεσθαι ἐν τῷ Θεῷ, ὃ γάρ ἐστι, καὶ βούλεται, καὶ ὃ βούλεται, ἔστι, καὶ οὐδεμία διαίρεσις ἐπὶ τοῦ Θεοῦ, διὰ τὸ αὐτοπάρακτον εἶναι τὸν Θεόν. ὥστε καὶ τὴν διαίρεσιν τοῦ εἶναι πρὸς τὸ βούλεσθαι ἐπὶ τοῦ Θεοῦ ἀπόβλητον.

ARTICULUS I.

In quo Reſolvitur Quæſtio.

ASSERTIO

S. Iuſtinus cum Scoto juxta ac unus, unius doctrinæ de diſtinctione & identitate in Divinis Coaſſertor.

306. (t) INter alia, quæ Græcorum reſponſum continet veritati diſſona, & quæ ſanctus Martyr per partes refutat, oſtendit *primò* falſum eſſe, *quòd in Deo idem ſit, id quod eſt, & id quod vult*, ſeu ut falsò dicebant Græci, Deum neceſſariò per eſſentiam, non per voluntatem agere & creare. *Secundò* oſtendit Deum eſſe agens voluntarium. *Tertiò*, quòd eſſentia ſit alia à voluntate divina, & viciſſim alia ſit voluntas ab eſſentia; hoc ultimum quod hic in Quæſtione verſatur, & Juſtinum *Scoto* concordem facit, multis & claris probat verbis: Primo (u) *cum Deus obtineat eſſentiam quidem ad id, ut ſubſiſtat, voluntatem verò ad id, ut faciat, qui differentiam eſſentiæ & voluntatis abjicit, ſubſiſtentiam juxta & facturam Dei abjicit: ſubſiſtentiam ſiquidem ipſius, facturam autem eorum quæ non ſunt.* (x) *Secundò* probat ad hominem dicens: *aliam porrò eſſe eſſentiam Dei, & aliam voluntatem, ex verbis etiam reſpondentis* (puta Philoſophi Gentilis) demonſtratur, cùm dicit: nam quod eſt, etiam vult, & quod vult, eſt. *Convertit ſubſtantia voluntatem, & voluntate ſubſtantiam, converſio autem haudquaquam fieri poteſt, niſi ea, quæ convertuntur, ſint aliud atque aliud, ſive ratione, ſive numero. Id quod numero unum eſt, nihil obſtat quin ratione aliud ſit atque aliud* (ubi per rationem non intelligitur [illegible] ratio ut ſolà cogitatione ſint aliud atque aliud.) *ut puta, linea recta, ſubſiſtentia quidem, quantum ad numerum pertinet, una eſt; quantum autem ad rationem rectitudinis & lineæ, aliud atque aliud.* Sed ratio alia & alia a parte rei [illegible] -perta, quod manifeſtè liquet, tum [illegible] tudinis, tum ex iis, quæ [illegible] Tertiò [illegible] ntum probat, *aliud, in [illegible] re, aliud inexiſtere: & [illegible] quid in Deo [illegible] entia, inexiſtit verò eſſentia [illegible] ntas: ergo alia eſt eſſentia Dei & alia voluntas.*

(t) τὸ αὐτὸ ἀπαράλλακτον ὑπάρχει τὸ εἶναι καὶ τὸ βούλεσθαι ἐν τῷ Θεῷ.

(u) Τοῦ Θεοῦ ἔχοντος οὐσίαν μὲν πρὸς ὕπαρξιν, βούλησιν δὲ πρὸς ποίησιν, ὁ ἀπορρίπτων οὐσίας καὶ βουλῆς τὴν διαφορὰν, καὶ τὴν ὕπαρξιν ἀπορρίπτει τοῦ Θεοῦ, καὶ τὴν ποίησιν· ὕπαρξιν μὲν, τὴν αὐτοῦ, ποίησιν δὲ τῶν οὐκ ὄντων.

(x) Ὅτι δὲ ἄλλη ἐστὶν ἡ οὐσία τοῦ Θεοῦ, καὶ ἄλλη ἡ βουλὴ, δείκνυται καὶ ἐκ τοῦ λόγου τοῦ ἀποκρινομένου τοῦ εἰπόντος. Ὃ γάρ ἐστι, καὶ βούλεται, καὶ ὃ βούλεται, [illegible] ἀντιστρέφει τὴν οὐσίαν τῇ βουλῇ, καὶ τῇ βουλῇ τὴν οὐσίαν. ἀντιστροφὴ δὲ οὐδαμῶς ἐνδέχεται γενέσθαι τῶν ἀντιστρεφομένων οὐκ ὄντων ἄλλο καὶ ἄλλο, ἢ τῷ λόγῳ ἢ ἀριθμῷ. τὸ τῷ ἀριθμῷ ἓν ὂν οὐδὲν κωλύει τῷ λόγῳ ἄλλο καὶ ἄλλο εἶναι· οἷον ἡ εὐθεῖα γραμμὴ τῇ μὲν ὑποστάσει ἀριθμῷ μία ἐστὶ, τῷ δὲ λόγῳ τῆς εὐθείας καὶ τῆς γραμμῆς ἄλλο καὶ ἄλλο.

(y) Εἰ [illegible] ἐνυπάρχειν, καὶ ἄλλο, τὸ ἐνυπάρχειν. [illegible] ὑπάρχει μὲν [illegible] ἡ οὐσία, ἐνυπάρχει δὲ ἡ οὐσία [illegible] ἄλλη ἄρα ἡ οὐσία τοῦ Θεοῦ, καὶ ἄλλη ἡ βουλή.

(z) Quar-

(z) *Quartò* sic probat: *Voluntas Dei ex essentia prodit, essentia autem non ex voluntate, ergo alia essentia Dei & alia voluntas est.* Nimirum quia nihil potest prodire ex seipso, quod tamen fieret, si essentia & voluntas, ut volunt Adversarii, sunt unica eademque formalissimè realitas, cùm enim id quod prodit esset formaliter id, ex quo prodit, necessario ex seipso formaliter indistincto prodiret, quod meritò absurdum visum fuit Justino, ergo concluditur ex mente Sancti hujus, quod voluntas ab essentia & vicissim, aliquam admittat essentia à voluntate distinctionem, quæ non subvertat simplicitatem & identitatem realem in Divinis. (u) *Quintò*, paucis deinde interjectis respondentem ad impossibile ducit arguens illum contradictionis, quod ex mente sua sit & non sit differentia aliqua, sive quòd tollat distinctionem inter essentiam & voluntatem Dei, & non tollat: tollat quidem per hypothesin responsi; non tollat *primò* his verbis: *sed idem planè est.* Secundò iterum his verbis: *sed & quod sit, & quod velit, idem est in Deo.* Ex quo sic argumentatur: (a) *Sicut aliud respectu alius, alterum est, sic & idem respectu alius omninò idem est. Consimiliter autem & omninò respectu alius omninò est.* Notetur vis argumenti, quòd idem alteri non sit formaliter ipsum alterum, sed ita sit idem alteri, ut respectu istius alius cui identificatur, & *sit*, & illi, non ut formaliter sibi ipsi, sed ut alteri formaliter distincto, *idem sit*, unde rectè infert: *Atqui si*, inquit, *idem est essentia Dei & voluntas, erit omninò aliud atque aliud*, puta non reali distinctione, cùm in argumento realiter supponantur idem esse: consequens est, quòd formali distinctione, quæ non solvit identitatem realem, sint aliud & aliud, nam mox pergit: (b) *Sin minus, alio atque alio sublato, tolletur necessariò & id, quod sit essentia Dei & voluntatis, atque etiam ejus quod omninò sit*; quod est dicere; sublatâ alietate & distinctione inter essentiam & voluntatem, necessariò sequi, ut tollantur & ratio formalis propria essentiæ, & ratio formalis propria voluntatis, cùm impossibile sit, ut sint formaliter in identitate reali aliud & aliud, nisi ibi sint secundùm alias & alias rationes formales in seipsis formaliter à parte rei inconfusis, ita ut verè ante operam mentis formalitas unius non sit formalitas alterius, stat ergo secundùm Justinum alietas & distinctio formalis; aliàs nullam argumentum Justini efficaciam haberet.

Quæ est inter vim & actionem distinctio, eadem est inter velle & voluntatem.

Amplius infra disertis verbis voluntatem ut se habet per modum actus primi, distinguit etiam à velle: ut dicit quasi actum secundum & operationem divinam, *quæ* (c) inquit, *differentia est potentiæ ad actum, ea est voluntati ad ipsum velle*, subaudi, salvâ in divinis identitate reali. *Fieri autem nequit, ut velle quidem à voluntate differat, à volente autem non differat: at si nulla ratione fieri potest, ut idem sit velle voluntas & volens, certum est qui à Deo & voluntate aliud atque aliud rejicit, eum differentiam inter agentem & actum rejicere.* Simili ferè modo infra

(z) Εἰ ἡ μὲν βουλὴ τοῦ Θεοῦ ἐκ τῆς οὐσίας, ἡ δὲ οὐσία οὐκ ἐκ τῆς βουλῆς, ἄλλη ἄρα ἡ οὐσία τοῦ Θεοῦ, καὶ ἄλλη ἡ βουλή.

(u) Ὁ ἀποκρινάμενος δι᾽ ἑτέρας φωνῆς ἀναιρεῖ τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς βουλῆς τὸ ἕτερον, δι᾽ ἑτέρας δὲ φωνῆς τοῦτο τίθησιν. ἀναιρῶν μὲν τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς βουλῆς τὸ ἕτερον, ἔλεγεν, οὐκ οἰητέον, ὥσπερ ἐν ἡμῖν ἄλλο μέν ἐστι τὸ εἶναι, ἄλλο δὲ τὸ βούλεσθαι, οὕτω καὶ ἐν τῷ Θεῷ. Differentiam verò ponens, Ἀλλὰ τὸ αὐτὸ ἄντικρυς ὑπάρχει: & iterum: Τὸ δὲ εἶναι καὶ τὸ βούλεσθαι ταυτὸν ὑπάρχει τῷ Θεῷ.

(a) ὥσπερ γὰρ τὸ ἕτερον ἄλλο ἄλλῳ ἐστὶν ἕτερον, οὕτως καὶ τὸ ταυτὸν ἄλλο ἄλλῳ ἐστὶν ἄντικρυς ταυτὸν ὡσαύτως δὲ καὶ τὸ ἄντικρυς ἄλλο ἄλλῳ ἐστὶν ἄντικρυς. ἀλλ᾽ εἰ ταυτόν ἐστιν ἡ οὐσία τοῦ Θεοῦ, καὶ ἡ βουλὴ, ἄντικρυς ἐστὶν ἄλλο καὶ ἄλλο.

(b) εἰ δὲ μήγε, ἀναιρουμένου τοῦ ἄλλου καὶ ἄλλου, ἀναιρεθήσεται ἐξ ἀνάγκης τὸ ταυτὸν τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ, καὶ τῆς βουλῆς, καὶ τοῦ ἄντικρυς.

(c) καὶ εἰ ἔχει διαφορὰν ἡ δύναμις πρὸς τὴν ἐνέργειαν, ταύτην ἔχει ἡ βουλὴ πρὸς τὸ βούλεσθαι. ἀδύνατον δὲ τὸ βούλεσθαι πρὸς μὲν τὴν βουλὴν ἔχειν τὴν διαφορὰν πρὸς δὲ τὸν βουλόμενον μὴ ἔχειν. εἰ δὲ οὐδενὶ λόγῳ δυνατὸν ταυτὸν εἶναι τὸ βούλεσθαι, καὶ τὴν βουλὴν, καὶ τὸν βουλόμενον, δῆλον ὅτι ὁ ἀπορρίπτων τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ βούλεσθαι τὸ ἄλλο καὶ ἄλλο, τοῦ ἐνεργοῦντος καὶ τῆς ἐνεργείας ἀπορρίπτει τὴν διαφορὰν ὅπερ ἄτοπον.

distinguens voluntatem ab essentia cui inexistit, ait : *Voluntas vel substantia est, vel adest illi.* pura per realem identitatem , *si substantia est, non est is qui vult si adest, necessariò est aliud & aliud, non enim id quod sit, & id quod adsit, idem.* Hæc & alia S. Martyr ad probandum distinctionem divinæ voluntatis ab essentia quæ apud ipsum legi possunt, & magis explicantur in responsione ad secundam objectionem.

ARTICULUS II.

In quo. Solvuntur Argumenta in oppositum.

307. NOn sunt dissimulanda , quæ in oppositum afferri possunt. Unde

Sylburgius fere-patenat. *Objicies primò*, Frustra obtrudunt Scotistæ Justinum, qui, ut *Sylburgius* citans *Personium in princip. lib. S. Justini*, post Veterum elogia refert, in dubium vocatur, sitne illius libri Confutationis Responsionum Græcanicarum ad quinque Quæstiones Christianas Auctor, nec ne; imò quod non sit, & stylus arguit, & scabiosæ Manichæorum hæreseos taxatio , quæ longo tempore post Justini fata fuit excitata.

308. *Secundò*, Argumenta allata non loquuntur de voluntate , prout dicit quasi actum primum in Deo , sed de voluntate pro eo, quod per illam esse incipit, quomodo in Scriptura multæ Dei inveniuntur voluntates , cùm dicant Ps. 113. *Omnia quæcunque voluit fecit.* Et Athanasius lib. 2. *de Trinit. in Scholiis Eunomii & responsione Orthodoxi ad illa*, dicit ; talem voluntatem non esse idem cum essentia , habere initium & finem probans contra Arianos signanter contra *Anomœum*, Filium Dei esse genitum ex substantia, nos ex voluntate prodiisse. Simile legitur apud Athanasium lib. de Trinit. Dial. 1 post initium, dicentem: *Voluntas & incipit & desinit.* Et quod in hoc sensu loquatur *Justinus*, patet primò, quia utitur hisce argumentis: (d) *Essentia Dei fieri non potest, ut essentia non sit, voluntas autem Dei, ut non velit, fieri potest: voluit volunt Deus facere solem unum , secundum solem facere non voluit, &c.----- si ita se habet, alia est essentia Dei & alia voluntas.* Mox infra sic discurrit ad hominẽ: *Si, inquit, Deus id quod est, etiam vult, nempe non voluntas fuerit, sed id quod voluntate expetitur, quomodo igitur idem est cum essentia voluntas? cum voluntas & id quod voluntate expetitur, aliud & aliud sit, sicuti sensus, & id quod sub sensum cadit.*

309. Tertiò , in membro secundi Responsi sic discurrit: (e) *Aut voluntas substantia est, aut adest substantiæ; ut si substantia est, non est qui vult,* sin substantiæ adest , necessariò aliud atque aliud est. *Nam si multa vult Deus , multa autem non est ergo voluntas apud Deum non est idem cum substantia* Et iterum: (f) *Si quæcunque vult, facere potest, non autem quæcunque facere potest, facere vult , non est apud Deum substantia & voluntas idem.* quibus locis manifeste patet *Justinum* ibi non agere de voluntate, ut est attributum divinum , consequenter neque de distinctione illius ab essentia, ut talis est.

(d) Ἡ οὐσία τοῦ Θεοῦ , τὸ μὴ εἶναι οὐσία οὐ δέχεται. ἡ δὲ βουλὴ τοῦ Θεοῦ, δέχεται τὸ μὴ βούλεσθαι οἷον, ἐβούλετο ὁ Θεὸς ποιῆσαι ἕνα ἥλιον, δεύτερον ἥλιον οὐκ ἐβούλετο ποιῆσαι --- . ἀλλ' εἰ τοῦτο, ἄλλο ἄρα ἡ οὐσία τοῦ Θεοῦ, καὶ ἄλλη ἡ βουλή. Εἰ ὅ ἐστιν ὁ Θεὸς τοῦτο καὶ βούλεται, δηλονότι βουλητόν ἐστι, καὶ οὐ βουλή. πῶς οὖν ταὐτόν ἐστι τῇ οὐσίᾳ ἡ βουλή, τοῦ βουλητοῦ καὶ τῆς βουλῆς ἄλλου καὶ ἄλλου ὄντος, καθάπερ τὸ αἰσθητὸν καὶ ἡ αἴσθησις.

(e) Τὸ βούλεσθαι, ἢ οὐσία ἐστὶν, ἢ πρόσεστι τῇ οὐσίᾳ. ἀλλ' εἰ μὲν οὐσία ἐστιν, οὐκ ἔστιν ὁ βουλόμενος· εἰ δὲ πρόσεστι τῇ οὐσίᾳ, ἐξ ἀνάγκης ἄλλο καὶ ἄλλο ἐστίν. οὐκ ἔστι γὰρ τὸ ὂν, καὶ τὸ προσὸν, ταὐτόν.

(f) Ὁ Θεὸς εἰ ὅσα μὲν βούλεται ποιεῖν, δύναται ποιεῖν. οὐχ ὅσα δὲ δύναται ποιεῖν, βούλεται ποιεῖν. οὐ ταὐτὸν ἄρα παρ' αὐτῷ τὸ εἶναι τῷ βούλεσθαι.

Ad primum respondeo, *Sylburgium* non negare simpliciter *Justinum* Auctorem harum quinque Quæstionum, sed in dubium vocare cum protestatione tamen, quod dubitet de suo dubio: *Nolim tamen*, inquit, *hac* (quæ ipsi dubium injecerant) *eo à quopiam rapi quasi ego certi quidpiam de hoc definiam; sed iis, ad quos præcipue de talibus judicare pertinet, omnem de hoc permitto calculum.* Ita ille. Et benè, nam quæ moverunt suspicionem Perionio & Sylburgio, qui Perionium prosequitur, licèt in præfatione ad Rempublicam Argentoratensem dicat, illum non satisfacere eruditis in Justini versione, exigui sunt momenti. Quid enim frequentius quàm quòd nonnulla, quæ tunc gliscere incipiebant, à SS. PP. olim reprobata, postmodum ab impiis hæreticis, qui mel in fel vertere norunt, resuscitata, in pravitatis suæ dogma trahi contingat? nonne vidimus exempla hoc sole nostro? quidni successu temporis ortâ hæresi Manichæorum occasione quæstionis primæ, quâ perturbant Christiani à Græcis, *An (g) si summo bono summum opponatur malum: summum autem bonum sit Deum verum nosse non summum malum fuerit illum ignorare*, illis respondentibus, nullum esse summum malum, quale postea Manichæorum hæresis docuit, mirum non est quempiam hunc inseruisse hujus infamæ Patronos, & sic intrasse nomen Manichæorum per hoc non magis definit liber ille esse Justini, quàm Oratio Dominica definit esse Christi, esto apud Ecclesiam Græcam irrepserit in codicem Evang. Matthæi cap. 6. post illa verba: Sed libera nos à malo, & à Chrysostomo super Matth. hō. 20. exponatur illa clausula ὅτι σοῦ ἐστιν ἡ βασιλεία, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ δόξα, εἰς τοὺς αἰῶνας, ἀμήν. *Quoniā tuū est regnū, & potentia, & gloria in sæcula. Amē.* Idque occasione consuetudinis, quod juxta lyturgiam suam in Missa postquam Chorus dixit, *Sed libera nos à malo.* Sacerdos Choro respondens dictam clausulam solemniter recitare solitus fuerit, quæ in nullo reperitur exemplari latino, nec ullus veterum Interpretum illius mentionem facit, ut notatur in Bibliis Regiis l. c. ad marginem. Ad hæc lege Præfationem Thom. B. in quinque Dialogos Athanasii de SS. Trinit. & habebis quid simile, *quinque*, inquit, *Dialogorum exemplar in nonnullis mutilum, nonnullis etiam sed paucissimis depravatum inveni, quod* γενητὸς & ἀγένητος *sæpè scriptum est* pro γεννητὸς & ἀγέννητος. Et mox: *Quatuor ex istis prioribus Athanasio illi Magno sunt inscripti: etiamsi alienà manu annotatum erat ad primi Dialogi marginem*, τὸν παρόντα διάλογον οἱ μὲν Ἀθανασίου οἱ δὲ Μαξίμου εἶναι λέγουσιν, id est, præsentem Dialogum, aliqui dicunt esse Athanasii, aliqui verò, quod sit Maximi. Pergit Interpres: *& habebat etiam liber ille Maximi nonnulla, ejus videlicet, qui multis post Athanasium annis Monophysitarum hæresim refutavit.* Quo non obstante judicat ibi illum Athanasii esse, *quamvis postea magis grassari videantur Apollinaristæ & Macedonii, quorum demum hæresis in Oecumenico Concilio sub Theodosio Magno proscripta.* Ex eo itaque quod aliquid inveniatur operi velut fœtum ablactato annatum, quòd post Auctoris fata scriptum vel actum fuit, Auctor propterea non est illo spoliandus. Addo, quod in S. Basilio ad Epistolam 61. ad Jacobum Microœum, eò quòd ibi invehatur in mores sui temporis, quo gliscebat error, quem postea Lutherus resuscitavit, Patrum videlicet dogmata contemnebantur, Apostolicæ traditiones annihilabantur, & Recentiorum hominum inventa [illegible] inferebantur, &c. ad marginem appositum est: *Non igitur tragœdia Lutheranorum nova est*, quæ verba si fuissent corpori inserta, ad capiendam Lutheri hæresin, ut fieri potuisset, quis vellet ideo negare Basilium illius Epistolæ Auctorem?

Deinde constat *Eusebium*, *Hieronymum*, aliosque Scriptores antiquos in Ecclesiasticorum Scriptorum catalogo recensere librum quinque Quæstionum, qui *Elenchus* dicitur, seu liber Confutationis Responsionum Græcarum, eumque Justini scriptis communicare, sic Eusebius loc. cit. de Justino ait: *Aliud præterea ejus opus contra Gentiles scriptum, in manus nostras pervenit, quod* Elenchum *inscripsit.* Hieronymus autem, *& quartum volumen* scilicet Justini extat adversus Gentes, cui titulum prænotavit ἔλεγχος, quod confirmat insuper Honorius Augustodunensis Presbyter in libello de luminaribus Ecclesiæ, id est, de Scriptoribus Ecclesiasticis, *Justinus*, inquit, *Philosophus de Neapoli urbe Palestinæ Patre Prisco Bacchio* scripsit libros quatuor pro religione Chri-

(g) Εἰ τῷ μεγίστῳ ἐν ἀνθρώποις ἀγαθῷ μέγιστον ἀντίκειται κακόν, μέγιστον δὲ ἐν ἀνθρώποις ἀγαθὸν τὸ γινώσκειν τὸν ὄντως Θεόν, μέγιστον ἄρα κακὸν τὸ τοῦτον ἀγνοεῖν.

ἔλεγχος

sti contra Gentes, ubi, ut ipse fatetur *Sylburgius* loc. cit. quartum librum intelligit, qui Elenchus inscribitur.

311. *Ad secundum* respondeo Justinum hîc partes egregii Philosophi agere, nam ut fortius prosternat Gentes, qui adimebant Deo liberam voluntatem, probat per ordinem ad creaturas voluntatem Deo competere, eo quòd actualiter per earum creationem & conservationem liberè ad illas terminetur, ac proinde, quòd de voluntate prout dicit quasi actum primum in Deo locutus fuerit nemo rationabiliter videtur posse dubitare, nam primò certum est eum velle rerum creationem esse à voluntate, non, ut mox infra, ab essentia. Secundò, ad quid tam operosè probaret distinctionem voluntatis ab essentia, si voluntas acciperetur pro factura extra Deum, cùm nemo talis fungus sit, qui neget facturas distingui à suo factore. Secundò ipsæ rationes pro assertione adductæ evidenter manifestant illum loqui de voluntate & illius ab essentia distinctione, ut refert infinitam Dei potentiam ad omne factibile, (h) *Cùm Deus*, inquit, *primâ ratione sub n. 306. obtineat essentiam ad id, ut subsistat, voluntatem ad id ut faciat.* Ubi si in hac ratione voluntas acciperetur pro factura, quæ esse incipit, absurdè diceretur à S. Justino, *voluntatem esse ad id, ut faciat*, nam nonne illa esset ad id, ut faceret seipsam? quod si est impossibile, & alterum quod voluntas ab essentia Dei distincta ibi intelligatur pro factura. Idem intentum clarè habetur ex secunda ibidem, in qua ad mentem respondentis Græci arguitur à convertibilitate logica substantiæ cum voluntate, & voluntatis cum substantia, quia *quod est*, ait respondens, *vult*; *& quod vult, est.* Neque *τὸ quod vult*, accipi debet transitivè, perspicuum enim est, Deum non esse repulia & natalia, consequenter & quod nec voluntas in hac ratione pro hujusmodi supponat. Tertia ratio, quæ per inexistentiam voluntatis in divina essentia, distinctionem probat illius ab illa, nimirum quia nihil inexistit sibi ipsi, similiter excludit voluntatem suscipiam pro eo quod incipit esse, nulla siquidem creatura, sicut non est realiter Deus, ita neque inexistit essentiæ Dei, & sicut voluntas Dei è contra realiter inexistit essentiæ, ita realiter prodit ex illa, ex quo patet, quòd quarta item ratio agat de voluntate & distinctione illius ab essentia, quatenus est attributum illius, id denique & ponissimum patet ex quinta, quæ aliud & aliud in reali supponit identitate, qualis nequit esse inter Deum, & res quæ non sunt ipse realiter Deus. Itaque cadit argumentum in contrarium, quâ repugnat nostræ Assertioni, esto non inficiamur Justini rationes in objectione allatas, de altera quoque voluntatis usurpatione disserere ob causam prætactam, nimirum ut à facturis extra Deum ostenderet in Deo esse voluntatem & potentiam liberam ad ea, quæ per ipsam facta sunt terminatam, aut ad factibilia & liberè extra causas producenda, aut intra eas in classe possibilium relinquenda, & sic res mundi non esse Deo, ut Gentes autumabant consubsistentes neque naturali necessitate & præter illius voluntatem, quibus conformiter ante quæstionis medium concludit Deum (i) *creare non essentia, sed voluntate*, quod & probat ab absurdo per similitudinem. (k) *Si enim*, inquit, *quemadmodum cum compositione linearum simul subsistunt anguli, sic & mundus consubsistit Deo : sane quidem præter voluntatem coactus mundum Deus creat, non per se, sed accidentia : coactu enim & accidentia simul cum linearum positione, anguli consistunt.* Hæc satis explanant intentum Justini in eo fuisse, ut probaret dari in Deo voluntatem ab essentia formaliter distinctam, quæ esset immediatè principium rerum omnium quæ incipiunt, & quæ propterea, quòd sint productæ per illam, tam indubitatum sunt illius argumentum, ut & voluntates à suo denominentur principio.

312. Ex quibus responsum, quod posset dari ad rationes *Justini*, nimirum eum loqui per ordinem ad nostros conceptus corruit : insuper cùm dicit rerum creationem (quæ sine dubio absque opera nostri intellectus est à parte rei & independenter à nostris conceptibus) esse à voluntate Dei, non ab essentia, perspicuum est, eum loqui per ordinem ad ipsas rationes formales, Deoque intrinsecas, adeoque voluntatem divinam non esse formaliter ipsam Essentiam, ut ex Adversariis agnoscit *Vasq.* 1.p.q.4 a 2.n.1... qui, ut notat *Standenbecht* part. 2. c. 2. §. 4. vult Justinum non loqui tantùm de velle libero & ad creaturas termi-

(h) Τοῦ Θεοῦ ἔχοντος οὐσίαν μὲν πρὸς ὕπαρξιν, βούλησιν δὲ πρὸς ποίησιν.

(i) οὐκ ἄρα τῷ εἶναι ποιεῖ, ἀλλὰ τῷ βούλεσθαι.

(k) Εἰ ὥσπερ τῇ συνθέσει τῶν γραμμῶν συνυφίσανται αἱ γωνίαι, οὕτως καὶ ὁ κόσμος τῷ Θεῷ. ἀναγκαστικῶς ἄρα καὶ ἀβουλήτως ποιεῖ τὸν κόσμον ὁ Θεὸς, κατὰ συμβεβηκὸς, καὶ οὐ καθ' αὑτό. ἀναγκαστικῶς γὰρ καὶ κατὰ συμβεβηκὸς συνυφίστανται αἱ γωνίαι τῇ θέσει τῶν γραμμῶν.

nato,

nato, quia apertè distinguit hæc duo, *voluntatem* & *velle*, dicens: *quod nullâ ratione fieri potest, ut idem sint, velle, voluntas.* Item *quæ est inter vim & actum distinctio, eadem est inter velle & voluntatem*, quæ coincidunt cum iis quæ supra sub fine numeri 306. ex Justino attulimus.

QVÆSTIO III.

Quid ad idem Argumentum tenuerit Cyrillus Alexandrinus?

SVMMARIVM.

1. *Quis & quæ Cyrilli eminentia. n.313.*
2. *Cyrillus Scoto Subtili subtiliter prævit in doctrina de distinctione & identitate in divinis. Ibidem.*
3. *Filium in hypostasi unitum esse Deo Patri conjunctim & discretim, quo sensu verificetur? n. 313.*
4. *Pater Deus est, non eò quo Pater, neque Filius filiatione Deus, sed Filius. n.314.*
5. *Miracula, quæ Pater facit, indivisim & Filio & Spiritui sancto tribuenda, & quare: n.315.*
6. *Cyrillus attributa ab essentia discernit. n.317. & seqq.*
7. *Afferuntur rationes in contrarium, & Cyrillus* Hierosolymitanus *opponitur Cyrillo Alexand. n.320. & seqq.*
8. *Dispunguntur, & quædam quo intellectu accipienda, expenduntur. n.324.*

Cyrillus Episcopus Decus Carmeli, magnus

CYrillus teste *Joanne Tritbemio* Abbate *Spanheimensi* de Ecclesiasticis Scriptoribus, vir egregius, Episcopus extitit Alexandrinus, natione Græcus, montis Carmeli quondam Decus, non minus doctus ac sanctus, jussu Cælestini Papæ in Concilio ducentorum Patrum apud Ephesum præsedit, in quo *Nestorium & Pelagium* cum erroribus eorum condemnans, multas elegantes sententias dixit, multaque scripsit utilissima Ecclesiæ Dei, ex quibus aliqua ad propositum infra producemus. Sit

fuit semper in Ecclesia Dei.

ARTICULUS I.

Quid sentiat Cyrillus de distinctione Relationum ab Essentia Dei?

ASSERTIO

Cyrillo Scotus, Scoto Cyrillus in unius doctrinæ positione de distinctione Relationum ab Essentia in Divinis apprimè parallelus.

313. HOc quàm facilè sit ostendere, non uno solùm perspicuum est loco & libro, quibus Cyrillus Scoto prævit, & docuit distinctionem in Divinis, quæ non sit rationis tantùm, neque tamen strictè realis, sed formalis ad mentem Subtilis.

Probatur primò ex lib. de *Trinit. Dialogo* primo inter *Cyrillum & Hermiam*: (l) *Filius, ait, non est in aliâ essentiâ, quàm ea, quæ est ut Dei, est tamen in alia hypostasi, quæ est ut Filii*, mox Hermiâ sciscitante: (m) *quid ergo? aliudne est essentia, & alia hypostasis?* (n) Etiam respondet Cyrillus, moxque causam responsi subnectens (o) multum *enim*, inquit, *est inter illa discriminis ac intervalli*; ubi multum æquivalet magno discriminis, at si solum esset distinctio rationis inter substantiam & subsistentiam, perperam diceretur, multum esse discriminis, nisi fortè velis quòd negatio nostri intellectus inducat multum discriminis ac intervalli in ge-

(l) Οὐκ ἐν οὐσίᾳ μᾶλλον ἑτέρᾳ παρὰ τὴν αὐτοῦ ἀλλ' ἐν ὑποστάσει τῇ ὡς υἱοῦ.

(m) ἕτερον γάρ τι οὐσία, καὶ ἕτερον ὑπόστασις.

(n) Ναί.

(o) πολὺ γὰρ τὸ διεῖργον, καὶ διὰ μέσου χωροῦν, &c.

nere

nere distinctionis, sed nunne distinctio rationis distinctionum minimaeve minor tantò minimâ reali ut à parte rei sit nulla, nullumque rei intervallum, sed unum & idem prorsus denotet duobus tantùm actibus & modis conceptum. Itaque ridiculum esset dicere, quod per distinctionem rationis habeatur multum inter essentiam & subsistentiam discriminis, cùm certum sit, Cyrillum non loqui de distinctione reali strictè, fide tenemus enim Essentiam divinam non distingui realiter à subsistentiâ, ut catholicè intelligatur, superest, ut sit discrimen saltem ex natura rei formale per distinctionem *Scoti*, quæ etsi inter eas distinctiones, quæ à parte rei possibiliter sunt, sit minima, multum tamen discriminis afferre censenda est, quia facit verè & sine fictione dissidere formalitatem à formalitate, quarum tamen non solvit simplicitatem & identitatem realem, id quod idem Sanctus mox in sequentibus subtiliter confirmat, dum concludit mox infra ibidem: (p) *Consubstantialem ergo Deo & Patri Filium esse cùm fatemur, in propriâ hypostasi conjunctim simul & discretim unitum esse dicimus, identitatis rationibus necessariò admodum conjungentes personarum aut nominum distinctionem & hypostaseon diversitatem, &c.* Atqui solum porest esse conjunctim & discretim unitus Filius in hypostasi cum essentiâ Patris, non cum hypostasi Patris; quo pacto enim, cùm indubitatum sit, quòd hypostasis Paternitatis, non sit unita etiam discretim cùm ipsâ filiatione in Filio, nimirum quiâ aliqua realiter distinguuntur, nullo modo possunt dici uniri, seu aliquo modo, qua taliter distincta sunt, non esse distincta taliter, ergo Filius dicitur conjunctim Patri unitus per formalem identitatem in unâ simplicissimâ essentiâ, Patri Filioque communi; simul autem discretim seu discretione formali unitus per identitatem realem in hypostasi cum sola essentiâ Patris, quæ identitas, quâ Filius dicitur Patri discretim unitus, suppositâ fide, quod Pater & Filius nullo modo in hypostasibus sibi uniantur, non est conceptibilis, nisi aliqua inter essentiam & hypostasin sit discretio explicata per distinctionem Scoti formalem, identitati earundem inter se per illam realiter identificatarum minimè exitialem; consequentia patet, quia *Cyrillus* sanùs expositurus, qualiter, cùm Filius in hypostasi conjunctim & discretim unitus Patri, personarum salvetur diversitas, quâ non solvitur earum in essentia unitas, vicissim quomodo nec per unitatem solvatur personarum diversitas, statim recurrit ad rationes *identitatis* in plurali, seu talis identitatis, quæ non excludit ab essentia plurium discretionem formalem rationum, nempè per infinitatem eum eâdem essentiâ realiter identificatarum. (ξ) *conjunctim simul & discretim*, inquit, *unitum esse dicimus*, identitatis rationibus *necessariò admodum conjungentes personarum & hypostaseon distinctionem & diversitatem*; ubi identitatis rationes indubiè intelligit esse hypostases & essentiam inter se realiter non formaliter identificatas, ne si esset omnimoda & formalissima identitas inter ipsas hypostases & essentiam, ipsa essentia videretur plurificari, ob imbibitum in se per formalissimam Hypostaseon identificationem, numerum personarum, & vicissim, personas ob imbibitam similiter in ipsis Essentiæ unitatem per formalissimam identificationem earundem cum illa censeretur esse quid unum. Per identitatis ergo rationes aliquo pacto inter se distinctas evitat hæc absurda *Cyrillus*, omnemque contradictionis sequelam, nimirum Deũ esse unum in Essentia, quia sic fides docet, & non esse unum in essentia, quia non est unus in personis, quæ essent ipsa formaliter essentia, seu nulla prorsus formalitate aliud ab illa. Et vicissim esse trinum in personis, quia fides docet; & non esse trinum in personis, quia non est trinus in essentia, quæ formalissimè esset ipsæ hypostases personas cōstituentes, nullàque prorsus formalitate aliud ab illa contra fidem & rationem meritò proindè & seitè dixit, *necessariò admodum identitatis rationibus*, essentia scilicet & hypostasibus ab illa formaliter, inter se realiter distinctis, (q) *conjungentes personarum distinctionem & hypostaseon diversitatem*, &c. ubi quemadmodum *Doctor Subtilis* 1. d. 2. q. 1. ad hoc propositum ait: *non videtur intelligibile, quòd essentia non plurificetur, & supposita sint plura, nisi aliqua distinctio ponatur inter rationem essentiæ & rationem suppositi*. Ita Cyrillus ad identitatis rationes formaliter in identitate reali distinctas, seu unitum & discretim unitas. Sese referens, in-

Quid sit conjunctim & discretim unita esse.

Doctor Subtilis.

(p) Ὁμοούσιον λοιπὸν τῷ θεῷ καὶ πατρὶ τὸν υἱὸν ὁμολογοῦντες ὑπάρχειν, ἐν ἰδίᾳ τε ὑποστάσει, συναφῶς τε ἅμα καὶ διωρισμένως ... φαμὲν ... λόγοις ἀναγκαιοτάτως ἐν μάλα ... τῶν προσώπων ἤτοι τῶν ὀνομάτων τὴν διαστολὴν, καὶ τὴν τῶν ὑποστάσεων ἑτερότητα, &c.

(ξ) συναφῶς τε ἅμα καὶ διωρισμένως -- τοῖς τῆς ταυτότητος λόγοις ἀναγκαιοτάτως ἐν μάλα συνάπτοντες, &c. vide supra sub l. p.

(q) συνάπτοντες τῶν προσώπων, &c. vide supra sub l. p.

quit,

quit: (r) *Ob hoc ipsum & solum est, ut ne essentia omnimoda similitudo & illa identitas, & per omnia incommutabilitas, quæ est cùm in Patre, tum in Filio deleat aliquo pacto differentiam, efficiatque ut ægrè admodum discerni possit id quod singulariter proprium est utriusque.*

314. Probatur secundò ex Dialogo VII. de Trinit. ubi disertis verbis docet Patrem non esse paternitate formaliter Deum, sed Patrem, neque Filium filiatione formaliter Deum, sed Filium; è contra autem quod Pater Deitate sit formaliter Deus, non Paternitate; Filius Deitate formaliter Deus non filiatione, (s) *Non enim, inquit, in eo quòd est Pater, Deus est Pater, neque rursus in eo quòd Filius, Deus est Filius: alioqui responde: nunquid plane fiet quod gignit & genitum est, Deitas est secundùm naturam: omnino sequetur ut quodcunque genuit aut genitum est, futurum quoque sit reverà Deus? atqui temerarium istud plane dictu est. Non enim Deus est Pater, quia genuit, neque rursus Deus est Filius, quia genitus est: sed Deus existens, genuit Pater, & Deus existens genitus est Filius.* Potuissetne amplius & melius exprimere Assertionis intentum? plane particula *non in eo.* cùm in omnium sententia, id quo Pater & Filius constituitur Deus, & quo constituuntur Pater & Filius, habet esse à parte rei, non significat conceptus nostros, sed id quo à parte rei Deus est & quo formaliter non est Pater, & vicissim id quo à parte rei Pater est, & quo formaliter non est Deus, consequenter vel hanc particulam *non in eo,* è Cyrillo expungere, vel à parte rei distinctionem aliquam cum Scoto Deo intrinsecam concedere coguntur, quia pro eo & ipsa clamat ratio, nam si in Patre Deitas & Paternitas essent prorsus formaliter eadem ac unicissima realitas objectiva, tunc Pater esset non solum paternitate, sed etiam Deitate formaliter Pater, & è contra tam Paternitate esset formaliter Deus, quàm Deitate: sequela patet, quia est Pater formaliter paternitate, sed illa Paternitas esset formalissima ipsamet Patris Deitas, nec ulla ratione à parte rei aliud ab illa, adeoque contra *Cyrilli* authoritatem & veritatem *in eo* quo est Pater, esset Filius.

315. Tertiò alia adest Cyrilli authoritas contradistinguens hypostases à Deitate, & vicissim Deitatem ab hypostasibus & personis, significans illas non esse principium faciendi opera ad extra, sic lib. 7. & 8. fragmentorum in Joannem, in illa verba: *Opera quæ ego facio in nomine Patris mei, hæc de me testantur,* ait: (t) *Pater miracula facit, non quia Pater facit, sed quia natura Deus est: & Filius non quia Filius est, sed ut Deus ex Deo est, potest & ipse opera Patris præstare.* Sentè explicat phrasim Scripturæ & Patrum, qui, cum supposita denominentur ab actionibus, juxta id; *actiones sunt suppositorum,* opera ad extra aliquando soli Patri quà Pater est, aliquando soli Filio quà est Filius attribuere videntur, quomodo *Nazianzenus* de

Nazianzenus. Christo ait: θαυματουργεῖ γάμῳ patrat in nuptiis miracula, ne aliquid simile cuipiam secun-

(r) κατ' αὐτὸ δὴ τοῦτο καὶ μόνον, ἵνα μὴ τὸ τῆς οὐσίας εἰς πᾶν ὁμοιοῦν ἐμφερὲς, καὶ τὸ κατὰ ἄμφω ταυτὸν ὡσαύτως ἔχον ἀπαραλλάκτως ἔν τε τῷ πατρὶ καὶ τῷ υἱῷ, καταλείπῃ τρόπον τινὰ τὴν διαφορὰν καὶ δυσδιάκριτον ποιῇ τὸ ἀναμέρος ἴδιον ἑκατέρου κατεργάσασθαι πως.

(s) οὐ γὰρ ἐν γε τῷ εἶναι πατὴρ, Θεός ἐστιν ὁ πατὴρ· οὐδ' αὖ ἐν τῷ εἶναι υἱὸς, Θεός ἐστιν ὁ υἱός. ἢ πόθεν φράσον. ἆρ' οὐχὶ πάντῃ τε καὶ πάντως, εἰ τὸ γεννῶν καὶ γεγεννημένον, τοῦτό ἐστι θεότης τε κατὰ φύσιν, πᾶν ὅ τι τίκτοιεν ἤτοι γεγένηνται, οὐδὲν ἄλλο πάντως ἔσται, ἢ Θεοὶ ἀληθῶς; ἀλλ' ἔστι θρασὺς ὁμολογουμένως ὁ ἐπὶ τῷδε λόγος. οὐ γὰρ θεὸς ὁ πατὴρ, ὅτι γεγέννηκεν, οὐδ' αὖ θεὸς ὁ υἱὸς, ὅτι γεγέννηται, ἀλλὰ θεὸς ὢν τέτοκεν ὁ πατὴρ, καὶ θεὸς ὑπάρχων γεννητός ἐστιν ὁ υἱός.

(t) ἐπεὶ δὲ ὁ πατὴρ, οὐχ ὅτι πατήρ ἐστι, ποιεῖ τὰ θαύματα, ἀλλ' ὅτι Θεός ἐστι φύσει· καὶ ὁ υἱὸς ἄρα, οὐχ ὅτι υἱός, ἀλλ' ὡς Θεὸς ἐκ Θεοῦ, δύναται καὶ αὐτὸς τὰ τοῦ πατρὸς ἔργα ποιεῖν.

dùm

dùm verborum corticem in mentem venire subeat, quasi Pater quà Pater est, & Filius quà Filius sit θαυμαλοποιὸς, id est, miraculorum patrator, cùm certum sit opera Dei ad extra ob unitatem principii esse indivisa, indirectè opponit naturam hypostasibus significans illam, non has, habere essentialem rationem principiandi miracula, ac operandi ad extra; at si nulla foret distinctio à parte rei inter naturam & hypostases, hujusmodi contradictionis oppositio inter eas stare non posset, & luce meridianà clarius esset, quòd Pater ob omnimodam Deitatis & Paternitatis identificationem in unam formalissimam realitatem omnis à parte rei distinctionis nesciam tàm quà Pater, quàm quà Deus, & vicissim Filius ob eandem causam, tàm quà Filius, quàm quà Deus faceret miracula.

316. Quartò idipsum perspicuè docet Assertione trigesima prima, seu secundùm ordinem aliorum libro undecimo Thesauri in fine capitis primi. (u) *Multa, inquit, de Deo prædicantur, quorum singula non quid essentialiter Deus sit, significant*, sed aut quid non sit, puta quod sit ingenitus, immortalis, invisibilis, &c. aut relationem quandam ad exprimendam distinctionem *ostendunt*, ecce relatio juxta Cyrillum, non Essentiam Dei, sed quod Essentiæ inest, ostendit: ergo aliquo pacto, aliud est relatio, aliud Essentia, non aliud realiter, ergo formaliter. Et mox ex correlativorum conditione probans Filium non esse factum, quia naturà simul Pater & Filius existunt, (x) *Pater autem atque ingenitus, alterum Genitorem Filii demonstrat, à quo distinguitur, quia Pater, non Filius est: alterum non esse factum ostendit. Sed hæc omnia* (subaudi) Patrem esse, Ingenitum esse, non factum esse, *non Essentiam ut diximus, seu aliquid eorum, quæ in Essentia inspiciuntur, significant. Si ergo per ista nomina & significationes ipsorum ad cognitionem Dei nos ducimur, quomodo Essentiam ejus cognoscimus, si non quid est essentialiter docemur, sed sola ea, quæ in ipso inspiciuntur, perdiscimus*, Quæ litera non eget Commentario, sed intellectu Scotico distinctionis.

(u) πολλὰ τῶν ὀνομάτων ἐρῶμεν ἐπὶ Θεῷ τεθέμενα, ἀλλ' ἕκαστον αὐτῶν οὐ τί κατ' οὐσίαν ἐστὶν ὁ Θεὸς, σημαίνειν φαίνεται, ἀλλ' ὅ τι οὐκ ἔστι δηλοῖ, ἢ σχέσιν τινὰ σημαίνει πρὸς τί τῶν διαστελλομένων.

(x) τὸ δὲ πατὴρ ἢ ἀγέννητος ὅτι γεννήτορα τὸν πρὸς ὃν αὐτὸ διαστέλλεται, καὶ ὅτι οὐ γέγονεν ἀλλὰ ταῦτα ἕκαστον οὐ τὴν οὐσίαν τὴν σημαίνει, καθάπερ ἤδη προείπομεν, ἀλλὰ τι τῶν περὶ τὴν οὐσίαν σημαίνει. Εἰ οὖν διὰ τῶν τοιούτων ὀνομάτων ἤτοι σημασιῶν ἡμεῖς ἐπὶ τὴν τοῦ Θεοῦ γνῶσιν χειραγωγούμεθα, πῶς ἴσμεθα τὴν οὐσίαν αὐτοῦ μόνα τὰ περὶ αὐτὴν μανθάνοντες, οὐ τί ἐστι κατὰ φύσιν παιδευόμενοι.

ARTICULUS II.

Quid dicat Cyrillus de distinctione Attributorum.

Multa sparsim scribit Cyrillus de Attributis divinis, tum negativis, cùm etiam positivis, ex paucis eorum quid de præsenti instituto teneat, resolvendum erit. Sit itaque

ASSERTIO.

Cyrillus & Scotus de Distinctione inter Attributa & Essentiam opinionis consensione indivulsi.

317. PRobatur ex Assertione 12. seu lib. 3. Thesauri c. 1. (y) *Quoniam igitur omnia insunt Filio, quæ Patri, verè dicit, omnia quæ habet Pater, mea sunt* Et rursos ad Patrem: *Omnia mea sunt tua, & tua sunt mea. Si ergo omnia quæ insunt Patri, insunt & Filio, & è contrario, quæcunq; insunt Filio, insunt & Patri, non mentitur cùm dicit: Ego in Patre, & Pater in me, cùm eorum quæ insunt identitas in dualitate personarum incommutabiliter luceat.* Ex hac authoritate apertè ostenditur Cyrillum Scoto consentaneũ esse, & primò quidem ex consueto usu & loquendi uniformitate Cyrilli de Divinis accipiendo, quæ ponuntur in singulari singulariter, quæ ponuntur in plurali pluraliter, ut patet non solùm l. 1. in Joann. c. 2. super illa verba: (z) *Ego & Pater unum sumus:* Joannes Aubertus legit græco textui conformius, *quidni servato quod unitati convenit, aiebat* : Ego & Pater unum sumus, *cùm autem in plurali ---- non sumus*, inquit, *sed sum unum, ego & Pater, dixisset, quod autem plurali numero id exponat, hæreticorum opinionem evertere manifestum est.* Alii legunt: *etiamsi disrumpantur hæretici nunquam de uno*, sumus, *prædicari poterit. Neque enim sumus de uno solo rectè dixeris*, sed & similiter hîc cit. Assertione 12. Thesauri, seu l. 3. c. 1. probans, naturam nostrã non transmutari in naturam divinam, ait: (↓) *dixisset profectò, ut quemadmodum tecum Pater, ego unum sum, ita & ipsi* (puta ad mentem hæreticorum) *nunc verò non ita dicit, sed plurali numero utitur, ut sicut ego & tu unum sumus, ita & ipsi in nobis unum sint;* in quibus locis, aliisque, juxta ordinatam loquendi phrasin sine mobilitate significationis nominum accipiẽdo terminos in plurali pluraliter, mentem suam & Scripturæ exponit, (Ψ) ante medium his verbis: *Ipse Deus Pater, & Dominus noster Jesus Christus* dirigat *viam nostram ad vos. Non enim* dirigant, *pluraliter dixit (quod Græci sermonis consuetudo flagitat) quando de duobus divisis dicitur: sed* dirigat, *in singulari numero: ut ineffabilem unitatem Patris & Filii ostenderet, &c.* Atqui hîc in proposito tractando de iis quæ Deo insunt, & dicuntur de illo, id est, tam de iis quæ dicũt, quod Deus est, ut quod sit omnipotens, sapiẽs, omnipotentia, sapientia & cætera hujusmodi, puta quòd sit justus, bonus, justitia, bonitas, sicut & de iis quæ dicunt, quòd Deus non est, utique ponũtur in plurali, ergo secundùm *Cyrillum* illa non dicunt formaliter unã eandẽq; realitatem, sed formalitatum pluralitatẽ, consequenter distinctionem. Minor patet, tum hîc generatim ex allatâ auctoritate, tum etiam ex mox producenda de lib. 11. Thesauri infra, hîc enim speciatim adverto præmittendũ circa illud in plurali positum: (ω) *eorum quæ insunt, identitas in dualitate*, quod utatur termino τῶν προσόντων, sicut & immediatè supra πρόσεστι,

Hæc conferantur cum illis, quæ habentur supra q. 1. a. 2.

(y) ἐπειδὴ τοίνυν πάντα πρόσεστι τῷ υἱῷ ὅσα καὶ ἐν τῷ πατρί, ἀληθεύων λέγει. πάντα ὅσα ἔχει ὁ πατήρ, ἐμά ἐστι. καὶ πάλιν πρὸς τὸν ἑαυτοῦ πατέρα τοὺς λόγους ποιούμενος φάσκει, τὰ ἐμὰ πάντα σά ἐστι, καὶ τὰ σὰ ἐμά. εἰ τοίνυν ὅσα πρόσεστι τῷ πατρὶ ταῦτα καὶ τῷ υἱῷ. καὶ πάλιν ὅσα πρόσεστι τῷ υἱῷ, ταῦτα καὶ τῷ πατρί, οὐ ψεύδεται λέγων, ἐγὼ ἐν τῷ πατρί, καὶ ὁ πατὴρ ἐν ἐμοί, τῆς τῶν προσόντων ταυτότητος ἐν τῇ δυάδι φαινομένης ἀπαραλλάκτως.

(z) τί μὴν ἑρμηνεύσας τὴν ἑνάδα τὰ πρῶτον ἔφασκεν. ἐγὼ καὶ ὁ πατὴρ ἕν εἰμι; ἐπειδὴ δὲ εἰς πληθυντικὸν ἀριθμὸν τὸ συμμαρτυρούμενον ἐξέπλεξε, δῆλος αὖ εἴη λοιπὸν τὴν τῶν ἑτεροδοξούντων ἀνατρέπων ὑπόνοιαν. οὐδὲ γὰρ αὖ καθ' ἑνὸς τὸ ἐσμὲν ἐπενεχθείη σεσωκότως.

(↓) ἐχρῆν τοίνυν ἵνα δὴ ὥσπερ ἐγὼ πρὸς σέ, πάτερ, ἕν εἰμι, οὕτω καὶ αὐτοί. νυνὶ δὲ τοῦτο μὲν οὐκ εἰπών, τῷ δὲ πληθυντικῷ χρησάμενος ἀριθμῷ, καὶ λέγων, ἵνα ὥσπερ ἐγὼ καὶ σὺ ἕν ἐσμεν, οὕτω καὶ αὐτοὶ ἐν ἡμῖν ἓν ὦσι, &c.

(Ψ) αὐτὸς δὲ ὁ πατὴρ καὶ θεὸς ἡμῶν, καὶ ὁ κύριος ἡμῶν Ἰησοῦς Χριστὸς, κατευθύναι τὴν ὁδὸν ἡμῶν πρὸς ὑμᾶς. ἀλλ' εἰ μὲν τῆς ἑνώσεως ἰδίως πατρὶ πρὸς υἱὸν, εἶπεν ἄν, κατευθύνοιεν τὴν ὁδὸν ἡμῶν, ἵνα τοὺς δύο σημαίνῃ. νυνὶ δὲ τοῦτο μὲν οὐ ποιεῖ. νυνὶ δὲ ἀποδεῖξαι τοῦ πατρὸς καὶ τοῦ υἱοῦ ἑνότητα τῆς φύσεως, τὸ κατευθύναι τέθεικεν ἑνικῶς.

(ω) τῆς τῶν προσόντων ταυτότητος ἐν τῇ δυάδι,

quæ ex significatione sua propriè important, quæ alicui insunt, ac Essentiæ censentur quasi superaddita, proinde non ipsam essentiam, sed aliqua circa ipsam illis præsuppositam, cujus & ideo attributa dicitur, de quibus sive negativa sint, sive affirmativa, Cyrillus c.l.11. c.1. seu Assertione 31. Thesauri ita disserit: (A) *præsupposita substantia omnia dicuntur, quæ de ea prædicatur.* & paucis interjectis, *si ergo etiam vox Ingenitum prædicatur de Essentia Dei, tanquam unum aliquid eorum, quæ ad ipsum pertinent, ita ut non ipsa Essentia sint, certè Essentia Dei non consistit in Ingenito*; atqui attributa positiva v.g. sapientia, omnipotentia, justitia, &c. sunt & prædicantur tanquam unum aliquid eorum, quæ ad ipsam Essentiam Dei pertinet: ergo non sunt formaliter ipsa essentia: quod autem *Cyrillus* etiam de attributis positivis idē sentiat, tum patet ex paritate rationis, tum quia l. 3. c. t. ait: *Omnia quæ de Patre & de Filio prædicantur*, excepto quòd non dicatur *Pater*. Et mox: *Pater dicitur omnipotens, & Filius dicitur omnipotens*, &c.

(A) ὑποκειμένης τῆς οὐσίας, πάντα λέγεται τὰ ἐπ' αὐτῇ κατηγορούμενα οὐκ ἀναιρεθείσης τῆς οὐσίας, ὡς ὅροι τὰ ἄλλα συμβεβηκότα αὐτοῖς λαμβάνονται. εἰ τοίνυν καὶ ἡ ἀγέννητος φωνὴ κατηγορεῖται τῆς τοῦ Θεοῦ οὐσίας, ὡς ἕν τι τῶν περὶ αὐτὴν οὐκ αὐτὴ τυγχάνον; τὸ γὰρ μὴ γεννηθῆναι δηλοῖ, ὡς μόνῳ τῷ ἀγεννήτῳ τὸ ὑπάρχειν ἔξω Θεός, &c.

318. Conformiter bis l.11 seu Assertione 31. Thesauri dicta cōfirmat, (B) *Si quidquid de solo Deo dicitur* τοῦτο πάντως καὶ οὐσία ἔσται αὐτοῦ, i.e. *hoc etiā prorsus essentia ipsius sit* (ubi nota vim particulæ πάντως, i.e. prorsus, omnimodè, formalissimè, formaliter, non negat quin attributa Dei positiva & relationes sint essentia Dei realiter, sed quòd non sint πάντως, seu formaliter ipsa Essentia, sed aliquid circa illam) Si, inquit, omne id *prorsus essentia ipsius sit, profectò ex multis substantiis constabit, quæ multi ei creaturæ insunt, nimirum Rex & Dominus, & incorruptibilis & invisibilis, aliaq; innumera quæ sacra Scriptura ei tribuunt.* Et statim: *Si ergo singula quæ insunt, pro Essentia seu substantia capiuntur, quomodo non erit compositus qui simplex est? quod quidem cogitare absurdissimum est.* Vis hujus Argumenti in eo est, supposito quòd Ingenitum, & quidquid de Deo dicitur, sit formaliter ipsa Essentia Dei Patris, consequenter cùm de Deo etiam dicantur attributa, neque tantùm virtualiter sed actualiter secundum proprias suas rationes formales Deo insint, & proinde ratio unius non sit ratio alterius, jam si singula sint ipsa formalissimè Deitatis substantia, erit Deus ex multis substantiis compositus, quid enim, datâ hypothesi, quòd quælibet ratio, quarum una in Deo non est alia, non realiter tātùm, sed etiam formaliter sit ipsa Deitatis substantia, superesse potest, nisi compositio ex omnibus illis simul substantiis, ex quibus coalescit physica Dei constitutio. Hoc Argumentum quod Tractatu t. q.1. a.2. à n.28 5. usque ad a. 3. ultimus, confirmatur amplius in solutione objectionum Artic. seq.

(B) Εἰ ὅπερ ἂν ὑπάρχοι μόνῳ τῷ Θεῷ, τοῦτο πάντως καὶ οὐσία ἔσται αὐτοῦ, ἐκ πολλῶν τιμῶν ἡ οὐσία συνθεθήσεται. πολλὰ γάρ ἐστιν, ἃ μόνῳ μὲν αὐτῷ κατὰ φύσιν ὑπάρχει. ἑτέρῳ δὲ τῶν ὄντων οὐδενί, καὶ βασιλεύς, καὶ κύριος, καὶ ἄφθαρτος, καὶ ἀόρατος, καὶ πρὸς τούτοις ἕτερα μυρία περὶ αὐτοῦ λέγουσιν αἱ θεῖαι γραφαί. εἰ τοίνυν ἕκαστον τῶν αὐτῷ προσόντων, ἐν οὐσίας τάξει κείσεται, πῶς οὐκ ἔσται σύνθετος ὁ ἁπλοῦς ὅπερ ἐστὶν ὄντως ἀτοπώτατον.

319. Secundò: (c) *Omnia*, inquit *Cyrillus*, *quæ insunt Patri, insunt & Filio*, ubi certum est contradistingui Patrem à Filio, quod non insunt Patri, quà Pater est, sed quà Deus, adeoque & inexistant Filio, qui eandem habet Deitatem, & ex identitate eorum, quæ æqualiter insunt tam Filio quàm Patri, à posteriori concludit identitatem Essentiæ in utroque, sed si ea quæ insūt, essent formaliter ipsa Essentia sine omni distinctione, tunc idem re ipsâ inferretur per idem, atque adeò per se ipsum, & idem inexisteret sibi ipsi, nihil probaret Argumentum. Sed probatur amplius solutione Argumentorum in contrarium.

(c) Vide supra lit. y.

ARTICULUS III.

In quo

Primò *S. Cyrillus Hierosolymitanus* opponitur *S. Cyrillo Alexandrino* pro sententia opposita.

Secundò, Afferuntur quoque & expenduntur Authoritates quædam Cyrilli Alexandrini, & ratio ejusdem in contrarium.

320. CYrillo Alexandrino Adversarii pro sua opinione opponunt *primò Cyrillum Hierosolymitanum* Catechesi 6. ita loquentem: (Kk) *Non enim quia vocetur bonus, justus, omnipotens, & Sabaoth, idcircò varius est & diversus: sed unus cùm sit & idem, innumeras Divinitatis efficientias profundit, non plus habens aliqua ex parte, & ex aliqua minus, sed semper & perpetuò ipse sui similis perseverat.* Resp. Hierosolymitanum Cyrillum, si integrè, non munlè proponatur, seipsum explicare, quod loquatur & excludat diversitatem, quæ inducit mutabilitatem, & inæqualitatem perfectionum divinarum, ideo non solùm hic reperit, quod immediatè superius dixerat, (Ll) *Deum semper esse sibi similem*, sed & statim subdit: (⸸) *Non humanitate & clementia solùm magnus, & sapientia parvus, sed parem viribus cum sapientia humanitatem, non partim videns, partim videndi facultate privatus*, quæ verba perspicuè indicant, nihil afferri contra nostram doctrinam.

(Kk) οὐ γὰρ ὅτι καλεῖται ἀγαθὸς καὶ δίκαιος καὶ παντοκράτωρ, καὶ σαβαώθ, παρὰ τοῦτο διάφορός ἐστι καὶ ἀλλοῖος. ἀλλ' εἷς ὢν καὶ αὐτὸς, μυρίας ἐκπέμπει τὰς τῆς θεότητος ἐνεργείας, οὐκ ἐν μέρει πλέον ἔχων, καὶ ἐν μέρει ἐλαττούμενος, ἀλλ' ἐν πᾶσιν ὅμοιος ὢν ὡ αὐτὸς ἑαυτῷ.

(Ll) ὅμοιον ἀεὶ ἑαυτῷ ἀεὶ ὄντα, &c.

(⸸) οὐ μέγας ἐν φιλανθρωπίᾳ μόνον, καὶ μικρὸς ἐν σοφίᾳ ἀλλ' ἰσοδυνάμον ἔχων τῇ σοφίᾳ τὴν φιλανθρωπίαν. οὐκ ἐν μέρει βλέπων, ἐν μέρει δὲ τοῦ βλέπειν ἀπεστερημένος.

321. Secundò hoc ipsum de compositione retorquebunt in Scotistas, secundùm quos, Attributa Dei constituunt pluralitatem formalitatum in Deo extantium, quas inter & ab Essentia distinguunt ex natura rei, ergo secundùm illos potius concluditur compositio, quia non est verisimile Cyrillum velle inferre compositionem ex pluribus substantiis, quarum singulæ habeant distinctam rationem Deitatis, seu sint formaliter singula alia & alia substantia Dei, ex quibus potiùs debuisset statuere aggregatum per accidens, quàm veram aliquam compositionem.

322. Tertiò refutans cit. lib. 11. c. 1. Eunomianos, qui volebant, quidquid Deus sciret de seipso, idipsum & nos citra ullam differentiam scire, sic ait: (D) *Deus simplex est, & non compositus, sed si Deus aliud quidpiam est, alia verò cognitio, quæ ei inest, compositus erit & non simplex, cùm verò absque dubio simplex est, certè cognitio quæ in ipso est, diversa ab ipso non est.*

(D) Ἁπλοῦς καὶ ἀσύνθετος ὢν ὁ Θεὸς------ εἰ γὰρ αὐτὸς ἕτερόν τί ἐστιν, ἑτέρα δὲ τις παρ' αὐτὸν ἡ ἐν αὐτῷ γνῶσις, σύνθετος ἔσται, οὐχ' ἁπλοῦς ἐπειδὴ δὲ ἁπλοῦς ὁμολογουμένως, οὐχ ἕτερον τὸ παρ' αὐτὸν ἡ ἐν αὐτῷ γνῶσις.

323. Ad primum ex Cyrillo Alexand. quòd tota parte 1. jam dudum explosum est, respondeo neg. consequentiam, ad cujus probationem dico, mentem Cyrilli esse, non omnia quæ de Deo dicuntur, esse formalissimè prorsus ipsam Dei substantiam, sed aliquid eorum quæ substantiæ insunt, ex eo autem quod illa substantiæ realiter insunt, non infert compositionem, sed à contrario, si singula essent ipsa substantia Dei, sicut perspicuè ibidem elucet ex bisce

Cyrilli verbis in initio capitis: (E) *Si quidquid de Deo dicitur, hoc etiam prorsus substantia sit ipsiusmet Dei*, ut docent Adversarii, *profectò ex multis substantiis constabit*, puta quarum singulæ sunt substantia Dei, non alioqui si omnia essent substantia unica & formaliter eadem, perperam inferret, quod ex multis substantiis constabit, sed audiamus Cyrillum, qui sic pergit: *Multa enim sunt, quæ soli ipsi naturaliter insunt, si ergo singula quæ ipsi insunt, pro substantia capiantur, quomodo*, inquit, *non erit compositus, qui simplex est?* ubi ad mentem Eunomianorum, quos hîc impugnat, primò ex proprio eorum dogmate, quod dicerent prædicatum *Ingeniti* ipsam formalissimam PatrisDeitatem importare, non potuit accipere singula pro substantia, quæ alteri pro aliquo signo præsupposito insunt, & circa illam considerantur, prout loquuntur cum *Cyrillo* Scotistæ: sed accipit ut singula in suâ ratione formali supponant pro ipsâ formalissimâ Dei Essentia, ita ut multas Essentias constituant, id quod secundò patet ibidem *circa medium*, ubi ex Arianorum & Eunomianorum mente, arguens eo quòd nulla in Deo admitterent quasi accidentia, (F) *Dicant nobis quæso*, ait, *utrum vocabulum hoc* Pater *substantiam in Deo significet, an accidens aliquod judicabunt, atqui cùm nihil Essentiæ Dei accidere censeant, accidens esse nequaquam concedent. Superest itaque* (cùm circa essentiam nihil admittant) *essentiam Dei eo nomine significari. Idem igitur est Pater quod Ingenitus secundùm ipsos.* Moxque dans causam, cur debeant hi duo termini, ex mente Adversariorum, *Pater* scilicet & *Ingenitus* eandem substantiam significare subjungit: (G) *ne nimirum compositus atque ex duabus essentiis constare Deus dicatur.* Ecce quàm apertè innuit, quod arguat *Eunomianos* ex mente eorum, & quod accipiat singula quæ de Deo dicuntur non pro substantiis, quæ insunt Essentiæ divinæ, & circa illam inspiciuntur, sed singula pro singulis essentiis, sicut enim *Pater* & *Ingenitus* inferrent compositionem ex duabus Essentiis, idem erit de aliis, quæ de Deo dicuntur, & circa Deû inspiciuntur, si singula formaliter essent Dei Essentia. Porro, quale ex illis compositum, quod infert Cyrillus, resultaret; viderint ipsi, esset indubiè tale, *quale*, ut ait, *cogitare absurdissimum esset.* Nimirum vel aggregationis ex multis istis essentiis, quod de Deo absurdius dicitur, quàm si esset compositus ex potentia & actu, vel ex substantiis magis minusque communibus sibique subordinatis, quale quoque absurdissimum esset attribuere Deo simplicissimo.

324\. Ad secundum est responsum, *Cyrillum* ibi mutilè proponi & solum velle, Deum non habere talem cognitionem, qualé nos, puta quæ sit accidens prædicamentale, & realiter distinctum à subjecto, quod optimè declarat integrè propositus: (H) *Sumus, inquit, secundùm substantiam proprie, in substantia autem sitam habemus cognitionem veluti colorem in corpore, &c.* qui sicut realiter distinguitur à subjecto, ità indubiè & cognitio ab intellectu, secus est in Deo, hinc rectè concludit, (I) *non ergo similiter eodemque modo cognoscimus quo Deus, &c.* Nec ita aliud est Dei cognitio ab intellectu divino sicut cognitio creata ab intellectu creato, quæ

(E) Εἰ ὅσπερ ἂν ὑπάρχει μόνῳ δὲ Θεῷ, τοῦτο πάντως καὶ οὐσία ἐστὶ αὐτοῦ, ἐκ πολλῶν ἡμῖν οὐσιῶν συγκείσεται. πολλὰ γάρ ἐστιν ἃ μόνῳ μὲν αὐτῷ κατὰ φύσιν ὑπάρχει. ---- εἰ τοίνυν ἕκαστον τῶν αὐτῷ προσόντων, ἐν οὐσίας τάξει κείσεται, πῶς οὐκ ἔσται συνθετὸς ὁ ἁπλοῦς.

(F) Ἀποκρινάσθωσαν ἡμῖν ------- τὸ πατὴρ ὄνομα ----- τῆς οὐσίας αὐτοῦ παραστατικὸν ἢ συμβεβηκότος αὐτῇ τινός, ἀλλ' οὐκ ἐν ἐπισυμβαίνειν τῇ οὐσίᾳ τοῦ Θεοῦ φάσκοντες οὐκ εἶναι δώσουσι. λείπεται τοίνυν εἰπεῖν ὅτι τῆς οὐσίας δηλωτικόν ἐστι, ταυτὸν οὖν τὸ πατὴρ τῷ ἀγεννήτῳ.

(G) Ἵνα μὴ συνθετὸς καὶ ἐκ δύο συγκείμενος οὐσιῶν νοῆται Θεός.

(H) Ἐσμὲν γὰρ κατ' οὐσίαν ἰδίως. ἐν δὲ τῇ οὐσίᾳ κειμένην ἔχομεν τὴν γνῶσιν ὥσπερ χρῶμα ἐν σώματι.

(I) οὐκ ἄρα παραπλήσιον εἰσόμεθα τῷ Θεῷ οἱ μὴ οὕτως ὄντες ὡς αὐτός.

& ideo componit cum intellectu, sicut color cum corpore, non item intellectio cum intellectu divino, quæ, ut cum Subtili docent Scotistæ, per infinitatem suam realiter identificatur ipsi Deo, estque realiter Deus, ut fusè Tract. 1. deductum est.

Lubet præterire alias Cyrilli auctoritates, quæ primo & fluxu seu repentino obtutu facere videntur in oppositum, & à quibusdam pro omnimoda identitate inter essentiam & relationes exaggeratoriè producuntur, talis est illa in Joannem primu, cap. 5. (K) *Separari quidem quodammodo cogitatione videtur Genitor à Genito indivisibiliter ab eo procedente, unum tamen est natura, & idem utrumque, nec ullo modo alterum est sine altero.* Hæc enim & similes authoritates solam separabilitatem realem à Deo excludunt, non distinctionem, cùm falsum sit Genitorem à Genito distingui solâ cogitatione, quos ipsa fides realiter distinguit: dicere ergo, posse separari per intellectûs cogitationem, non est quod distingui cogitatione per intellectum, sicut enim possunt quædam à parte rei sive realiter, sive formaliter distingui, quæ reipsâ tamen dispesci & separari nequeunt, separari enim græcè χωρίζεσθαι est seorsim in diverso loco, situ & regione collocari, & diverso tempore & duratione existere, ita cogitatione nostrâ possumus aliquid separare, id est, illa cogitare seorsim, & apprehendere existere unum non apprehensâ existentiâ alterius, imò apprehendere unum existere alio & alio tempore quàm existat alterum, quomodo de facto Ariani & Eunomiani conceperunt Patrem & Filium, haud ideò statim inferendum est, illa distingui solâ operatione intellectûs, cùm sic Genitor & Genitus solâ distinguerentur cogitatione, contra fidem & veritatem.

(K) ἐν γὰρ τοῖς Γεννῶσι χωρίζεσθαι μὲν πως ἐννοίᾳ δοκεῖ τὸ γεννῆσαν τοῦ γεγεννημένου, καὶ προϊόντος ἐξ αὐτοῦ ἀμερίστως. ἓν δέ ἐστι καὶ ταυτὸν τῇ φύσει τὸ συναμφότερον, καὶ δίχα τοῦ ἑτέρου τὸ ἕτερον οὐδαμοῦ.

QUÆSTIO IV.

De Doctrina & mente Athanasii circa distinctionem & identitatem in Divinis.

SVMMARIVM.

1. *Athanasius doctrinæ Scoti prodromus. n. 325.*
2. *Cordemi interpretatio validè repudiatur. n. ibidem & 326.*
3. *Hypostasis discrimen ab Essentia unde procedat. n. 327.*
4. *Deum esse & Patrem esse apud Athanasium cur non idem dicant significatum? n. 328.*
5. *Athanasius prosternit Macedonianum Pneumatomachum mediâ distinctione Essentiam inter & relationem à Subtili probata. Ibidem.*

ASSERTIO

S. Athanasius ejusdem Doctrinæ de Distinctione in Divinis cum Scoto Doctor existit individuus.

325. MAgnus hic Orthodoxæ fidei Hyperaspistes diversis locis & loquelis Dialogi 1. de SS. Trinit. docet Deitatem nec esse formaliter ipsas hypostases, neque idem significare formaliter, primò quidem statim post eit. Dialogi initium, ait: (L) *Aliud est hypostasis, & aliud Deitas.* Ecce alietatem seu distinctionem hypostaseos à Deitate, (M) *Non tamen ut alia & alia res.* Ecce identitatem realem cum alietate formali, illâ quippe exclusâ quomodo hypostasis est aliud, & aliud Deitas, estne aliquid aliud à formaliter eodem seipso? scitè ergo Athanasius *aliud* & *aliud* ait, nec minus scitè ad excludendam alietatem strictè realem subjungit: *non ut alia & alia res sed quod hypostasis quidem aliud* (subaudi in identitate reali) *aliud verò Deitas significet*, ubi ut rectè etiam notat *Staudenhecht* parte 2. de Distinctionibus c. 2. sect. 1. n. 110. Non dicit quòd solum respondere possent adversæ opinionis Theologi, quòd Deitas significet alio modo ab eo quòd significat hypostasis, scilicet explicitè idem quod implicitè significatur ab hypostasi & ècontra,

Athanasius insignis fidei defensor docet distinctionē in divinis, quæ nunc Scotica vocatur.

(L) Ἄλλο ἐστὶν ὑπόστασις, καὶ ἄλλο θεότης.
(M) οὐχ ὡς ἄλλο πρᾶγμα καὶ ἄλλο.

Ne-

Corderius refutatus.

Neque ut locum illum *Corderius* irrito conatu in cap. IX. Dionysii §. I. & hunc Athanasii in eodem Dialogo: *Aliud & aliud dixi*, non ut rem aliam & aliam, sed *ut aliud significante persona, & aliud significante substantia*, interpretatur, quod aliud significare in divina substantia, aliud persona, idem sit ac *aliter & aliter* significare unam & eandem rem, ita ut græcè ἄλλο καὶ ἄλλο, *aliud & aliud* solùm, alium significandi modum importent, quod & confirmat ex ipso Athanasio exemplificante doctrinâ suam qualiter hypostasis scilicet aliud dicat à substantiâ de grano frumenti, *sicut enim granum dicitur, tum semen, tum fructus, quod tamē non est res alia atque alia*; sed quia, inquit *Corderius*, aliter significat illam unam rem semen, & aliter fructus; semen enim ita significat granum frumenti, ut intelligamus in eo contineri seminaliter aliud simile, semen enim est, in quo est virtus seminalis ad producendum aliud simile. Fructus autem non sic significat granum frumenti, sed esse fructum alterius sive productum ab alio: sic etiam, inquit, substantia & persona una res sunt, & unam rem significant, sed aliter rem significat persona, scilicet *singulariter*, substantia verò *communiter*. Hic igitur diversus modus significandi unam alioqui & eandem rem, vocatur ab *Athanasio* aliud & aliud; irrito, inquam, conatu, ita S. hunc Doctorem interpretatur contra expressam ac usitatam verborum significationem; non enim est verisimile, si alium & alium, ut accipit Corderius, rei modum duntaxat, non aliam & aliam rationem objectivam in illâ re repertam exprimere voluisset, quòd tali præsertim in Dialogo, quo Arianum hæreticum instituere studuit, tam absolutè & contra propriam verbi significationem geminasset terminum ἄλλο καὶ ἄλλο, quo indigitatur alia & alia ratio formalis, quatum quælibet independenter ab alia, quãtum est de se, est terminativa intellectûs; cur non potiùs usurpasset adverbium ἄλλως καὶ ἄλλως, id est, *aliter, alio modo, alia ratione*, quomodo communiter Scriptores, v.g. Aristoteles de Mundo ἄλλως πλὴν λογισμῷ ἀόρατος ὤν animi ratione non est spectabilis: *Aliter, quàm*: illam voculam ἄλλως usurpant, dum in re quapiam seriâ, ut in proposito, solius modi alieratem indicant? Athanasius autèm per verbum substantivum *est*, inquit, *aliud* est hypostasis, & *aliud* est Deitas, iterùm quia modus significandi sequitur rationem essendi; aliud significat Deitas, aliud, inquit, hypostasis, quæ ut apertiora fierent Ariano, quomodo non essent duæ Deitates, sed hypostasis & essentia una Deitas essent, esto dicerent aliud & aliud paulò post medium proponente Ariano: duæ igitur sunt Deitates? in hæc verba erumpit: (m) *Nonne dixi Deitatis & hypostasis nominibus idem non significari*; ubi si τὸ *non idem* importet solam alietatem seu non identitatem modi, sane fuisset inepta propositio ista: duæ igitur sunt Deitates? neque poterat Anomœo Arianistæ in mentem venire, quòd alius & alius ejusdem rei modus in significando aliam constitueret Deitatem: & qualis, quæso, ad hanc interrogationem, *an sint duæ Deitates, sicut sunt aliud & aliud hypostasis & essentia*, fuisset responsio, dicendo: (N) *Nonne dixi hypostasis & Deitatis nominibus idem non significari, & quòd hypostasis aliud quiddam declaret, & aliud Essentia*, si particula negativa, *non*, negaret solam identitatem modi in significando & non realitatum, nonnè melius omittendo *non idem, aliud quoddam*, ne Anomœus ex malo intellectu in erroris suspicionem prolaberetur, dixisset: *non eodem modo, aliter & aliter* significare: jam verò hujus directè fecit contrarium, nam in quinque locis unius hujus Dialogi ita distinctè explicat illud, *non idem*, & τὸ *aliud & aliud* per alias & alias essendi realitates, quod esto malignitas particulæ negativæ *non*, per restrictionem illam, *non tamen ut alia & alia res limitata*, nequeat inferre distinctionem realem inter hypostasin & substantiam, absolutè tamen non infert hinc alium solum & alium modum, sed revera aliquo pacto aliam & aliam formalitatem de una re contradictoriè assertas, & quæ fundant alium & alium seu diversos significandi modos: sic *primò* & statim *post initium*, ait: (O) *hypostasis declarat*, τὸ εἶναι, id est, *esse*, ecce essendi rationem; *Deitas verò* τὸ τί εἶναι, id est, *quiddam esse*, aliam ecce essendi rationem, quomodo itaque dicis, quod per *esse*, & *quiddam esse*, velit indigitare alium duntaxat & aliũ significandi modum, cùm per hæc ipsa velut per rationes essendi totus constituitur Deus, & non velut per modum significandi, sic per pri-

(m) Ἀλλ' οὐχὶ τὸ αὐτὸ σημαίνειν εἶπον θεότητα καὶ ὑπόστασιν; ἡ γὰρ ὑπόστασις τὸ εἶναι, ἡ δὲ θεότης τὸ τί εἶναι,

(N) vide sub lit. m,

(O) ... ἄλλο τι σημαινούσης τῆς ὑποστάσεως, καὶ ἄλλο τῆς θεότητος. ἡ μὲν γὰρ ὑπόστασις τὸ εἶναι σημαίνει. ἡ δὲ θεότης, τὸ τί εἶναι.

mum *esse*, quo innuitur proprietas personalis, Pater v.g. constituitur in ratione talis suppositi, idem est de Filio & Spiritu sancto. Per *quiddam esse*, quâ ipsa quidditas essentialis, & omnibus tribus communis innuitur Essentia, constituuntur omnes tres personæ in esse Dei. Iterum post medium urgente Anomœo, (P) *an aliud Essentia, aliud hypostasis?* *Aliud*, respondet Athanasius, *& aliud: non tamen ut res:* edisfere, *quomodo*, hinc infert Anomœus, *quomodo compositio non invenietur*, si alterius & alterius realitatis non subfuisset intellectus? sane modus significandi alius & alius non inducit realem compositionem; frustraneum ergo fuisset hujusmodi texere quæstionem an sit compositio cum partium componentium; vel quasi partium nulla subfuisset suspicio, locutus itaque Athanasius de alia & alia realitate, quæ videri posset inducere compositionem, ideoque rectè: (Q) *aliud & aliud dixi*, puta aliud formaliter, *non tamen ut rem aliam & aliam*, id est, unam realiter ab alia indistinctam, *sed quod hypostasis quidem* aliud quiddam, (nō, inquit, alio modo) *sed* aliud quiddam *declaret*, aliud *verò Essentia*. *Tertiò* id circa medium ibidem magis explicans assignat objectum valdè diversum, scilicet quod declarat Deitas, ab eo, quod declarat hypostasis, dicens: (R) *Essentia declarat communitatem, & si quid est Essentiæ proprium, id quoque commune est hypostasibus, quæ Essentiæ subsunt: hypostasis autem præterquam quod numerum admittit, proprietatem habet minimè communem hypostasibus, quæ Essentiæ subdunt*. Et mox infra: *Quæ propria sunt Essentiæ, similiter sunt communia Patri, Filio & Spiritui sancto. Pater autem non est commune quiddam; non est igitur Pater proprium Essentiæ sed hypostaseos.* Esse commune & non esse commune, esse proprium & non esse proprium indubiè arguit distinctionem, ac proinde aliam & aliam formalitatem. *Quartò* iterum post medium Orthodoxus ad Anomœum, (S) *Si nosses donum Dei, nosses quòd per Deitatem significet quoddam esse commune* - - - - non autem modum significandi communiter, ac si dicas hominitas ἀνθρωπότης, & mox contradistinguens illam esse ad rationem communem ab hypostasi, ut ab esse proprio, seu essendi ratione particulari. (T) *Non omnis*, ait, *hypostasis est Deitas, neque omnis hypostasis ἀνθρωπότης, nempe non idem significant hypostasis atque Deitas & ἀνθρωπότης*, & paucis interjectis ad hocce interrogatum Anomœi, (V) *In quo differunt Essentia communis & hypostasis?* Orthodoxus non recurrit ad alium & alium significandi modū, sed non obstante quod hypostasin ibidem dicat esse realiter ipsam essentiam, quia *hypostasis Patris*, ait, *est Deitas, & hypostasis mea non est aliud quàm ἀνθρωπότης*; recurrit, inquam, ad esse aliud & aliud, non realiter, quia sibi contradiceret, ergo ad esse formaliter aliud dicens: (X) *Eò differunt quòd hypostasis tua non est omnium hominum, ἀνθρωπότης autem est om-*

(P) ἄλλο γάρ ἐστιν οὐσία καὶ ἄλλο ὑπόστασις, respondet: ἄλλο καὶ ἄλλο οὐκ ὡς πρᾶγμα. subinfert Anomœus: Οὐκοῦν σύνθεσις.

(Q) ἄλλο καὶ ἄλλο, εἶπον. οὐκ ὡς πρᾶγμα ἄλλο καὶ ἄλλο, ἀλλ' ὡς ἄλλό τι σημαινούσης τῆς ὑποστάσεως καὶ ἄλλό τι τῆς οὐσίας.

(R) Ἡ οὐσία τὴν κοινότητα σημαίνει. καὶ εἴ τι ἐστὶν ἴδιον τῆς οὐσίας, τοῦτο κοινόν ἐστι τῶν ὑποστάσεων τῶν ὑπὸ τὴν οὐσίαν, ἡ δὲ ὑπόστασις ἰδιότητα ἔχει, ἥτις οὐκ ἔστι κοινὴ τῶν τῆς αὐτῆς οὐσίας ὑποστάσεων, μετὰ τοῦ καὶ ἀριθμὸν ἐπιδέχεσθαι &c.

(S) Εἰ ᾔδεις τὴν δωρεὰν τοῦ θεοῦ, ἐγίνωσκες ὅτι θειότης τὸ εἶναι κοινὸν ταῖς ὑποστάσεσι σημαίνει. addo quæ sequuntur ibi; ὑπόστασις δὲ τὸ εἶναι οὐσία δὲ τὴν ταυτότητα. ὡς ἀνθρωπότης, τὸ τί εἶναι κοινόν. ὑπόστασις δὲ, τὸ εἶναι.

(T) οὐδὲ πᾶσα ὑπόστασις ἀνθρωπότης, εἰ δὲ οὐ πᾶσα ὑπόστασις θειότης, οὐκ ἄρα ταυτὸν σημαίνει ὑπόστασις θεότητι καὶ ἀνθρωπότητι.

(V) Καὶ τίς ἡ διαφορὰ κοινότητος καὶ ὑποστάσεως.

(X) Ὅτι ἡ μὲν σὴ ὑπόστασις οὐκ ἔστι πάντων ἀνθρώπων. ἡ δὲ ἀνθρωπότης, κοινὴ πάντων ἀνθρώπων.

nium

nium hominum. Item: (Y) *Hypostasis est uniuscujusque proprietas, non item essentia.* Id autem in divinis, ait, alicujus personæ esse proprietatem, quod declarat, non modum significandi, sed quod substat modo significandi, *ipsum esse* scilicet suppositalitatis, Deitatem verò esse quod declarat *quiddam esse*, puta ipsam naturam & essentiam, quam & identitatem vocat omnibus tribus communem. *Quintò denique*, ante finem Dialogi iterum iterumque distinguendo proprietates ab essentia, ait: (Z) *Non dixi quia quæ propria sunt Patris, esse quoque Filio & Spiritui sancto communia, sed dixi ea quæ propria sunt essentia Dei, esse & Filio & Spiritui sancto communia, ut incorruptibilem, immortalem, immutabilem, mentiri non posse, & quæcunque sunt hujusmodi.* Et mox: (a) *Absit ut sit ideò alius Deus, alius Pater, sed Deitatis nomen naturam indicat, nomen autem Patris eam* χέσιν, id est, *relationem seu rationem quam ad Filium habet*, quâ literâ solus significandi modus alius & alius omninò exterminatur, nam ratio formalis naturæ, & ratio formalis relationis divinæ, secundùm Athanasium hîc ne quidem inter se confundenda sunt, multò minus cum modo significandi eorum.

(Y) ἡ δὲ ὑπόστασις, ἡ ἰδιότης ἑκάστου &c.

(Z) Οὐκ εἶπον, τὰ ἴδια τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ πνεύματος εἰσὶ κοινά. ἀλλὰ τὰ ἴδια τῆς οὐσίας τοῦ Θεοῦ, τοῦ πατρὸς, καὶ τοῦ υἱοῦ ἁγίου πνεύματος εἰσὶ κοινά. οἷον τὸ ἄφθαρτον, τὸ ἀθάνατον, τὸ ἀναλλοίωτον, τὸ ἀψευδὲς, καὶ ὅσα τοιαῦτα.

(a) μὴ γένοιτο quòd sit alius Deus, ideo & alius Pater, ἀλλὰ τὸ Θεὸς τὴν φύσιν δηλοῖ, τὸ δὲ πατὴρ τὴν σχέσιν τὴν πρὸς τὸν υἱὸν, &c.

326. *Frustraneo* item conatu interpretationi suæ subsidium petit à simili quod *Athanasius* adducit ad Orthodoxæ doctrinæ explicationem de grano frumenti, quo *Scoti* opinio potiùs firmatur & destruitur opposita; sic enim semen & fructus ita significant eandem rem, ut tamen in illa re distinctum insuper correspondeat significatũ uni nomini, quod non respondeat alteri, semen enim ut ipse *Corderius* fatetur, ita significat granum frumenti, ut insuper intelligamus in eo contineri seminaliter aliud simile, seu virtutem seminalem ad producendum aliud simile, fructus autem insuper significat relationem producti seu effectus ad suam causam, ast hoc non est significare unam rem aliter duntaxat & aliter, sed & in illâ unâ eademque re aliam insuper & aliam dicere rationem significatam: ergo voluit & declarat in hoc simili solùm eatenus identitatem rei, ut per illam identitatem excludat distinctionem realem inter relationes hypostaseω & essentiam, non autem excludat aliam & aliam formalitatem in illa re, quæ Deus est, per illos terminos (hypostasis, substantia) significatam, puta rationem Deo communem, & rationem personæ Patris v.g. propriam, *quam enim rationem habet* Basilius. commune ad proprium ait apud eundem *Corderium* l. c. *S. Basilius* in Epist. ad *Terentium*, *hanc habet substantia ad personam*, quas rationes essendi violenter interpretatur pro solis modis significandi, imò *Basilius* lib. 1. contra *Eunomium* expressè ostendit diversas essendi in re unicâ rationes diversis nominibus significatas, ubi sicut *Athanasius* ita & ipse *Basilius* granum tritici quoque in exemplum trahit: *Tritici*, ait, *simplex intellectus omnibus inest, quo id, cùm occurrit, statim cognoscimus, cùm verò diligentiùs inquirimus, tunc multarum rerum speculatio accedit, & diversa nomina res ipsas significantia. Idem enim triticum nunc fructum, nunc semen, nunc cibum appellamus, & fructum quidem quasi præteriti agricolarum operis finem: semen verò ceu futuri initium rursus cibum ut restaurationem corporis comedentis congruam, quorum unumquodque correspondens uni grano tritici aliud & aliud significatum* κατ' ἐπίνοιαν *inspicitur*, id est, secundùm subtiliorem rei considerationem, quam ut ibidem *Basilius*, ne illa quid commentitium solum putaretur, aut quod ratione solâ factum vel fictum, ait: *consuetudo impropriè excogitationem vocat.* Additque: *Unum-* Eunomius Arianista. *quodque significatum non oris sono*, ut Eunomius voluit, *evanescere*, sed *considerantis animo excogitatum inhærens esse*: sicut paulò superiùs ante exemplum de grano tritici dixerat: *Consideremus ergo, quòd in communi usu, quæcunque repentinâ comprehensione simplicia videntur ac unica, varia verò & multiplicia si subtiliùs exquiruntur, hæc cum mente dividantur.* τῇ

ἐπι-

ἐπινοίᾳ μόνῃ, id est, opinione solâ divisa dicuntur, ut corpus primâ apprehensione simplex putamus, at cùm ipsum cribraverit ratio, & in colorem, figuram, duritiem, magnitudinem, cæteraque hujusmodi, ex quibus compositum dissolverit, varium offendit & multiplex. Et pergit infra: *& ut in universum dicam, omnia quæ sensu cognoscuntur, cum subjecto simplicia videntur, multiplicem verò rationem speculata suscipiunt.* Per quas similitudines de rebus sensibilibus & compositis sumptas, nihil nisi pluralitatem in unâ re rationum objectivarum ostendit & applicat congruè divinis contra Eunomium, qui volebat nomine Dei in sola pronunciatione subsistere, & nihil importare substantiam, neque significatum ullum respicere, sed vacuas solùm esse voces, quibus nihil subster, præter esse *Ingenitum*, quod volebat significare Deum, ut perspicuè Q.6. tractando de S. Basilio patescet: talibus ergo exemplis sancti PP. inculcabant non diversos modos significandi, sed alias & alias in divinis formalitates diversis illis nominibus significantes. videatur ipse *Basilius* l.c. & quæ contra hunc significandi modum dicta sunt *Tom.1. Tract.1. Cont.5.q.2.* a.2.§.2.n.106. item parte 2. ejusdem Tomi Cont. 10.q.1.n.91. ubi latè refutata manet vulgaris illa Adversariorum responsio. Nos redeamus ad S. Athanasium.

327. Ex quo secundò referre lubet responsum quod dat Anomœo circa medium quærenti, (b) *num nihil differat Pater à Filio?* quo clarissimè ostendit Deum esse & Patrem esse, item Deum esse & Filium esse, aliquo pacto differre, non verò Deum Patrem differre à Filio, quatenus Deus est, (c) *Nequaquam*, inquit, *Deus à Deo differt, quatenus Deus est, seu in Deum esse, sed in Patrem & Filium esse, ubi si Deum esse, sive esse Dei*, nullâ protsus distinctione differret à *Patrem esse*, jam Pater indubiè differens à Filio *in Patrem esse*, differret hoc ipso *in Deum esse*; & ècontra nullâ distinctione differens *in Deum esse*, hoc ipso etiam differret *in Patrem esse*, quæ fidem subvertunt, & Athanasio nostro repugnat.

(b) οὐδὲν οὖν διαφέρει ὁ πατὴρ τοῦ υἱοῦ.

(c) ἐν τῷ Θεοῦ θεὸν εἶναι, οὐ τῷ πατέρα καὶ υἱὸν εἶναι, καὶ, &c.

328. Ex quo tertio, aliis quamplurimis, quæ in idem recidunt, omissis, proferimus finaliter argumentum, quo Spiritus S. Deitatem tuebatur contra Arianos, illud ex Dialogo inter Athanasium & Macedonianum primò, quod ibi acutè retorquet Athanasius contra Macedonianum pneumatomachum sibi ita objicientem: (d) *Si Spiritus sanctus est Deus, aut Pater aut Filius: si neuter, utique nec Deus.* Athanasius prorsus innitendo alicui distinctioni inter Deitatem & personalitates, statim in principio cit. Dial. ita Adversarium prosternit: (e) *Nos contra: si Spiritus sanctus Deus est, aut Patrem illum, aut Filium esse sumis, perinde ac si ideo Pater Deus, quia Pater; vel Filius Deus, quia Filius. Quod si propterea Pater est Deus, quia Pater: Filius igitur, quia Pater non est, nec Deus erit. Et si propterea Filius est Deus, quia Filius: Pater igitur, quia Filius non est, nec Deus erit. Quapropter licèt Deus sit Spiritus sanctus, non protinus sequitur, eum vel Patrem esse, vel Filium. Etenim vocabulū Deus, naturam significat omnia contemplantem aut pervidentem, nomina verò Patris & Filii relativa sunt. Nec relativum igitur nomen naturam pervidentem aliquid designat, nec contemplantis & pervidentis aliquid naturæ nomen Patris ad Filiū relationem inducit.* Et mox infra: (f) *Si ideo adoras Patrem, quia Pater est: & Filium, quia Filius est: omnes igitur Patres, omnes tibi Filii erunt adorandi. propter naturam ipsam adorabilis Pater & Filius, non verò quod Pater ille, hic Filius.*

(d) εἰ ἔστι Θεὸς τὸ πνεῦμα ἅγιον, ἔστιν πατὴρ ἢ υἱὸς, εἰ δὲ μὴ, οὐ Θεός.

(e) καὶ ἡμεῖς πρὸς αὐτόν. Ἔδειξω σαυτῷ τὸ εἰ ἔστι θεὸς τὸ πνεῦμα, ἔστι πατὴρ, ἢ υἱὸς ὡς τοῦ πατρὸς διὰ τοῦτο ὄντος θεοῦ ἐπειδὴ πατήρ ἐστι καὶ τοῦ υἱοῦ διὰ τοῦτο ὄντος θεοῦ, ἐπειδὴ ὁ υἱός ἐστιν. Εἰ οὖν διὰ τοῦτο θεός ἐστιν ὁ πατὴρ ἐπειδὴ πατὴρ, οὐ θεὸς ὁ υἱὸς, ἐπειδὴ οὐ πατὴρ· καὶ εἰ διὰ τοῦτο ἐστι θεὸς ὁ υἱὸς, ἐπειδὴ υἱὸς οὐ θεὸς ὁ πατὴρ ἐπειδὴ οὐχ υἱός, οὐκ ὅρα, ἐὰν ᾖ θεὸς τὸ πνεῦμα, πάντως ἐστὶ πατὴρ ἢ υἱός. Τὸ γὰρ, θεὸς, ὄνομα, φύσεώς ἐστι θεωρουμένης οἱ τῶν διὰ θεώσεως τὰ πάντα δηλωτικόν. Τὸ δὲ πατὴρ, σχετικὸν, καὶ τὸ Υἱὸς, ὁμοίως. οὔτε γὰρ τὸ τῆς σχέσεως ὄνομα τὴν διαθέουσαν, ἢ τὴν θεωρουμένην τὴν φύσιν σημαίνει. οὔτε τὸ τῆς τὰ θεωρουμένης ἢ διαθεωρούσης φύσεως ὄνομα τὴν πρὸς υἱὸν σχέσιν εἰσάγει.

(f) Εἰ μὲν διὰ τοῦτο προσκυνεῖς τὸν πατέρα, ἐπειδὴ πατήρ ἐστι, καὶ τὸν Υἱὸν, ἐπειδὴ Υἱός ἐστι, προσκυνεῖς καὶ πάντα πατέρα, καὶ πάντα υἱόν. οὐ διὰ τοῦτο προσκυνεῖται ὁ πατὴρ, ἐπειδὴ πατὴρ, οὐδὲ διὰ τοῦτο προσκυνεῖται ὁ Υἱὸς, ἐπειδὴ Υἱὸς ἀλλὰ δι' αὐτὴν τὴν φύσιν.

Macedonianus. In his locis efficacissimè ab Athanasio retunditur Macedonianus, eò quòd Patrem putet esse Deum, quâ Pater est; & Filium esse Deum, quâ Filius est; quasi diceret; Patrem

Deum

Deum dicis non Deitate, sed Paternitate; similiter Filium Deum dicis non Deitate, sed filiatione, quia Pater paternitate est Pater, & Filius filiatione: sed hoc argumentum, si nulla esset distinctio inter Deitatem & Paternitatem, iterum inter Deitatem & Filiationem, quale & in quo haberet robur? de fide est Deū esse deitate Deum, sed si illa Deitas est formaliter ipsa paternitas, ut sint formalissimè una realitas, quomodo Athanasius ad hominem & hostem Spiritus sancti, cujus inficiebatur, Deitatem, aiebat: *Si ideo Pater Deus, quia Pater, vel Filius Deus, quia Filius*, &c. Utique Macedonianus replicare potuisset: quid me redarguis, quod dicam Patrem esse Deum quà Pater, item Filium esse Deum quà Filius? nonne Paternitas est formalissima Deitatis realitas? sint duo nomina *Paternitas* & *Deitas*, sed non est nisi unicissima à parte rei formalitas. quid obstabit ergo Patrem dici Deum paternitate, quæ est formalissimè ipsissima Deitas? ut idem est à parte rei Patrem aut Deitate aut paternitate esse Deum, insuper si formalissimè ipsa Paternitas sit ipsa Deitas, quod prohibet Patrem adorari præcisè sub ratione Paternitatis? adoratio siquidem non tendit ad aliud nomen Paternitatis, sed ad rem Paternitatis, quæ est ipsa formalissima secundùm te divini Nominis Deitas, quod est ipsum formaliter Deum adorare; ne ergo argumentum illud elumbe sit & ratione vacuum, perspicuum est Athanasium distinctionem inter relationes & Essentiam divinam admisisse talem, quæ non officiat simplicitati & identitati reali, adeoque unius cum Scoto opinionis Doctorem individuum extitisse.

QUÆSTIO V.

Quid in hanc Controversiam dixerit, scriptoque quid posteritati designarit S. Gregorius Nyssenus frater S. Basilii.

SUMMARIUM.

1. *S. Gregorii Nysseni laus & excellentia. n.329.*
2. *Arianismi & Sabellianismi ortus & occasus unde. n.330.*
3. *Nyssenus de distinctione inter Attributa & Deitatem, & Scotus Dydymi. n.336.*
4. *Quare copula* [&] *non plurificet Deum & Deum: Patrem & Filium & Spiritum S. n.334.*
5. *Negativa particula* non; *qualem distinctionem supponat. n.331.*
6. *Hypostasis crispum, casium, Patrem Filiumve infert non substantiam. n.332.*
7. *Patres Græci* causam *in Divinis ponunt, Latini* principium. *n.334.*
8. *Principium & principatum in Divinis quid exprimant? Ibid.*
9. *Filius quomodo effigiat Patrem? n.335.*
10. *Attributa inter se & ab* ἀγεννησία *differunt. n.338.*
11. *Objectio quod distinguantur Attributa per nostros conceptus inadæquatos. n.339.*
12. *Exploditur per doctrinam Nysseni notabilem, n.340. & seq.*

329. *Encomium S. Gregorii Nysseni.* Quanti meriti fuerit in Ecclesia Dei S. *Gregorius Nyssenus*, videre est apud *Nicephorum Callistum* Ecclesiasticæ Historiæ libro 11, capite 19. Ex Socrate Historiæ Ecclesiasticæ libro 6. capite 21. Apud Theodoretum libro 14. capite 28. Ex *Photio* denique & Suida, nec non apud *Hieronymum* in Catalogo. Hæc Menœum Græcorum decimo Januarii de illo pronunciat: Hic, inquit, erat frater *Basilii M.* eloquentiâ præclarus, & orthodoxæ fidei æmulator, propterea etiam Ecclesiæ Dei præfuit, & cum illis qui Constantinopoli secundam Synodum celebrarunt, contra impias hæreses tunc exurgentes invictum pugilem sese præbuit, adversariis dicendi potentiâ & Scripturarum demonstrationibus profligatis, in omni enim Orationis genere exercitatus, & virtutis gloriâ illustris, &c. Multa hic Sanctus scripsit, quæ ad scopum nostrum faciunt, edidit enim Tractatum de Notionibus Divinis, de SS. Trinitate, de differentia inter Essentiam & Hypostasim & alios multos, præsertim quæ contra *Eunomium* scripsit. Ex quibus quæ adducemus infra perspicuum facient, quanta fuerit doctrinæ harmonia inter *Gregorium Nyssenum* & *Subtilem*, pro quo sit

ARTICULUS I.

Quid tenuerit de distinctione inter Essentiam Divinam & Hypostases?

ASSERTIO I.

Nyssenus Numine Divino plenus inter Essentiam Divinam & Hypostases rejicit omnimodam illam & formalissimam identitatem, & ab eâ Arianismum & Sabellianismum originatos esse; occasum autem ac exitium utriusque à non identitatis veritate inter eandem Essentiam & Hypostases divinas, seu à distinctione ex natura rei, quàm variis in locis astruit, deductum esse ostendit.

330. PRobatur 1. ex Opusculo *Nysseni* ad Petrum fratrem suum de differentia Essentiæ & hypostaseos, & legitur inter Epistolas *Basilii* M. Epist 43. ordine, ubi statim in principio gravi ferit censurâ illos, qui nullam inter Essentiam & Hypostases concipiunt distinctionem. (g) *Quoniam*, inquit, *complures, & Essentiæ Verbum & Hypostaseon ex mysticis & arcanis decretis atque doctrinis non discernunt: sed nihil interesse putant, utrum Essentiam, an Hypostasin quis dicat, quasi in utroque Nomine una significatio sit, & ideo duplicis hæreseos in contrarium scissa, error circa significationem harum vocum principia, atque argumenta præbuit, cùm Sabellii quidem sectatores, propter communionem Essentiæ SS. Trinitatem in unam Hypostasin cogant: vice verò versâ, qui contrario morbo correpti sunt (Arianos dico) propter differentiam Hypostaseon præscriptionem quoque Essentiarum introducant.* Itaque utramque hæresin manifestè dicit natam esse ex falsâ opinione, quòd inter Essentiam & Hypostasin nullam distinctionem agnoverint, nimirum, qui hujus Mysterii Trinitatem in Personis cum unitate & Essentiæ identitate formali subsistere posse negarunt, in *Arianismum* prolapsos esse; alios verò qui Dei unitatem in Trinitate Personarum, præsupposito quòd nulla intercedat distinctio inter Essentiam & Hypostasin non supra naturam solùm, sed & contra naturam esse judicarunt, in *Sabellianismum* declinasse, reverà enim positâ opinione de omnimodâ inter Essentiam & Personas identitate formali, quæ sit supra identitatem realem non est intelligibile Deum esse unum in Essentia & Trinum in Personis, cùm non realiter solùm, sed insuper formaliter & formalissimè ipsæ tres Personæ sint illa una Essentia, & nihil aliud præter ipsam. Ergo ut Mysterium credibile reddatur, Adversarii *Nysseno* adstipulentur, necesse est, qui distinctionem, non tamen rationis, huic difficultati evacuandæ inutilem, sed idoneam, quæ sit ex natura rei, adstruit inter Essentiam & Hypostases videlicet, qualis est inter substantiam humanam & subsistentiam seu personalitatem illius, (h) *Quam igitur*, inquit, *in nostris terrenis ac mundanis rebus differentiæ rationem, tum in Essentia, tum in Hypostasi cognovisti* (ibi enim multa disputat de distinctione inter naturam humanam & hypostasin) *hanc si traducas etiam ad divinas doctrinas atque decreta non errabis*: atqui natura humana & hypostasis differunt saltem modaliter ex natura rei: igitur, etsi nolim disputare, quâ distinctione ex natura rei, natura humana & hypostasis differant, saltem habemus non solâ ratione distin-

(g) ἘΠΕΙΔΗ πολλοὶ τὸν τε τῆς οὐσίας λόγον καὶ τὸν τῶν ὑποστάσεων ἀπὸ τῶν μυστικῶν δογμάτων οὐ διακρίνουσιν. ἀλλ' οἴονται διαφέρειν μηδὲν οὐσίαν ἢ ὑπόστασιν λέγειν, ὡς μιᾶς οὔσης ἐν ἑκατέρῳ τῶν ὀνομάτων τῆς σημασίας. καὶ διὰ τοῦτο διπλῆς αἱρέσεως τῆς κατὰ τὸ ἐναντίον ἀποσχισμένης καὶ περὶ τὰς φωνὰς ταύτας κατὰ τὸ σημαινόμενον διαμαρτία τὰς ἀρχὰς καὶ τὰς ὑποθέσεις παρέσχετο, τῶν τε κατὰ Σαβέλλιον διὰ τὸ τῆς οὐσίας κοινὸν εἰς μίαν ὑπόστασιν συναλειφόντων τὴν ἁγίαν τριάδα, καὶ τὸ ἔμπαλιν τῶν τὴν ἐναντίαν νόσον ἐῤῥωστηκότων, τῶν ὑποστάσεων διαφορὰν, καὶ τὴν κατὰ τὰς οὐσίας παραγραφὴν εἰσαγόντων.

(h) ὃν τοίνυν ἐν τοῖς καθ' ἡμᾶς ἔγνως διαφορᾶς λόγον, ἐπί τε τῆς οὐσίας καὶ ἐπὶ τῆς ὑποστάσεως, τοῦτον μεταθεὶς καὶ ἐπὶ τῶν θείων δογμάτων οὐχ ἁμαρτήσεις.

gu

qui Naturam Divinam ab Hypostasibus Divinis, ac consequenter ut ex mente Nysseni concedatur in Deo distinctio ex natura rei formalis, quæ nec unitatē Naturæ Divinæ à Personis divellat, neque unitas, quæ in Essentia consideratur, proprietatem personarum tollat & confundat, sed (i) *discrimen conjunctum*, ut ibidem *Nyssenus* & *discretionem conjunctam* dicat, quod indubiè cum Hypostases, quâ proprietatem personalem dicunt, nullo modo sint conjunctæ, sed realiter discretæ intelligendum venit de conjunctione discreta, quam habent in ordine ad Essentiam, non ad se, ut supra q.3.a.c. n. 313. visum est.

(i) διάκρισιν τε συνημμένην, ἢ διακεκριμένην συνάφειαν.

396. *Secundò* Assertioni nostræ fidem faciunt quæ habet *Tom.* 2. Tract. adversus Græcos ex Notionibus Divinis statim ab initio ostendens quomodo Personalitates non pertineant ad rationem Deitatis tanquam essentiale prædicatum, quod item nomen Deus non sit significativum Personarum. (k) *Si nomen*, inquit, *hoc Deus Personarum significativum esset, cùm tres Personas dicimus, ex necessitate tres diceremus Deos*. Ac si diceret: si tres Personalitates divinæ formalissimè Deitas essent, necessariò cùm divisio numeralis sequitur ex Personalitatibus, tres diceremus Deos; superest ergo & sequitur evidenter, quòd Personalitates essentialiter non pertineant ad Essentiam tanquam essentiale illius prædicatum, consequenter suo modo ab illa sint distinctæ: sin autem ita ad quidditatem Deitatis etiam pertineant, ita ut sint ipsa formalissima Deitas, non appareret quare & ipsa cum Personis non esset trina, unde meritò dixit ἐξ ἀνάγκης ex necessitate *tres diceremus Deos*. Subditque: (l) *ex proprietate aliqua, quæ ipsi inest non conjungimus copulam* [&] *ut dicamus Deum & Deum & Deum*, velut dicimus Patrem & Filium & Spiritum sanctum, (m) *Quod si dicimus Patrem Deum, & Filium Deum & Spiritum sanctum Deum, vel Deum Patrem, & Deum Filium, & Deum Spiritum sanctum, notionem Personarum Nominibus copulamus, nempe Patri, Filio, & Spiritui sancto, ut sit Pater & Filius & Spiritus sanctus, hoc est, Persona & Persona & Persona*, Sic Persona Patris non Paternitate, quam dicit, constituitur Deus; sed Deitate: Persona Filii non Filiatione, quam habet, constituitur Deus; sed eâdem quâ Pater Deitate: & Persona Spiritus sancti, non spiratione passivâ, quam importat; sed eâdem iterum quâ Pater & Filius Deitate, unus & idem cum illis constituitur Deus: & ideo copula [&] non indigitat Deum & iterum Deum, iterumque alium Deum, sed Patrem & Filium & Spiritum sanctum, (n) *non enim*, pergit Nyssenus, *quatenus Pater diversam servat proprietatem suam ad Filium juxta hoc Deus est Pater, nam sic Filius non esset Deus: etenim si quia Pater est Pater, propterea & Deus Pater, quoniam non Pater Filius, non Deus Filius: si verò Deus Filius, non quia Filius, similiter & Pater, non quia Pater, ideo Deus, sed quia Essentia una Pater & Filius unus est Deus*. Igitur dicit quamlibet Personā Divinam esse Deum Deitate in se manente & intra se consistente, præcisâ omni identitate formali & ordine ad

(k) Εἰ τὸ Θεὸς ὄνομα προσώπων δηλωτικὸν ὑπῆρχε, τρία πρόσωπα λέγοντες, ἐξ ἀνάγκης ἂν τρεῖς ἐλέγομεν Θεούς.

(l) ἔκ τινος ἰδιώματος προσόντος αὐτῷ, οὐ συνάπτομεν τὸ καὶ σύνδεσμον, ὥστε λέγειν ἡμᾶς, Θεὸν καὶ Θεὸν καὶ Θεόν.

(m) εἰ δὲ λέγομεν πατέρα Θεὸν, καὶ υἱὸν Θεὸν, καὶ πνεῦμα ἅγιον Θεόν, ἢ, Θεὸν πατέρα καὶ Θεὸν υἱὸν, καὶ Θεὸν ἅγιον, τὸν καὶ σύνδεσμον κατ' ἔννοιαν τοῖς τῶν προσώπων ὀνόμασι συνάπτομεν, οἷον πατρὶ υἱῷ, ἁγίῳ πνεύματι, ἵνα ᾖ πατὴρ υἱὸς, καὶ ἅγιον πνεῦμα, τουτέστι πρόσωπον, καὶ πρόσωπον καὶ πρόσωπον.

(n) οὐ γὰρ καθὸ τὴν ἑτερότητα σώζει πατὴρ πρὸς υἱὸν, κατὰ τοῦτο Θεὸς ὁ πατήρ. οὕτω γὰρ οὐκ ἂν Θεὸς ὁ υἱός. εἰ γὰρ ἐπεὶ πατήρ ὁ πατὴρ, διὰ τοῦτο καὶ Θεὸς ὁ πατὴρ, ἐπεὶ μὴ πατὴρ ὁ υἱὸς, οὐ Θεὸς ὁ υἱός. εἰ δὲ Θεὸς ὁ υἱὸς, οὐκ ἐπεὶ υἱὸς, ὁμοίως καὶ ὁ πατὴρ, οὐκ ἐπεὶ πατὴρ, Θεός. ἀλλ' ἐπεὶ οὐσία τοιάδε, εἷς ἐστι πατὴρ, καὶ ὁ υἱὸς Θεός.

proprietatem & complemẽtum Deitatis Personale, quod paucis interjectis ampliat, inquiens: (o) *quemadmodum eo quod differat Pater à Filio & Spiritu sancto, tres asserimus Personas, ita quia non differunt secundùm substantiã, sed est juxta ipsam Personarum identitas, erit etiam omninò secundùm nomen (Deus) quippè hoc substantiam declarandi vim habet: non quod ipsa sit, repræsentet*, puta distinctè & comprehensivè, *siquidem incomprehensibilis est, sed ab aliqua proprietatum, quæ ipsi inest, eam significat, est enim proprietas sempiternæ substantiæ*. Ubi ut apertius distinguat Essentiam Dei absolutam à proprietate relativa, duo dicit, *unum*, proprietatem *inesse substantiæ*, ac de illa ut distinctum quid prædicat, ideoque possessivo ponitur casu, quod sit *proprietas sempiternæ substantiæ*, adeoque in Divina Essentia existens sit velut quidpiam alterum non formaliter & per se in recto ipsa Essentia. Secundò, quòd per illam plurificetur & differat Persona à Persona, prætervecto omni contradictionis obstaculo, hinc cùm ab Essentia oriri nequeat diversitas, sicut neque unitas Naturæ à Personis, ne foret inintelligibilis Trinitas & unitas in eadem formalitate, mox distinguit rationem absoluti in Deo, id est, Essentiam à Relatione & Personalitate, dicens: (p) *Deus Personam non declarat*, ecce per particulam negantem *non*, esto Persona Divina sit Deus, significatum Deitatis distrahit tamen ac alienat à personalitate, ut sensus sit: Deus non declarat Personam, intellige in sensu præciso, scilicet non declarat Paternitatẽ, non Filiationem, non spirationem passivam, (q) *sed substantiam* absolutam (r) *Nam si Deus*, inquit, *Personam indicaret*, id est, Deum secundum esse relativum, ita ut Relatio & Deitas in Persona sint una formalissimè realitas, sicut sunt una res, (s) *una & sola ex Personis diceretur Deus, quæ tali nomine significaretur: sicut ideo Pater, solus dicitur Pater, quia nomen istud Personam significandi vim habet*, id est, relativi rationem, non absolutum quid, ergo & Deus solum dicit Deitatem, quia illius solius significandi vim obtinet, non Hypostasis, quæ alio Nomine ut distinctum quid ab ipsa significatur, quâ doctrina *Nyssenus* salvâ Hypostasin inter & substantiam distinctione, neque Personas confundit, neque Divinitatem dividit, sed cum Subtili, ut omnia in Divinis verificentur sine contradictione, illam subtiliter, non realiter distinguit à proprietatibus hypostaticis trium Personarum.

316. *Probatur* Assertum tertiò ex eodem Tractatu de Notionibus ante finem: (t) *Perspicuum est*, inquit, non esse idem substantiam & Hypostasin, *Hypostasis enim statim audientis mentem transfert ad quærendum crispum, cæsium, Patrem, Filium, ac si quid simile.* Et mox: (v) *Porro non idem sunt substantia & individuum quod est Hypostasis: neque eadem quæ designant ac notant secundum Nyssenum, ergo Paternitas & Filiatio non sunt idem quod Essentia*, quod hisce finaliter confirmat:

(o) ὥσπερ τῷ διαφέρειν τὸν πατέρα τοῦ υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, τρία φαμὲν πρόσωπα, οὕτως ἐπεὶ μὴ διαφέρουσι κατὰ τὴν οὐσίαν, ἀλλ' ἔστι κατ' αὐτὴν τῶν προσώπων ταυτότης, ἔσται πάντως ἓν καὶ κατὰ τὸ Θεὸς ὄνομα. δηλωτικὸν γὰρ τοῦτο τῆς οὐσίας, οὐ τὸ τί ἐστιν αὐτῆς παριστῶν, ἐπεὶ ἀκατάληπτον, ἀλλ' ἀπό τινος ἰδιωμάτων προσόντος αὐτῇ λαμβανόμενον, παραδηλοῦν αὐτήν. ἔστι γὰρ ἰδίωμα τῆς ἀϊδίου οὐσίας.

(p) μὴ πρόσωπον δηλοῖ τὸ Θεός.

(q) ἀλλὰ τὴν οὐσίαν.
(r) εἰ γὰρ πρόσωπον ἐδήλου τὸ Θεός.

(s) ἓν καὶ μόνον τῶν προσώπων ἐλέγετο Θεὸς, ὅπερ ἐσημαίνετο τῷ τοιῷδε ὀνόματι. ὥσπερ διὰ καὶ πατὴρ μόνος ὁ πατὴρ λέγεται, διὰ τὸ προσώπου δηλωτικὸν εἶναι τοῦτο τὸ ὄνομα.

(t) πρόδηλον γὰρ ὡς οὐ ταὐτὸ οὐσία καὶ ὑπόστασις· ἡ γὰρ ὑπόστασις αὐτίκα τὴν διάνοιαν τοῦ ἀκροωμένου παράγει πρὸς τὸ ζητῆσαι οὖλον, γλαυκὸν, πατέρα, υἱὸν, ἢ εἴ τι ὅμοιον.

(v) εἰ δὲ μὴ ταὐτὸν οὐσία καὶ ἄτομον, ὅπερ ἐστὶν ὑπόστασις.

(u) *quæ idem nomen obtinent Hypostaseos, differunt à se invicem, non iis quæ substantiam denotant, verùm iis, quæ dicuntur accidentia.* Quid ad distinctionem inferendam ex Nysseno inter Essentiam & Hypostasin expectatur clarius?

333. *Probatur quartò* ex libro 12. pagina 808. contra Eunomium docentem, quod demiurgia seu effectrix operatio Patris & Paternitas prorsus idem sint, contra quem fortiter insurgens ait: (x) *Hic mihi attentas aures præbere auditorem maximè postulo, quomodo idem esse putat duorum horum Nominum significatum creationis scilicet & Paternitatis*, & ne dicas, quòd revera *Eunomio* non venit in mentem, creationem accipi pro denominatione sumpta à creatura, vel pro ipsa creatura, & non pro ipsa operatione creativa Dei, quæ sit quasi actus secundus divinæ voluntatis, ideo adjicio quæ mox sequuntur, & ubi illam Nyssenus vocat *effectricem operationem*, ac *efficaciam effectricem, motionem operationum*; quæ non dicuntur nisi de intrinseco velle Dei: (y) *Quid igitur*, inquit, *si per se non subsistit effectrix operatio, nisi adsit subjectum patiens ex hoc conficitur? Pater sicut isti dicunt, nihil aliud est nisi operatio: patibilis igitur per hæc Unigenitus Filius demonstratur ad motionem operationis, quæ ipsum subsistere facit.* Statim (z) *Si Paternitatem quis definiat efficaciam* [quam mox infra effectricem vocat efficaciam] *non aliter demonstrat Filii subsistentiam, nisi per aliquam patibilem materiam*, &c. Et tandem dilemmate convincit, quòd qui volunt Filium operationis esse effectum, sicut Patris est, eaque pro eodem habeat, seu quòd Paternitas & operatio Patris idem omninò & pro formaliter eodem habeantur, *aut Filii Essentiam patibilem* dicat, *sicque* (α) *sui ipsius operatricem essentiam effecisse*, quod est absurdissimũ, aut planè nòn esse adstruat, vel (β) *Si pati Natura Filii abhorreat, neq; effectricem efficaciam in seipsum admittat*; perspicuum ergo est, ut penitus destruat dogma Eunomianum, sustinere Nyssenum, operationem Patris, consequenter Essentiã effectricẽ nõ esse formaliter idem quod est Paternitas, id quod infra repetens: (γ) *aliud igitur est Ingeniti actio ab ipso Ingenito*, Eunomiũ ad plura absurda ex propria deducit doctrina, hisq; tandem pag. 811. concludit, ac Essentiæ distinctionem ad attributa extendens, ait: (δ) *Ergo Essentia quidem in eo quod est aliquid, intelligitur, bonum autẽ vel corruptibile, quale quid esse indicat. Alia igitur Essentiæ ratio, & alia quæ quomodo, vel quale per se declarat*, quid evidentius?

334. *Probatur quintò* ex Opusculo *quòd non sint tres Dii*, ad *Ablabium* circa finem; (ε) *Nam si quis* inquit, *calumniatur orationem, quasi ex eo, quòd non admittat differentiam secundùm Naturam, mixtionem quandam & confusionem hypostaseon faciat*; est præoccupatio objectionis, si namque Hypostales seu Paternitas, filiatio & spiratio passiva sint ipsa formalissima Essentia, nec quidquam distinctum ab illa, diceret aliquis nihil fingi posse, quod Essen-

(u) κοινωνούντων τούτων τοῦ ὀνόματος, τουτέστι τῆς ὑποστάσεως, διαφερόντων ἀλλήλων οὐ τοῖς τὴν οὐσίαν χαρακτηρίζουσιν, ἀλλὰ τοῖς λεγομένοις συμβεβηκόσιν.

(x) Τούτῳ μοι προσέχειν μάλιστα τὸν ἀκροατὴν ἀξιῶ. πῶς ταυτὸν οἴεται τῶν δύο τούτων ὀνομάτων τὸ σημαινόμενον, τῆς δημιουργίας λέγω καὶ τῆς πατρότητος.

(y) Τί οὖν ἐκ τούτου κατασκευάζεται, εἰ οὐ συνίσταται καθ' ἑαυτὴν ἡ ἐνέργεια, ἡ ἀποτελεστικὴ τινὸς πράγματος, μὴ ὑποκειμένου τοῦ πάσχοντος. ὁ πατὴρ δὲ, καθὼς οὗτοί φασιν, οὐδὲν ἕτερόν ἐστιν ἢ ἐνέργεια. παθητὸς ἄρα διὰ τούτων ὁ μονογενὴς υἱὸς ἀποδείκνυται, πρὸς τὴν κίνησιν τῆς ὑφιστώσης αὐτὸν ἐνεργείας τυπούμενος.

(z) εἰ ἐνέργειάν τις ὁρίζοιτο τὴν πατρότητα, οὐκ ἄλλως ἀποδείξει τοῦ υἱοῦ τὴν ὑπόστασιν, μὴ κατά τινα παθητικὴν πάντως ἀπεργασθεῖσαν ὕλην.

(α) ἐνεργὸν ἑαυτοῦ τὴν δημιουργικὴν οὐσίαν ποιῆσαι.

(β) ὁ γὰρ παθεῖν ἀποπεφυκὼς οὐ διὰ τῆς ποιητικὴν ἐνέργειαν ἐφ' ἑαυτοῦ πάντως προσίεται.

(γ) Τοίνυν ἄλλο τὸ τῆς ἀγεννησίας ἔργον καὶ ἀγέννητος.

(δ) οὐκοῦν οὐσία μὲν ἐν τῷ εἶναί τι καταλαμβάνεται. τὸ δὲ ἀγαθὸν ἢ τὸ φθαρτὸν, ἐν τῷ ποῖόν τι εἶναι. ἄλλος οὖν ὁ τοῦ εἶναι λόγος, καὶ ἕτερος ὁ τὸ πῶς, ἢ τὸ ποῖον δι' ἑαυτοῦ σαφηνίζων.

(ε) εἰ δέ τις συκοφαντοίη τὸν λόγον, ὡς ἐκ τοῦ μὴ δέχεσθαι τὴν κατὰ φύσιν διαφορὰν, μίξιν τινὰ τῶν ὑποστάσεων καὶ ἀνακύκλησιν κατασκευάζοντα.

tiæ desit, ut non sit confundenda & miscenda cum quacunque Hypostasi, cùm illæ sint formaliter ipsa Essentia, nec videtur ut magis eluceidemus *Nysseni* præoccupationē, quomodo constare possit fidei dogma in *Concil. Lateran.* cap. *Damnamus* definitum, quòd Essentia Divina non sit generans, neque genita, nec procedens, sed est Pater qui generat, Filius qui genitur, & Spiritus sanctus qui procedit, quomodo, inquam, stabit, si Pater qui generat, & Filius qui generatur sint secundùm suas proprias Personalitates ipsa formaliter Essentia ei nihil distinctum superaddentes, & vicissim ipsa Essentia sit ipsæ formaliter Personalitates Patris, Filii, Spiritusque sancti, at nihil amplius aut aliud nihil, in quo aliqua inveniatur differentiá, & si dum Pater generat, Filius generatur, & tamen non generet neque generetur Essentia, Spiritus sanctus procedit, non autem Essentia, dic quidnam illud erit, quod præter Essentiam in Patre concurrit ad generandum, in Filio ad generari, & ad procedere in Spiritu sancto, nonne catholicè respondebis illud esse Paternitatem, Filiationem & spirationem passivam, non enim superest aliud: at secundùm te hæc sunt ipsa formaliter Essentia, & nihil aliud formaliter illæ, quàm ista, & manet vis argumenti.

Loquatur itaq; *Nyssenus*, ut, quid sentiat, videamus. (ζ) *Nos*, inquit, *Qui Divinam Naturam differentiæ, variationisq; expertem esse confitemur, tam quæ circa causam & causatum consideratur differentiam non negamus* [Nota S. Gregorium Nyssenum more Græcorum Patrum, nomine causæ uti pro principio, quomodo meminit Florentinum in Decreto Eugenii Filium esse secundùm Græcos quidem *causam*, secundùm Latinos verò *principium* subsistentiæ Spiritus sancti igitur *causa* apud Græcos, quod apud Latinos *principium*, sonabit & juxta hanc indicatam causæ notionem sic pergit] *per quod solùm discerni alterum ab altero deprehendimus, nimirum eò quòd credimus aliud quidem causam esse, aliud verò ex causa.* Et quia vidit per hoc nondum posse dilui calumniam, poterat siquidem objici, illud quod causa est Filii in Patre, & causa Spiritus sancti in Patre & Filio nihil est aliud præter ipsam formalissimam Essentiam, quæ non est causa neque causata, quia neque generat, neque generatur, &c. ergo syncerè effugere non potes vim & pondus argumenti, consequenter nec confusionem Naturæ cum Hypostasibus & vicissim, ideo statim clarissimis verbis innuens distinctionem aliquam inter relationes Personales & Essentiam subdit: (ı) *Causam autem & id, quod ex causa est dicentes, non Naturam, per hæc Nomina significamus, neque enim aliquis eandem causæ & naturæ rationem reddiderit, sed eam, quæ est,* κατὰ τὸ πῶς εἶναι, *secundum qualiter esse, differentiam indicamus.* Ubi secundum *qualiter* esse, sive esse relativum Paternitatis, Filiationis, &c, differentiam statuit à Natura, ex quo ne quis no-

(ζ) ὅτι τὸ ἀπαράλλακτον τῆς φύσεως ὁμολογοῦντες, τὴν κατὰ τὸ αἴτιον καὶ αἰτιατὸν διαφορὰν οὐκ ἀρνούμεθα, ἐν ᾧ μόνῳ διακρίνεσθαι τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου καταλαμβάνομεν.

(ı) αἴτιον δὲ καὶ τὸ ἐξ αἰτίου λέγοντες, οὐχὶ φύσιν διὰ τούτων τῶν ὀνομάτων σημαινόμεθα. οὐδὲ γὰρ τὸν αὐτὸν ἄν τις αἰτίας καὶ φύσεως ἀποδοίη λόγον ἀλλὰ τὴν κατὰ τὸ πῶς εἶναι διαφορὰν ἐνδεικνύμεθα.

vam

vam illi strueret calumniam; quod Hypostases secernat realiter ab Essentia, ille quod talem non intendat distinctionem, sed solam formalem ex natura rei, quæ stat cum identitate reali, (θ) *Non Naturam*, inquit, *verbo causa separamus: sed solummodo neque Filium ita se habere, quasi genitus non sit*, id est, quasi solùm formaliter Essentia sit, & statim: (ι) *priùs necesse est nos credere, quòd aliquid sit; & tunc quomodo id, quod creditum est, scrutari. Alia igitur ratio est ejus, quod quid est: alia item ejus, quod quomodo est*, per quomodo innuit proprietates Hypostaticas, *nam*, inquit, *si quis dicat, aliquid ita esse, quasi non genitum, quomodo ponit:* quod autem sit, id est, quod ejus Essentia sit, *hac voce simul non indicat*. Quæ verba perspicuè distinguunt Essentiam à proprietatibus Personarum, unde contra præoccupatam calumniam finaliter ita concludit: (κ) *Ejusmodi igitur differentiam in SS. Trinitate edentes, ut aliud quidem causam, aliud ex causa esse* credamus, quæ alietas quam specificat in τὸ aliud, tam est attendenda in Paternitate & Filiatione ad Essentiam, quam in Paternitate ad Filiationem, quæ est realis & numerum infert Personarum, siquidem si nulla sit inter Essentiam & Paternitatem alietas, neque inter Filiationem & Essentiam, sequeretur obimbibitam in se formalissimam identitatem Paternitatis & Filiationis cum Essentia, aut tres Personas esse unicam Hypostasin, aut Essentiam constituere Trinitatem in ratione Essentiæ, adeoque nondum esset deleta objecta calumnia, cum tamen hisce allatis dicant audacter: *Jam non amplius accusari possumus, quòd per communionem Naturæ rationem Hypostaseon confundamus.*

335. *Finaliter* denique probatur ex Opusculo cit: de differentia Essentiæ & Hypostaseon ad Petrum fratrem suum, post medium versus finem, dicens: (λ) *Quoniam igitur disceptatio aliud quidem commune quiddam, aliud verò proprium & peculiare in SS. Trinitate consideravit, communionis quidem ratio ad Essentiam reducitur, Hypostasis verò peculiare ac proprium uniuscujusque signum est.* Ubi S. Doctor quasi anacœphaleosin dictorum faciens duarum reminiscitur formalitatum, communis scilicet & propriæ, ex quibus quælibet Persona constituitur & distinguitur, ita ut proprietas non sit formaliter omninò ipsa Essentia, nec adæquatè ipsa Persona, sed formalitas, quæ est Personâ, quæ & numerum inducit, unamq; Personam distinguit ab aliâ, quod mox egregiè declarat, sibi ipsi objiciens locum Apostoli, quo dicitur Filius *splendor gloriæ ejus & figura Hypostaseos.* (μ) *Si, ait, Hypostasis proprium & peculiare signū Essentiæ uniuscujusque Personæ est ---- Filius verò designatur proprietatibus Patris, utique non amplius proprium ac præcipuum apud Patrē manet insigne, ut de eo solo separatim dicatur, non genitum esse: siquidem proprio Patris insigni Unigenitus quoque Essentia denotatur.* [Simile argumētum à contrario de Essentia fieri potest, quòd nō sit communis tribus Personis, si illa sit formaliter

(θ) οὐχὶ τὴν φύσιν τῷ κατὰ τὸ λόγῳ διεχωρίσαμεν. ἀλλὰ μόνον τὸ μήτε τὸ υἱὸν ἀγεννήτως εἶναι.

(ι) πρότερον δὲ ἡμᾶς εἶναι πιστεύειν τι ἐπάναγκες. καὶ τότε ἐπὰν ἔστι τὸ πεπιστευμένον περιεργάσασθαι. ἄλλος οὖν ὁ τοῦ τί ἐστι, καὶ ἄλλος ὁ τοῦ πῶς ἐστι λόγος. τὸ οὖν ἀγεννήτως εἶναί τι λέγειν, πῶς μέν ἐστιν, &c.

(κ) τὴν οὖν τοιαύτην διαφορὰν ἐπὶ τῆς ἁγίας τριάδος λέγοντες, ὡς τὸ μὲν αἴτιον, τὸ δὲ ἐξ αἰτίου εἶναι πιστεύειν, &c.

(λ) ἐπεὶ οὖν τὸ μέν τι κοινὸν ἐν τῇ ἁγίᾳ τριάδι, τὸ δὲ ἰδιάζον ὁ λόγος ἐνεθεώρησεν. ὁ μὲν τῆς κοινότητος λόγος εἰς τὴν οὐσίαν ἀνάγεται, ἡ δὲ ὑπόστασις, τὸ ἰδιάζον ἑκάστου σημεῖόν ἐστιν.

(μ) εἰ γὰρ καὶ ὑπόστασις τὸ ἰδιάζον τῆς ἑκάστου ὑπάρξεως σημεῖόν ἐστι ---- μεμόρφωται δὲ ὁ υἱὸς τοῖς τοῦ πατρὸς ἰδιώμασιν. ἄρα οὐκέτι παραμένει τῷ πατρὶ κατεξαίρετον ἐπ' αὐτοῦ μόνου κεχωρισμένως τὸ ἀγέννητον λέγεσθαι, εἴπερ τῷ ἰδιάζοντι τοῦ πατρὸς, καὶ ἡ τοῦ μονογενοῦς χαρακτηρίζεται ὕπαρξις.

maliter ipsum insigne seu proprietas Patris & Filii, &c. cùm sit par ratio utrobique) post prolixum deinde discursum, ad non identitatem recurrens, respondet circa finem, quomodo qui Filii formam mente concepit, Paternæ Hypostaseos effigiem imaginari queat, nimirum (ν) *per hunc* (puta Filium) ait, *illum* (Patrem subaudi) *cernens, non tamen Patris proprietatem, qua non genitus esse dicitur, perspicens*[*idem enim nimirum & non aliud atque diversum esset*] id est, Paternitas & Essentia Filii una eademque essent formalitas, item Filiatio & Essentia Patris: non enim negat *Nyssenus* quin sint una res, quæ cùm Deus est, totus Filius sit in Patre, ac rursus totus in Filio Pater; sed paucis nodum solvit: per Filium scilicet ita cerni effigiem Paternæ substantiæ, ne per omnimodam & formalissimam identitatem proprietatum cum Essentiâ confundantur Essentia & Paternitas in Filio, neque ita Essentia & Paternitas in Filio idem essent, sicut Essentia & Essentia unum & idem in Patre & Filio, juxta quam identitatem duntaxat dicitur, omnia quæ Filii sunt, Patris sunt, *omnia mea tua sunt, & tua mea sunt*, manente semper cuilibet suâ, quæ in iis consideratur, proprietate; Paternitate scilicet soli Patri, Filiatione soli Filio, spiratione passivâ Spiritui sancto non pertinentibus formaliter ad Essentiam ad omnes pertinentem, aliàs si illæ æque ad Essentiam, quemadmodũ ipsa ad seipsam pertinerent in Patre & Filio, necesse esset primò non minus Essentiam esse in Personis divisam quàm ipsæ Personæ, si, ut certissimum est, in Personis divisio oriatur ex proprietatibus personalibus, quæ secundùm illam opinionem essent formalissimè Essentia, sicque redibunt argumenta superius allata. Secundò necesse esset Essentiam tam soli Patri propriam, quàm sit ipsa Paternitas, quæ formaliter nihil aliud est quàm Essentia, idem est quoad Personam Filii & Spiritus sancti, &c. Habemus itaque ex Nysseno proprietates Hypostaticas aliquo modo distingui ab Essentia, adeoque qui Nyssenum non reprobat, cum Scoto sentire tenetur.

(ν) βλέπων διὰ τούτου ἐκεῖνον, οὐ τὴν ἀγεννησίαν τοῦ πατρὸς ἐν τῷ ἀπεικονίσματι βλέπων, ἦ γὰρ ἂν δήπου ταυτὸν ἦν, καὶ οὐχ ἕτερον.

ARTICULUS II.

Quid idem Nyssenus sentiat de distinctione Divinæ Essentiæ ab Attributis, & Attributorum inter se?

ASSERTIO I

S. Gregorius Nyssenus & Doctor Subtilis unius opinionis de distinctione & identitate intèr Essentiam & Attributa Divina, & Attributorum inter se, Didymi existunt.

336. Probatur primò ex Opusculo *Nysseni* de Trinitate ad *Eustathium*, & legitur inter Epistolas *Basilii* M. LXXX. ordine circa finem illius cùm dixisset; bonum, justum & similia Nomina, quæ differentiam operationum ac efficaciarum indicant, intelligi circa naturam Dei, mox subdit: (ρ) *Cùm alicuju & uniuscujusq; horum Nominum & ipsius Natura, circa quam ta Nomina intelliguntur rationem reddit & definitionem: non eandem reddit utrorumque rationem, quorum autem ratio definitiovè diversa eorum quoque Natura differens est. Igitur aliquid aliud quidem Essentia - - - - alia verò Nominum, quæ circa eam proferuntur, quæ vel ex efficacia atque*

(ρ) ὅταν γὰρ ἀποδιδῷ τις λόγον, ἑκάστου τούτων τῶν ὀνομάτων, καὶ αὐτῆς τῆς φύσεως περὶ ἣν τὰ ὀνόματα, οὐ τὸν αὐτὸν ἀμφοτέρων ἀποδίδωσι λόγον. ὧν δὲ ὁ λόγος, τούτων καὶ ἡ φύσις διάφορος. οὐκοῦν ἄλλο μέν τι ἐστὶν ἡ οὐσία - - - ἑτέρα δὲ τῶν περὶ αὐτὴν ὀνομάτων ἡ σημασία ἐξ ἐνεργείας τινὸς ἢ ἀξίας ὀνομαζομένων.

alio-

ctione aliqua, vel dignitate indita sunt significatio est. Ecce triviali quidem & communi S. Nyssenus, sed irrefragabili insistit argumento: quorum ratio definitioque diversa est, eorum quoque Natura differens est: sed ratio Essentiæ, bonitatis, justitiæ aliorumque Attributorum, quo Antiqui cum *Dionysio* per Nomina Divina denotarunt, definitione à S. Doctore pronunciatur diversa, ergo, &c.

Posset alicui videri *Nyssenum* non intelligere per *Nomina circa Naturam* Attributa Naturæ Divinæ inexistentia, sed opera Dei extrinseca, seu creaturas eorumque extrinsecam gubernationem ac providentiam, quæ quia bonitatis & Sapientiæ Divinæ sunt manifestativa Deum quasi circumstare, seu circa ipsum esse à sanctis PP. sæpè pronunciantur.

Respondeo contrarium patere in *Nysseno*, tum quia nemo dubitat rationem Dei aliam esse à ratione creaturæ, ut pro eo probando necesse non fuerit, diversam allegare eorum descriptionem, tum etiam quia statim subjungit hæc verba: (σ) *quòd nulla in operationibus & efficaciis differentia sit*, intellige non quoad se, quia in eodem loco sibi *Nyssenus* contradiceret, sed quoad Personas operantes, quibus ob identitatem realem indiscriminatim conveniunt, quod & hisce patenter innuit: (τ) *ex identitate efficaciarum & operationum non inconvenienter neque abundè unius Deitatis statuimus & censemus esse SS. Trinitatem*; loquitur de efficaciis in plurali, easque esse identificatas, quod indubiè de efficaciis operandi tam ad intus, quàm ad extra, id est, pro sapere, intelligere & velle Dei intelligendum venit, neque enim res & creaturæ extra Deum sibi sunt identificatæ. Adde, quod ibidem *Nyssenus* agens de particulari Nomine *Deitatis*, supposito quòd illud, ut ibi disceptatur, sit non Naturæ, sed energiæ nomen, expressè dicat, illud significare, (υ) *unam Patris & Filii & Spiritus sancti efficaciam*, manifestum autem est, quòd Deitatis Nomen, nihil sonet, quod sit extra Deum: ergo efficacia & alia quæ per alia Nomina Divina circa Deum enunciantur, veniunt intelligenda solùm pro iis, quæ sunt realiter Deus.

(σ) τὸ μὲν ὅλον ἐν ταῖς ἐνεργείαις μηδεμίαν εἶναι διαφοράν.

(τ) ἐκ τῆς τῶν ἐνεργειῶν ταυτότητος, οὐκ ἀπεικότως μιᾶς θεότητος τὴν ἁγίαν τριάδα ὁριζόμεθα.

(υ) εἴτε ὅλον ἐνεργείας ὄνομα ἡ θεότης, ὡς μίαν ἐνέργειαν πατρὸς καὶ υἱοῦ, καὶ ἁγίου πνεύματος, οὕτω φαμὲν εἶναι καὶ τὴν θεότητα.

337. *Probatur* secundò ex Tom. 3. Nysseni Opusculo ad *Ablabium, quòd non sint tres Dii*, ubi docet, non esse Nomen, quod explicet, quid sit Deitas, ne quidem ipsum vocabulum Deitatis, puta distinctè & clarè, dari tamen nomina, quæ denotant & significant Attributa Dei tam negativa quàm affirmativa, quæ opponit & contradistinguit Naturæ Divinæ: sicque ibi post initium, ait: (φ) *Omne nomen sive ab humana consuetudine adinventum, sive à Scripturis traditum fuerit, aliquid denotandi vim habere dicimus eorum, quæ circa Naturam Divinam esse intelliguntur, ipsius verò Natura non continere significationem.* Huic conformiter statim subjicit: (χ) *Eorum unumquodque quæ idcirco prodita sunt ut nos deducant ad Dei notitiam, peculiarem continet proprii significati vim, nec ullam in Divinis Nominibus vocem reperies aliquo carentem intellectu. Ex hoc itaque demonstratur, quòd non ipsa Natura Divina per aliquod eorum Nominum denotetur, sed aliquid eorum quæ ei adjuncta sunt, per ea quæ dicuntur, indicetur*: quid desit, non appareat ad inferendam veram & decentem

(φ) πᾶν ὄνομα εἴτε παρὰ τῆς ἀνθρωπίνης συνηθείας ἐξευρῆται, εἴτε παρὰ τῶν γραφῶν παραδέδοται, τῶν περὶ τὴν θείαν φύσιν νοουμένων ἑρμηνευτικὸν εἶναι λέγομεν, οὐκ αὐτῆς τῆς φύσεως περιέχειν τὴν σημασίαν,

(χ) ὅσα δὲ πρὸς ὁδηγίαν τῆς θείας κατανοήσεως ἐστὶν ὀνόματα, ἰδίαν ἔχει ἕκαστον ἐμπεριειλημμένην διάνοιαν, καὶ οὐκ ἂν χωρὶς νοήματός τινος οὐδεμίαν εὕροις φωνὴν ἐν τοῖς θεοπρεπέσιν τῶν ὀνομάτων. ὡς ἐκ τούτου δείκνυσθαι μὴ αὐτὴν τὴν θείαν φύσιν ὑπό τινος τῶν ὀνομάτων σημαινομένην, ἀλλά τι τῶν περὶ αὐτὴν διὰ τῶν λεγομένων γνωρίζεσθαι.

distinctionem Attributa inter & Essentiam Divinam, nisi fortè qui hoc non vident tam evidenter intelligibile, expectent exemplo erudiri à *sancto Nysseno*: ecce in promptu ait: (✝) *Sic dicimus verbi gratia, Numen esse incorruptibile, vel potens, vel quæcunque alia dicere mos est*, v.g. justus, bonus, sapiens, *sed reperimus cujuscunque Nominis peculiarem esse significationem, quàm deceat intelligi ac dici de Divinâ Naturâ, quæ significatio tamen non illud significet, quod Natura juxta Essentiam est.* Si non illud; ergo aliud, si non aliud realiter, nescitur enim talis alietas in perfectionibus Dei absolutis, ergo aliud formaliter ad Subtilis Scholæ mentem, id quod hoc loco ampliat, & clarissimè probat ostendendo tam Attributa Dei affirmativa quàm negativa diversas sortiri rationes propriâ significatione significabiles, quæ non coincidunt cum Natura Divina, sed eam ab illis sibi insitis denominari denominatione omnibus tribus Personis communi, vide ipsum Opusculum cit. ante medium, & ea quæ circa finem refert.

(✝) λέγομεν γὰρ εἶναι τὸ θεῖον ἄφθαρτον, εἰ οὕτω τύχοι, ἢ δυνατὸν, ἢ ὅσα ἄλλα σύνηθες ἐστὶ λέγειν. ἀλλ' εὑρίσκομεν ἑκάστου τῶν ὀνομάτων ἰδιάζουσαν ἔμφασιν, πρέπουσαν περὶ τὴν θείαν φύσιν νοεῖσθαι καὶ λέγεσθαι, οὐ μὴν ἐκεῖνο σημαίνουσαν, ὃ ἐστι κατ' οὐσίαν ἡ φύσις.

338. *Probatur* tertiò ex *Orat. 12. contra Eunomiū*, signās er p. 829. in fine & seq. ubi sic scribit: (ω) *Putat*, subaudi personam Eunomii, *neque justitiæ rationem diversam esse ab his quæ dicta sunt*, [subaudi ab Essentia, vita, finis & principii experte, ab incorruptibilitate, ingeniti ratione, &c. de quibus ibi egerat, confundendo τὸ ἄναρχον quod est principii expers, cum eo quod est ἀγέννητον nempe ingennum, quod est notionale Patris] *neque sapientiæ rationem & potentiæ & bonitatis, & cæterorum Nominum, quæ Deo decorè congruunt, ac nulla sit ratio, quæ peculiariter & propriè intelligatur, vel in omni Nominum recensione unum subjiciatur, quod significetur: atque una descriptionis ratio de unoquoque eorum, quæ dicuntur, definitionem expleat. Et si interrogatus fueris, quodnam sit judicis significatū, interpretationem τῆς ἀγεννησίας*, id est, *ingeniti rationem responde. Et si justitiæ rationem te reddere oporteat, quod est incorporeum, tibi sic in promptu ad responsionem. Quid autem significet incorruptibilitas, quod misericordiæ omninò dicos vel judicii significatio repræsentat: sic & singula omnia inter se percurre, nulla propriâ & peculiari significatione alteram ab altera distinguente. Et si Eunomius hæc ceu Legislator edicat quid frustra Scriptura multis Nominibus Divinam Naturam vocant, Deum, Judicem, justum, fortem, longanimē, verum, misericordem, aliisq́; multis ejusmodi Nominibus appellantes? si enim nullum horum Nominum aliqua propria & ab aliis secreta notitia comprehenditur, sed omnia inter se per significatorum confusionem permixta fuit & conturbata, vanum fuerit multis in eodem uti appellationibus, si nullum secundùm significatum differentia à se distinguunt Nomina.* Hactenus Nyssenus, expressissimè Dei Attributa distinguens, quæ diversis Nominibus non synonymis significantur.

(ω) δοκεῖ δὲ μηδὲ τὸν τῆς δικαιοσύνης λόγον ἕτερον παρὰ τὰ εἰρημένα τυγχάνειν, μηδὲ τὸν τῆς σοφίας καὶ τὸν τῆς δυνάμεως καὶ τὸν τῆς ἀγαθότητος, καὶ ἑκάστου τῶν θεοπρεπῶν ὀνομάτων. καὶ μηδεὶς ὅσῳ λόγος κατὰ τὸ ἰδιάζον νοούμενος, ἀλλ' ἐπὶ παντὶ τῷ καταλόγῳ τῶν ὀνομάτων, ἓν ὑποκεῖσθαι τὸ σημαινόμενον. καὶ εἷς ὑπογραφῆς λόγος τὸν περὶ ἑκάστου τῶν λεγομένων ὅρον ἀποπληρούτω. κἂν ἐρωτηθῇς τὸ τοῦ κριτοῦ σημαινόμενον, τὴν τῆς ἀγεννησίας ἑρμηνείαν ἀπόκριναι. κἂν τῆς δικαιοσύνης δέῃ τὸν ὁρισμὸν ἀποδοῦναι, τὸ ἀσώματόν σοι πρόχειρον εἰς τὴν ἀπόκρισιν ἔστω. τί δὲ σημαίνει ἡ ἀφθαρσία, ὅπερ ἡ τοῦ ἐλέους πάντως ἐροῖς, ἢ ἡ τῆς κρίσεως σημασία παρίστησιν. οὕτω καὶ τὰ καθ' ἕκαστον πάντα πρὸς ἄλληλα μεταχωρείτω, μηδεμιᾶς ἰδιαζούσης ἐμφάσεως τὸ ἕτερον τοῦ ἑτέρου διαστελλούσης, καὶ εἰ ταῦτα νομοθετεῖ ὁ Εὐνόμιος, τί μάτην αἱ γραφαὶ πολυωνύμως τὴν θείαν φύσιν ἀνακαλοῦσιν, Θεὸν, κριτὴν, δίκαιον, ἰσχυρὸν, μακρόθυμον, ἀληθινὸν, ἐλεήμονα, καὶ ἄλλα πολλὰ τοιαῦτα κατονομάζουσαι; εἰ γὰρ οὐδὲν τῶν ὀνομάτων ἐπί τινος ἰδιαζούσης ἐννοίας καταλαμβάνεται, πάντα δὲ ἀλλήλοις διὰ τῆς κατὰ τὸ σημαινόμενον συγχύσεως ἀναπέφυρται. μάταιος ἂν εἴη πολλαῖς ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ ταῖς ἐπωνυμίαις κεχρῆσθαι. μηδὲ μιᾶς τῆς κατὰ τὸ σημαινόμενον διαφορᾶς ἀπ' ἀλλήλων τὰ ὀνόματα διαστελλούσης.

339. *Dices:* Ex his non inferri aliam significatorum distinctionem, quàm rationis in nostris imperfectis conceptibus fundatam, quibus nimirum Deum more creaturarum apprehendimus, aut ad creaturas variè comparamus, sicut ipse Nyssenus hoc lib. ait: (A) *Per apparentem in universo orbe sapientiam, id sapiens*

(A) οὕτω δὲ διὰ μὲν τῆς ἐμφαινομένης τῷ παντὶ σοφίας, σοφὸν εἶναι τὸν τοῦ παντὸς ἐπιστατοῦντα ἐννοοῦμεν.

esse

esse, quod universo orbi præsidet, intelleximus, per mirabilium mirificentiam, potentiæ significationem accepimus, & sic de aliis, ut ibi est videre; falsum ergo est, illis Nominibus diversis distincta à parte rei respondere significata.

Confirmatur primò p. 757. in eâdem Orat. 12. ait: quòd (B) *secundùm cogitationum differentiam Nominibus Deum aliter atque aliter appellemus, vel potentiam, vel imperium, vel bonitatem*, &c. Secundò, lib. ad Ablabium: *Omnem*, inquit, *circa Essentiam diversitatem rejicit Divina simplex Natura.*

(B) *Ταῖς τῶν ἐπινοιῶν διαφοραῖς ἄλλως καὶ ἄλλως προσαγορεύομεν, καὶ δύναμιν, καὶ κράτος, καὶ ἀγαθότητα, &c.*

340. Respondeo primò: Etsi certum sit, Nyssenum non sermocinari de distinctione reali significatorum, cùm hanc sancti PP. secundùm fidem orthodoxam in Divinis, nonnisi inter Personas agnoscant, attamen æquè compertum est, non posse illum explicari, de distinctione rationis ratiocinatæ, multò minus de ratiocinante: *tum primò*, quia minus solidè disputaret contra *Eunomium*, qui non negavit, neque curavit istas distinctiones rationis, quarum complementum est ab intellectûs operâ, interveniente solo respectu rationis, multiplicitas siquidem respectuum rationis inter significata Essentiæ, justitiæ, bonitatis, Ingeniti, &c. non pugnabat adversus doctrinæ suæ scopum, quo prætendebat omnia in Deo formalissimè unam & eandem Essentiam esse: *tùm etiam secundò*, quia disertis verbis dicit; vanum esse, si nullum horum Nominum in aliqua propria & ab aliis secreta notitiâ comprehendatur, id est, si nulla significationum fuerit differentia; tot in formaliter à parte rei uno & eodem uti appellationibus, ita ut hac de causa, quòd adeò urgeret distinctionem significatorum circa Deum, *Eunomius* objiceret Nysseno Deum *fore compositum*, nimirum si asseremus distinctas perfectiones, ex Divinorum significatione Nominum.

341. Ex quo, Assertio nostra *quartò probatur*, non objiciebat *Eunomius* solam compositionem rationis in Deo, quam ipse non solùm nihil curavit, sed nec ipse Nyssenus in solutione istius objectionis quam præstat p. 835. & sequenti de nulla alia, quàm de reali compositione sibi ab Eunomio objecta à Deo excludenda loquitur: (C) *Si quid*, inquit, *tale, ut Eunomius accusat, in nostris dictis esset, oporteret nos vel malè dicta retractare, vel quod ambiguam sententiam habet ad interpretationis censuram & examen revocare.* Et mox: (D) *quomodo quis putaverit, si sapiens & justus, & bonus, & sempiternus, & omnibus Deo decoris vocetur Nominibus, si non omnibus hisce Nominibus, una existimata fuerit significatio, multis partibus constare vel ex horum participatione Naturæ perfectionem sibi accumularet?* quæ loca absolutè non possunt intelligi de compositione rationis nullum importante piaculum, hanc siquidem in Deo posse admitti à multis Orthodoxis docetur, & ad quid oporteret illam retractare? & nonne perperam diceretur, Deum ideò multis partibus constare, & ex horum per diversa Nomina significatorum participatione Naturæ perfectionem sibi accumulare, quod idem est ac à partibus perfectionis suæ complementum mutuare? perspicuum enim est, quòd sola rationis compositio non accumulet, nec conferat aliquam Naturæ perfectionem, sed illam in Natura sic & intellectus negotians præinventam supponit.

(C) *εἰ μὲν γὰρ τοιοῦτον ἐν τοῖς παρ' ἡμῶν εἰρημένοις ἦν, ἔδει πάντως ἡμᾶς ἢ ἀνατίθεσθαι τὰ κακῶς εἰρημένα, ἢ τὸ ἀμφίβολον τῆς διανοίας πρὸς τὴν ἀνεύθυνον τῆς ἑρμηνείας ἄγειν.*

(D) *πῶς ἄν τις οἰηθείη τὸν Θεὸν, εἰ σοφὸς, καὶ δίκαιος, καὶ ἀγαθὸς καὶ ἀΐδιος, καὶ πάντα τὰ θεοπρεπῆ καλοῖτο ὀνόματα, εἰ μὴ μία πᾶσι νομισθείη τοῖς ὀνόμασι σημασία, ἢ πολυμερῆ γίνεσθαι, καὶ ἐκ μετουσίας τούτων τὸ τέλειον ἑαυτῷ συναγείρειν τῆς φύσεως;*

342. Deindè adeò patenter pagina 830. excludit solam multiplicitatem respectuum rationis & partibilitatem, quam noster intellectus quidem ex suo imperfecto concipiendi modo potest in Deo efformare, atque Essentiam Divinam ob sui eminentiam in varios conceptus objectivos secare, ut ne quidem violenter pro ea interpretari queat. (E) *Quis, inquit, ita stupidus & attonitus ut ignoret, quòd Divina quidem Natura secundùm Essentiam quidquid est, una est, simplex quadam & uniformis,*

(E) *τίς ἀπόπληκτος οὕτως ὡς ἀγνοεῖν, ὅτι ἡ μὲν θεία φύσις ὅ, τι πο-*

τε στι

& incompofita, & qua nullo modo in aliqua varia concretione cernatur, quis unquam dicet concretionem, quæ officiat fimplicitati divinæ, inducibilem effe compofitione rationis, eftó aliunde talis compofitio Deum dedecere poffit, de quo Part. 1. Controv. 1. 2. 3. & 4. actum. Nyffenus itaque, non obftante à fe afferta non identitate formali inter perfectiones divinas, omnem realem à Deo removens compofitionem, reapfe afferit: *quis eft*, qui ignoret, falvâ eâ diftinctione & non identitate ex natura rei perfectiffimè identificatas effe perfectiones Dei inter fe & cum Effentia Divina, & non eâ reali diftinctione diftinctas, quæ eft in nominibus & notitiis noftris, nec unam excindi à coexiftentia alterius; (F) *Non, inquit, fubjectum his notitiis difcindentes, fed, quòd fecundùm Effentiam eft, unum effe credentes; id, quod intellectum eft, aliquid proprii habere cum omnibus hisce Notionibus exiftimavimus: non enim pugnant inter fe Nomina*, id eft, *non fignificant entia oppofita, fecundùm oppofitionem Naturarum, adeò, ut fi unum exiftat cum eo in eodem confiderari alterum nequeat: ficut in eodem vitam fimul & mortem intelligi non contingit: fed ejusmodi eft fingulorum, qua de Divina Natura dicuntur, vis & emphafis, ut tametfi fignificatu feparatum fit, nullum tamen adverfus aliud quod fimul cum eo nominatur, habeat contrarietatem. Quid enim incorporeo adverfatur juftum, etfi notione inter fe non conveniant ifta vocabula? quam cum invifibili habet repugnantiam bonitas; licèt inter fe duobus Nominibus & notionibus dignofcatur, &c.* Volebat *Eunomius*, nifi Nomina de Deo tranfirent cum ipfo fono, ac in fola, ut loquitur, commentatione humanâ confifterent, fed contra, ut afferebat *Nyffenus*, juxta Nominum multiplicitatem fignificarentur, & effent veræ etiam perfectiones Divinæ aliæ & aliæ, feu effet aliud unius & aliud alterius fignificatum à parte rei, ficuti alia & alia Nomina, quod tunc unum fignificatum pugnaret cum altero, fcilicet, (G) *Si, inquit, Eunomius*, p. 836. *fecundùm quod vita fine caret, folum eft incorruptibilis, fecundùm quod eft principii expers, folum eft ingenitus, quatenus non eft corruptibilis, corruptibilis erit, & quà non eft ingenitus, erit genitus; & eodem rurfus refumpto infit; erit igitur fecundum id quod principii eft expers, ingenitus fimul & corruptibilis: & fecundùm quod finem non habet, incorruptibilis fimul & genitus*; ita ut ficut Nomina, ita & fignificata inter fe partiebatur in fegmenta quædam, ut vocat Nyffenus p. 838. *adeò ut quemadmodum fi uni fegmento hoc ineffet Nomen, eidem alterum non ineffe dicat*. Hujufmodi difcurfus & realis partitio, quam inferre conabatur *Eunomius* è doctrina Bafilii, quem hic *Nyffenus* frater fuus ab hac injuria vindicat, certè non cadunt in illa, quæ folâ ratione differre dicuntur. *Id quod iterum* evidenter videre eft apud *Nyffenum* in eodem materiæ contextu p. 840. dicente: (H) *Etenim & quod verum & quod juftum, fimiliter inter fe, fecundùm complexum præcedentem pugnabunt (aliud enim veritatis & aliud jufti fignificatum)* fubaudi non tantum ratione, quo enim fundamento diceret, quæ fequuntur: *Eunomius ex confequentia etiam de his dicit, jufto quidem verum non adeffe, à veritate autem abeffe juftum, & contingere ut eum, quod ab injuftitia eft alienum in Deo qui cogitat, juftum & mendacem effe, eodem modo pronunciat.*

τι καὶ, οὐσίαν εἶναι μίαν ἐστὶν, ἁπλῆ τις καὶ μονοειδὴς καὶ ἀσύνθετος, καὶ κατ' οὐδένα τρόπον ἐν ποικίλῃ τινὶ συνθέσει θεωρουμένη.

(F) οὐ τὸ ὑποκείμενον ταῖς ἐννοίαις ταύταις συνδιασχίζοντες, ἀλλ' ὅ,τι ποτὲ κατ' οὐσίαν ἐστὶν, ἓν εἶναι πεπιστευκότες, πρὸς πάσας τὰς τοιαύτας ὑπολήψεις τὸ νοηθὲν οἰκείως ἔχειν ὑπειλήφαμεν. οὐ γὰρ μάχεται πρὸς ἄλληλα τὰ ὀνόματα κατὰ τὴν τῶν ἀντιθέτων φύσιν, ὡς εἰ τὸ ἓν ὑπάρχοι, μὴ ἂν τῷ αὐτῷ συνθεωρηθῆναι τὸ ἕτερον. ὡς οὐκ ἐνδέχεται ζωὴν ἅμα καὶ θάνατον περὶ τὸν αὐτὸν νοηθῆναι, ἀλλὰ τοιαύτη ἐστὶν ἑκάστου τῶν ἐπὶ τῆς θείας φύσεως λεγομένων ἡ ἔμφασις, ὥστε κἂν ἰδιάζῃ τῷ σημαινομένῳ, μηδεμίαν ἔχειν πρὸς τὸ συνονομαζόμενον ἐναντίωσιν. τί γὰρ ἐναντιοῦται τῷ ἀσωμάτῳ τὸ δίκαιον, κἂν μὴ συμβαίνῃ κατὰ τὴν ἔννοιαν ἀλλήλοις τὰ ῥήματα; ποίαν δὲ μάχην ἡ ἀγαθότης ἔχει πρὸς τὸ ἀόρατον; οὕτως οὐδὲ τὸ ἀΐδιον τῆς θείας ζωῆς διπλοῖς ὀνόμασί τε καὶ νοήμασι γνωριζόμενον.

(G) εἰ κατὰ τὸ ἀτελεύτητον, φησὶ, τῆς ζωῆς μόνον ἐστὶν ἄφθαρτος, καὶ κατὰ τὸ ἄναρχον μόνον ἀγέννητος, καθ' ὃ μὴ ἐστιν ἄφθαρτος, φθαρτὸς ἔσται, καὶ καθὸ μὴ ἐστιν ἀγέννητος, γεννητὸς ἔσται, καὶ ἀναλαβὼν πάλιν τὸ αὐτό φησιν. ἔσται ἄρα κατὰ μὲν τὸ ἄναρχον, ἀγέννητος ὁμοῦ καὶ φθαρτὸς, κατὰ δὲ τὸ ἀτελεύτητον, ἄφθαρτος ὁμοῦ καὶ γεννητός.

(H) καὶ γὰρ καὶ τὸ ἀληθινὸν καὶ τὸ δίκαιον ὁμοίως ἀλλήλοις κατὰ τὴν προλαβοῦσαν πλοκὴν μαχέσονται. ἄλλο γὰρ τῆς ἀληθείας καὶ ἕτερον τοῦ δικαίου τὸ σημαινόμενον, ὥστε εἰ περὶ αὐτὴν τὴν ἀκολουθίαν καὶ περὶ τούτων Εὐνόμιον, τῷ μὲν δικαίῳ τὸ ἀληθὲς μὴ παρεῖναι, τῇ δὲ ἀληθείᾳ λείπειν τὸ δίκαιον. καὶ συμβαίνειν, ὅταν τὸ τῆς ἀδικίας ἀλλότριον ἐπὶ τοῦ Θεοῦ τις λογίζηται, δίκαιον καὶ ψευδὲς εἶναι τὸ θεῖον κατὰ ταυτὸν ἀποφαίνεσθαι.

343. Itaque ad objectionem fub num. 339. refpondeo fecundò directè, Neg. antecedens, ad cujus probationem dico *Nyffenum* ibi folùm intendere, quòd pro hoc ftatu nullam de Deo obtineamus notitiam claram & evidentem, feu ut ibi loquitur, *animam noftram humi jacentem*

& ter-

& terrenis obrutam, nullam habere cognitionem à priori, sed solùm per creaturas & à posteriori, nimirum in quibus relucet Dei sapientia, potentia, aliæque perfectiones divinæ, quatè perperam infertur, illas per Nomina Divina significari in Deo, prout substant nostris conceptibus & connotatis extrinsecis, quatenus scilicet uno conceptu concipitur ut sapiens, in ordine ad sapientiam, quam creaturæ loquuntur, & alio, ut potens, in ordine ad effectus à potentia procedentes, &c. sed significant ea ut sunt à parte rei in Deo; quia *τὸ ingenitum*, & Attributa Dei affirmativa, imò ipsa Essentia Divina, quæ *Eunomius* cum Ingenito cófundebat, tenent se ex parte Dei, ut patet. Frivolum ergo est existimare, quòd voluerit perfectiones divinas distingui prout substant nostris imperfectis concepubus, vel connotatis extrinsecis; quia Eunomius non ita erat mentis inops, nec adeo à se depulsus, ut nesciret, sicut conceptus nostri distinguuntur & connotata, ita in illis & posse distingui perfectiones, si eam distinctionem *Nyssenus* exinde trahere voluisset. Remanet itaque *Nyssenum* ursisse distinctionem significatorum, non quæ se teneret ex parte effectuum & conceptuum nostrorum, sed ex parte ipsiusmet Dei, & eorum, quæ mansione perenni sunt & insunt Divinæ Essentiæ.

Ad confirmationem respondeo *Nyssenum* ibi dicere fingi nomina, non significata, nec distinctionem significatorum, videlicet, quia non hæc sed illa ab institutione hominum pendent, à qua habent suam in significando differentiam; hinc & mox subdit: (1) *Dico igitur hujus Nominum fictionis homines esse Dominos, pro arbitrio judicioque cujusve convenientes appellationes subjecto accommodantes*, &c. Et mox: *Quis amplius requiritur metus, Nomina recentiora & juniora rebus ipsis dicere.* Nimirum ut ostenderet *Eunomius* Nomina Divina non inferre à parte rei significatorum diversitatem in Deo, objecerat *Nysseno*, quòd Nominum positiones essent recentiores omni prædicato, quod prædicatur de Deo; *non enim*, aiebat, *vocabulum Deus est in voce & sono esse habet.* Ex quo cùm è contra *Nyssenus* cum fratre suo *Basilio* significata Nominum in ipso Deo distincta esse urgebant, cui soli distinctioni *Eunomius*, ut suum ingenitum essentiaret, id est, ipsam Essentiam cum ingenito formaliter identificaret, unicè insultabat, non infirmatur, sed robur obtinet nostra doctrina. Ex quibus patet etiam ad secundum *confirm.* ex opusculo ad *Ablabium*, quòd solùm Essentia Divina simplex abjiciat diversitatem realem, quæ officit divinæ simplicitati, non formalem, simplicitati & reali identitati congeneam.

(1) φημὶ τοίνυν τῆς ἰδιωτικῆς ὀνοματοποιΐας τοὺς ἀνθρώπους εἶναι κυρίους, καὶ τὸ φασὶν ἐκεῖνο προσφυῶς ἐφαρμόζοντας τῷ ὑποκειμένῳ τὰς κλήσεις.

QUÆSTIO VI.

Quæ fuerit opinio Basilii Magni de Distinctione & identitate in Divinis?

SUMMARIUM.

1. *Basilius confertur Apostolis & Evangelistis. n. 344.*
2. *Basilius & Scotus cum Nysseno Basilii fratre; funiculus triplex, rumpi difficilis. n. 345.*
3. *Basilius Catholicorum defensor. Ibid.*
4. *Attributa plùs quàm ratione distinguit. à n. 346. & seq. per totum.*
5. *Characteres Deitatis græcè ἰδιότητες quid sunt. n. 348.*
6. *Basilius objicitur, explicatur, & objectio annullatur. n. 352.*

344\. *Magnus est & dicitur Basilius, quia Evangelistis comparandus*

Cum S. Augustino lib. 1. contra Julianum Pelagium Tom. 7. loquamur: *Si vis, addimus huic, S. Basilium, imò vel si nolis, addendus,* quem Ephrem vir timoratus meritò tali affatu ac præconio in suis Serm. condecoravit: *instar Petri prædicasti, instar Pauli docuisti, instar Thomæ Filium Dei confessus es: instar Matthæi, Marci, Lucæ & Joannis de rebus Divinis disseruisti*, proinde si ostenderimus ab hoc Sancto Distinctionem ex natura rei assertam esse inter Hypostasin & Essentiam, inter Attributa Dei inter se, itidem ab Essentia opinio Scoti prædicatam veritatem obtinuit. Sit

ASSER-

ASSERTIO I.

Basilius Magnus, & Doctor Subtilis, & Nyssenus jam laudatus ejusdem Basilii frater in unius doctrinæ consensu triumviri, quod verè in Divinis præter distinctionem Personarum realem detur alia ex natura rei minor tam inter Attributa quàm Essentiam & Hypostaticas Relationes, funiculus triplex rumpi difficilis.

345. Legisti Quæst. sup quis *Eunomius*, cui, quia erat vir in malo pugnacissimus, totâ virtute se opposuerunt sancti Fratres *Basilius* & *Nyssenus*: legisti item quòd idem *Eunomius* Τὸ *ingenitum* in Divinis non secundum privationem, sed secundùm substantiam dici voluit, Catholicos autem qui illud secundùm privationem accipiebant, criminabatur, suumque errorem fucatis hisce mangoniis adornans, aiebat: *Ingenitum dicentes non solo nomine, juxta humanam opinionem decorandum Deum putamus, verùm etiam ei reddendum arbitramur, quod maximè ei debemus, ut idipsum scilicet quod est confiteamur*] volebat his verbis *idipsum quod est* importari formaliter per *ingenitum*, substantiam, non privationem; *nam quæ ex commentatione dicuntur, cùm in nominum prolatione solùm sint, cum vocibus simul dissolvuntur*. Itaque post prolixam explicationem Eunomianæ commentationis duo præstat *Basilius* ad defensionem Catholicorum. *Primò* ab objecta illos calumniâ vendicat, Summaque Argumenti in eo est: Qui Deo tribuunt, quod verè ei convenit, & verè inest, illi non juxta humanam solùm opinionem Deum decorare sunt arbitrandi: sed Catholici, quod Deo convenit & inest, illi tribuunt; ergò non secundùm humanam opinionem quasi ex commentatione Deum decorare sunt arbitrandi. *Secundò*, Unde Assertionem nostram probare incipimus, & Basilius minorem Syllogismi allati, probat nomina à commentatione orta pro diverso mentis objectu verè in Deo existentia & Nominibus suis correspondentia, eaque distincta habere significata, aliqua vera & intrinseca distinctione, quam non realem strictè, sed formalem ex natura rei vocamus, quod ex Doctrina *Basilii* quoad distinctionem Attributorum ab Essentia.

Ingenitum non secundùm privationem dici, sed secundùm substantiam, error est Arianorum.

346. *Probatur primò* lib. I. *contra Eunomium. Si nihil, inquit, penitùs in Deo ex commentatione consideras* [præter ingenitum substantiam esse] *ne humanis Deum appellationibus decorare videatur, cuncta similiter substantiam confitebitur, quæ de Deo dicuntur.* (K) *quonam igitur pacto non deridendus est, si creandi virtutem substantiam esse dicat, si providentiam rursus substantiam, eodem modo præscientiam, & omnem ibidem operationem substantiam putet? quæ cuncta si ad unum tendunt significatum, necesse est, ut inter se idem valeant, sicut fit in polionymis, seu in quæ multis nominibus appellantur, sicuti cùm Simonem & Petrum & Cepham eundem dicimus* Hic Basilius fundat in hac maxima; nomina quorum significata sunt adæquatè unum & idem terminum, habent significationes quæ sunt eadem inter se: vel, nomina, quæ univocè habent eandem significationem, habent idem significatum, hinc mox subdit: (L) *Quare si quis audit inalterabilem esse Deum, ad ingenitum cogitationem subducet: & qui audit indivisibilem vel incompositum ad creandi virtutem deferetur: quâ confusione quid unquam absurdius fiet, quam si cùm propriam cujuscunque Nominis potestatem abstuleris contra communem consuetudinem & doctrinam Spiritus leges ponas.* Et iterum:

(K) πῶς οὖν οὐ καταγέλαστον τὸ δημιουργικὸν οὐσίαν εἶναι λέγειν; τὸ δὲ προνοητικὸν πάλιν οὐσίαν; τὸ δὲ προγνωστικὸν πάλιν ὡσαύτως; καὶ ἁπαξαπλῶς πᾶσαν ἐνέργειαν, οὐσίαν τίθεσθαι; καὶ εἰ πάντα ταῦτα πρὸς ἓν σημαινόμενον τείνει, ἀνάγκη πάντα ταῦτα ἀλλήλοις δύνασθαι τὰ ὀνόματα, ὡς ἐπὶ τῶν πολυωνύμων. ὅταν Σίμωνα καὶ Πέτρον καὶ Κηφᾶν τὸν αὐτὸν λέγωμεν.

(L) ὁ ἀκούσας τὸ ἀναλλοίωτον τοῦ Θεοῦ πρὸς τὸ ἀγέννητον ὑπαχθήσεται. καὶ ὁ ἀκούσας τὸ ἀμερὲς πρὸς τὸ δημιουργικὸν ἀποφέρεται. καὶ ταύτης τί ἂν γένοιτο τῆς συγχύσεως ἀτοπώτερον, ἀφελόμενον τὴν ἰδίαν σημασίαν ἑκάστου τῶν ὀνομάτων, ἀντινομοθετεῖν τῇ τε κοινῇ χρήσει καὶ τῇ διδασκαλίᾳ τοῦ πνεύματος.

(M) Quo-

(M) *Quomodo igitur non fuerit manifesta insania si dicas proprium unicuique Nomini significatum non subesse , sed econtra veritatem , idem omnia posse determines* ? Hisce Basilius illos perstringit Philosophos, quorum opinione omnia significata in Deo , verbi gratia sapientia , potentia , bonitas , justitia distinguuntur aut sola distinctione rationis ratiocinantis, & secundùm diversa connotata , aut rationis ratiocinatæ , quam virtualem dicunt seu eminentialem, cùm enim talis distinctio non sit vera distinctio in objecto , sed absolutè sit identitas colligens , & identificans extrema in unam à parte rei eandemque prorsus formalitatem , adeo ut bonitas & sapientia Divina hujusmodi distinctione diversa sint formalissimè in Deo ipsa potentia & Essentia Divina , & vicissim ac si essent mera synonyma , neque magis inter se diversa , quàm si Simonem diversum dicas à seipso Cepha , aut Marcum Tullium ratione distinguas à Cicerone , cùm parum ad rem faciat quod extrema adæquatè sive inadæquatè identificentur in tertio , si perinde unum ac alterum formalissimè idem & prorsus indistinctum sint inter se , utrobique enim sunt alia quidem & alia Nomina , à parte rei verò & nulla secundùm illos Philosophos ibi est distinctio ex natura rei , ergo idem formaliter ex natura rei & idem habebunt significatum , & sicut hæc duo vocabula *Simon* & *Cephas* eundem *Petrum* significant , sic omnia Nomina de Deo significabunt idem omninò & intrinsecè indistinctum significatum , virtus creandi proinde , sapientia Dei , cæteræque perfectiones in recto formalissimè unum & idem erunt , quod ipsa Essentia Dei , quod si verum sit , quare , qui tale quid statueret , esset censurandus ? quare diceretur risu dignus , aut amentiæ arguendus ? quin potius ut ipse *Basilius* addit : *Si omnia ista ad unum significata pertineant , necesse est ut idem inter se valeant Nomina* , atqui tale quid de Divinis Nominibus statuere vult sanctus Doctor ridiculum & manifestæ insaniæ esse , ergo secundùm *Basilium* singulæ perfectiones Divinæ in Deo distinguuntur , ut singulæ earum dicant à parte rei proprium significatum , & non per solam rationis & extrinsecam quandam denominationem , de qua nihil curavit *sanctus Basilius* neque *Adversarius* ejusdem Eunomius : sed ita proprium quævis perfectio de se sit significatum , quod sit à quavis alia ex natura rei distinctum.

947 Sed amplius *Basilius* (N) *Res autem ita se habet ; unum quidem nomen inveniri non potest , quod totam Naturam Dei complexam sufficiat satis edere , plura verò & varia κατ᾽ ἰδίαν ἕκαστον σημασίαν , quæ pro sua cujusvis notione propriam significationem habent* ; eaque mox distinguit in prædicata negativa , scilicet quæ secundùm privationem dicuntur ; & positiva quæ Deo insunt , *ut esse bonum , justum , creatorem , judicem , aliaque hujusmodi Deum esse dicimus , verùm ut abjectionem & interdictionem quandam rerum alienarum , & illæ voces* , puta , privativæ , significabunt ; id est , sicut ablationem & inficiationem eorum quæ à Deo aliena sunt , voces privativæ designant , (O) *eodem isto pacto aliquid ponunt eorum , quæ Deo conveniunt* , id est , nomina positiva , positionem & existentiam eorum quæ Deo propria sunt , & quæ dignè circa eum inspiciuntur , significant ; ubi nota Tò *aliquid ponunt* , & quæ *Deo conveniunt* περὶ αὐτὸν θεωρουμένων *circa Deum inspiciuntur* , & per affirmationem dicuntur : reducamus sic ad formam : Nomina positiva Dei supponunt pro eo , quod realiter Deo inest : sed nullum eorum supponit pro suppositione comprehensiva omnium , quæ sunt in Deo , (ubi comprehensio non accipitur pro illa particulari perfectione , quæ ut *Scotus* 3. disputatione decima quarta , quæstione prima consistit in commensuratione intellectionis ad intelligibilitatem objecti comprehensi , de qua ex *sancto Augustino* est illud vulgatum in scholis : *tunc aliquid comprehenditur , quando ita videtur, ut nihil eorum , quæ ipso sunt , videntem lateat,*) sed tantum in commensuratione in significando , ita ut nullum nomen simul singula omnium Nominum , quæ de Deo dicuntur , pervadat &

(M) πῶς οὖν οὐχὶ μανίας σαφὴς μὴ ἴδιον σημαινόμενον ἑκάστῳ τῶν ὀνομάτων ὑποβεβλῆσθαι λέγειν, ἀλλὰ παρὰ τὴν ἐνέργειαν, πάντα ταυτὸν δύνασθαι ἀλλήλοις διορίζεσθαι τὰ ὀνόματα.

(N) ἔχει δὲ οὕτως, ἓν μὲν οὐδὲν ἐστιν ὄνομα, ὃ πᾶσαν ἐξαρκεῖ τὴν τοῦ Θεοῦ φύσιν περιλαβὸν ἱκανῶς ἐξαγγεῖλαι. πλείω δὲ καὶ ποικίλα καθ᾽ ἰδίαν ἕκαστον σημασίαν, &c.

(O) οὕτω ταῦτα θέσιν καὶ ὕπαρξιν τῶν ἁρμοζόντων τῷ Θεῷ καὶ πρεπόντως περὶ αὐτὸν θεωρουμένων ἀποσημαίνουσιν.

obambiat significata, sed quodlibet eorum peculiarem sibi & ex natura rei propriam sortiatur significationem, cui in objecto distincta correspondeat formalitas, quæ terminet adæquatè intellectionem, seu ut ait Basilius, *κατὰ διαφόρους ἐπιβολάς pro diverso objectu*, una secernatur ex natura rei ab a[...]is omnibus perf[...]tionibus, quæ sub talis Nominis significato non comprehenduntur: ergo quemadmodum aliquid non dicitur comprehendi, quando ita videtur, ut aliquid eorum, quæ in ipso sunt, videntem lateant, sed semper remanent à parte rei, & alia *quæ* latent, ita in proposito, unum nomen non attingit significatum alterius, sed continuò extra sphæram hujus stant alia & alia in Divinis ex natura rei significata, quæ non illo, sed aliis Nominibus exprimenda relinquuntur. Ubi *Basilius* iterum præcludit effugium ad conceptus inadæquatos ad connotata, ad explicitum, implicitum & similia, sciè enim dieit nullum Nomen *totam Dei Naturam complexam edere posse*, ut innuat se expresè loqui de Natura Dei prout physicè coalescit ex omnibus prædicatis Divinis, tam absolutis quàm relativis in unum identitatis complexum, atqui talis complexus, prout hîc de eo loquitur *Basilius*, nequit constitui ex connotatis & conceptibus nostris, neque ex formalitatibus solà ratione distinctis, ergo. Minor, præterquam quòd non appareat, quomodo Essentia in esse Essentiæ componat cum seipsa, seu cum Attributis & prædicatis relativis ab illa sic sumpta formaliter ex natura rei indistinctis, probatur: quia *Eunomius* in continenti exinde realem contra *Basilium* conclusit compositionem in Deo, ergo quæstio non erat de connotatis & conceptibus aliisque Deo extrinsecis, quæ non movebant *Eunomium*, antecedens patebit mox parte sequenti, numero 349.

348. *Secunda pars* quoad distinctionem Essentiæ ab Hypostasibus probatur ex eodem Basilio ex libro secundo contra Eunomium diversis in locis, quibus ostendit dari in Deo propriarum rationum formalium, id est, proprietatum personalium distinctiones cum unitatè existendi in identitate reali, & quæ sint quasi notæ & characteres, græcè *ἰδιώματα*, id quod commune est, ita dividentes, ut substantiæ naturalem simultatem *ὁμοφυὲς*, vel ut alii vertunt, communicationem substantiæ nequaquam dirimant. (P) *Hæc enim*, inquit, *proprietatum natura est*, [loquitur de Paternitate & Filiatione] *ut in identitate substantiæ distinctionem ostendant*, ubi quod loquatur comparativè ad proprietatem & Essentiam, ac consequenter de distinctione; quæ est inter Essentiam & proprietates, non verò de illà reali, quæ est inter ipsas proprietates; probatur apertè tùm *primò*: quia in substantiæ identitate præcisè acceptâ nulla est distinctio in Personis, quam illæ ostendant, sed est mera identitas benè tamen in omnibus tribus Personis quoad identitatem Essentiæ comparatæ ad proprietates; cùm etiam *secundò* ex iis, quæ sequuntur: postquam enim dixisset, quòd proprietas in substantiæ identitate distinctionem ostendat, mox proprietates illas etiam inter comparando subjungit: (Q) *Et ipsa quidem inter se cum ex opposito distinguantur, contrario modo opponuntur, unitatem tamen substantiæ minime distrahunt*, sicut rumirum à se invicem detrahuntur proprietates per oppositionem re-

(P) αὕτη γὰρ τῶν ἰδιωμάτων ἡ φύσις, ἐν τῇ τῆς οὐσίας ταυτότητι δεικνύναι τὴν ἑτερότητα.

(Q) καὶ αὐτὰ μὲν πρὸς ἄλληλα ἀντιδιαιρούμενα πολλάκις τὰ ἰδιώματα, πρὸς τὴν ἐναντίον διΐστασθαι, τὴν γε μὴν ἑνότητα τῆς οὐσίας μὴ διασπᾶν.

latī

lativam, qualis non est inter Essentiam & proprietates realiter easdem, nihil siquidem potest oppositionis correlativæ extremum esse ad realiter seipsum, ut videre licet Controversia quarta, articulo tertio, numero centesimo septuagesimo nono. Illi, qui proprietates volunt formaliter idem esse, quod substantia, & nihil aliud distinctum, videant qui salvent unitatem substantiæ non distrahi, & tamen illas, quæ sunt ipsa formaliter substantia relativè sibi opponi, quibus erudiendis post pauca Basilius: (R) *Cùm una Deitas sit, impossibile est propriam notionem Patris vel Filii capere, nisi proprietatum accessione cogitatio nostra informetur.* Et iterum: (r) *Si nihil esset, quod substantiam designaret, nullo utique modo ad intelligentiam nostram perveniret.* Sic & paulò superius dixerat: (S) *Ex complexione utriusque communis dico & proprii, comprehensio veritatis nobis innascitur itaque ingenitam lucem audientes, patrem intelligimus: genitam verò lucem cùm audimus, Filii notionem accipimus.* Ex quo sic argumentor: Notionem Patris & Filii, quæ in numero consistit, secundùm Basilium & veritatem adipisci impossibile, ut si cogites v. g. Essentiam plenè constitutam, cogites Deitatem in suo esse absoluto perfectissimam, nondum intellexisti, nondum dixisti Personam, nec dicere est possibile: atqui informetur cogitatio tua proprietatum accessione ad Essentiam Deitatis, jam cognoscis in unitate ejusdem Deitatis Patrem & Filium, jam quæro; illud esse proprietatum, quo cognoscis sub una eademque Essentia determinante hanc vel illam Personam, concedis esse aliquid ex natura rei formaliter distinctum ab illa Essentia, vel non: si sic, habetur intentum: si non, stat ratio *Basilii*, quod sit impossibile cognosci Patrem & Filium, cùm illud à quo cœpimus Patris & Filii notionem, sit secundùm te formaliter ex natura reipsa Deitas sibi semper eadem, & ita uno tantùm & invariato modo cognoscibilis, ut ex necessitate dicat *Basilius*, impossibile esse propriam Notionem Patris & Filii capere, nisi proprietatum accessione scilicet ad Essentiam pro aliquo priori jam absolutissimè completam, ut & supra nisi ex complexu utriusque communis videlicet & proprii comprehensio veritatis nobis innascatur: inevitabiliter ergo cogimur aliud dicere ex natura rei Deitatem, aliud Paternitatem, quâ solâ & unicè discernimus à Deo, Patrem Deum, hac de causa eruditè dixit sanctus Doctor proprietatum accessione. *item* ex proprii & communis complexu nostram mentem informari ut distinctionem ostendat, tùm inter id *quod* & *cui* accedit, nihil siquidem accedit ad formaliter seipsum, cùm etiam (quod in idem recidit) inter commune & proprium, ex quorum complexu Personæ constituuntur, perspicuum enim est, quod complexus ex duabus ad minus formalitatibus, quæ saltem sunt formaliter distinctæ, esto realiter eædem sint, coalescat.

349. *Confirmatur* clarissimè ex sequenti & finali processu l. 2. inter *Basilii* & *Eunomii*, qui ultimus, quia aliud Essentiá, aliud hypostatin, aliud item Attributa astruebat Basilius, cùm id quod ex alio & alio constat, compositũ esse necessesir, Deum compositum fore dicebat, quid ad hoc *Basilius*? totum retorquet in *Eunomium*, & falsitatis convincit, *nam si*, inquit, itatis, quod demonstravi proprietatum modi; sic

(R) μιᾶς γὰρ οὔσης θεότητος ἀμήχανον ἔννοιαν ἰδιάζουσαν πατρὸς λαβεῖν καὶ υἱοῦ μὴ τῇ τῶν ἰδιωμάτων προσθήκῃ τῆς διανοίας διαρθρωμένης.

(r) εἰ γὰρ μηδὲν εἴη τὸ τὴν οὐσίαν χαρακτηρίζον, οὐδενὶ ἂν τρόπῳ πρὸς τὴν σύνεσιν ἡμῶν ἀφίκοιτο.

(S) ἐκ δὲ τῆς ἑκατέρου συμπλοκῆς, &c. ἀγέννητον μὲν φῶς ἀκούσαντες τὸν πατέρα νοεῖν γέννητον δὲ φῶς τὴν τοῦ υἱοῦ λαμβάνειν ἔννοιαν.

hoc loco appellat Relationes Hypostaticas simplicitatis Divinæ rationem lædunt, (T) *Omnia quæ de Deo dicuntur, compositum esse Deum nobis monstrabunt, & ut ex his, i.e. ex objectione Eunomii videtur, ut teneamus Deum simplicem esse; (V) vel nihil dicemus de Deo præter ingenitum, & aversabimur invisibilem illum nominare, incorruptibilem, inalterabilem, creatorem, judicem, &c. quæ nunc ad glorificandum accipimus: vel hæc Nomina suscipientes, quid faciemus? utrum omnia ad Essentiam referemus? ergo non compositum solùm, sed è dissimilibus etiam partibus compositum demonstrabimus, cùm aliud atque aliud à quolibet istorum Nominum significetur.* Ubi, si diversa significata Essentiæ, proprietatum, Attributorum Dei, pro quibus supponunt Nomina Divina formaliter idem essent, & secundùm *Basilium* solâ distinguuntur distinctione rationis, aut aliud & aliud solum essent, tenente se alietate istorum significatorum extrinsecè tantum in ordine ad conceptus & connotata, præterquam quod *Eunomius*, non curavit compositionem rationis, quo, quæso, fundamento *Basilius* dixisset, non solùm Deum compositum, *sed & ex dissimilibus compositum demonstrari posse cùm aliud atque aliud à quolibet istorum Nominum significetur?* ostendit ergo *Eunomium* secum non disputare de alia & alia alietate se tenente à negotio rationis, sed confutat illum, quia extra chorum saltat, & transitum facit à diversitate solum, seu à non identitate ex natura rei significatorum formali, quæ non discindit identitatem realem ad diversitatem realem, quâ perperam & erroneè suppositâ, cum necessariò compositionem inducat realem, rectè *Basilius* retorsit Argumentum contra Eunomium, ut vel ex absurdo nullitatem illius palparet, quâ consequenter in Deo realem compositionem ex partibus dissimilibus demonstrare possemus, anne tale quid ex compositione rationis, conceptibus & connotatis extrinsecis?

(T) ----- καὶ εἴτε γε πάντα ὅσα περὶ Θεοῦ λέγεται σύνθετον τὸν Θεὸν ὑμῖν ἀναδείξουσι.

(V) καὶ οὐδὲν ἐροῦμεν περὶ Θεοῦ πλὴν τὸ ἀγέννητον, καὶ παραιτησόμεθα αὐτὸν ὀνομάζειν ἀόρατον, ἄφθαρτον, ἀναλλοίωτον, δημιουργὸν, κριτὴν, καὶ πάντα ὅσα νῦν εἰς δοξολογίαν παραλαμβάνομεν. καὶ δεχόμενοι τὰ ὀνόματα ταῦτα, τί καὶ ποιήσομεν; πότερον εἰς τὴν οὐσίαν ἅπαντα φέροντες καταθήσομεν; οὐκοῦν οὐχὶ μόνον σύνθετον, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἀνομοιομερῶν αὐτὸν συγκείμενον ἀποδείξομεν; διὰ τὸ ἄλλο καὶ ἄλλο ὑφ' ἑκάστου τῶν ὀνομάτων σημαίνεσθαι.

350. *Probatur* secunda pars secundò ex libro quintò contra Eunomium statim in initio: (X) *Ex quibus colligitur eundem Spiritum esse Deitate cum Patre.* Et mox: *Quæcunque Patri ut Deo, non ut Patri insunt: & quæcunque Filio ut Deo, non ut Filio insunt, ea etiam soli Spiritui insunt*, ubi particula ὡς, *ut*, certè non significat solam abstractionem factam ab intellectu nostro, alioqui sicut Patri insunt ut Patri, non ut Deo, non inessent quidem per abstractionem intellectûs Patri, quà Deus est, verè tamen ac à parte rei illi etiam ut Deo inessent, consequenter & Filio, quod fidei adversatur, ita per abstractionem nostram non inessent Spiritui sancto, quæ Patri & Filio insunt, qua tales Personæ sunt, re ipsa tamen sublatâ tali rationis abstractione quoque inessent Spiritui sancto, quæ sunt absurda, & contra fidem.

(X) ἐξ ὧν συνάγεται τῆς αὐτῆς θεότητος τὸ πνεῦμα τῷ πατρί. ὅτι τὰ μόνα προσόντα τῷ πατρὶ ὡς Θεῷ καὶ οὐχ ὡς πατρὶ, καὶ τὸ υἱῷ ὡς Θεῷ καὶ οὐχ ὡς υἱῷ. &c.

351. *His adde* quæ habet *Basilius* libro de recta fide: (Y) *Si quis dicat, Deus, non exprimit hoc ipsum, quod est Pater deest hoc quod est Creator; tum illis deesse addique oportere bonitatem, sapientiam, virtutem, &c. quæ in Sacra Scriptura memorantur.* Utique hæc additio non est conceptuum nostrorum & aliorum ad Deum impertinentium, quia *sanctus Basilius* loquitur de perfectionibus Divinis in recto, quarum exuperantiam & multiplicationem significare intendit, ad quam nihil conducunt illa extrinseca, neque plurificat distinctio rationis, & quæ est secundùm connotationem perfectiones Divinas, cùm alioqui perfectiones Dei

(Y) εἴπῃ τις Θεὸς, οὐ δηλοῦται τὸ πατήρ. τῷ δὲ πατὴρ λείπει τὸ κτίστης, τούτοις δὲ πάλιν χρεία ἀγαθότητος σοφίας, δυνάμεως καὶ τῶν λοιπῶν τῶν φερομένων ἐν τῇ ἁγίᾳ γραφῇ.

non latius paterent, quàm pateant connotata creaturarum & conceptuum nostrorum, nec esset intra ipsum Deum aliud ad aliud addere & accipere, quod nemo, qui mentis compos est, dicere potest, itaque concludit doctrina Basilii distinctionem ex natura rei formalem, qua in Deo Essentiam, Hypostases, Attributa Divina tanquam diversa, quod adeò urget S. Doctor significata catholicè & sine contradi-
352. ctione concipiamus.

Objicies tamen: *Basilium* Epistola 80. *omnes de Deo convenientes, tàm Notiones, quàm voces, ejusdem sunt inter se dignitatis, eò quod nullum habent in subjecta rei significatione discrimen, non enim ad rem aliam subjectam manuducit intelligentiam nostram boni appellatio, ad aliam verò sapientis, potentis & justi, sed quæcunque dixeris Nomina, unum idemque per omnia significatur; intellegis.*

Respondeo Basilium in eo esse, ut contra Arium ostendat per Nomina de Deo non significari Essentiam in Personis, neque perfectiones realiter diversas, quod disertis verbis exprimit, dicens: appellatio boni, sapientis, potentis, justi, &c. mentem non deducere *ad rem subjectam*, quæ non sit realiter Deus, ideoque ibidem seipsum explicans, mox subdit: *Etsi Deum proferas, eundem ostendisti, quæ cæteris vocabulis intelligis*, ita ut quidquid Deo inest convenienter sit semper idem & unus ipse Deus, sive sit absolutum v. g. sive sit relativum, sic Pater, Filius & Spiritus sanctus est idem unusque Deus: sic bonitas Dei est Deus, justitia, potentia Dei est Deus, ac ita verissimum est Notiones & voces nullum habere in subjectæ rei significatione discrimen, ex quo nihil habetur contra doctrinam nostram.

QUÆSTIO VII.

Quid Gregorius Nazianzenus contulerit scholis, & quali faveat in hac Controversia?

SVMMARIVM.

1. *Nazianzenus sydus Ecclesiæ lucidissimum à S. Basilio laudatum. n. 353.*
2. *Scoto conjunctus. Ibid.*
3. *Nazianzenus coram centum quinquaginta Episcopis distinguit rationem principii à Natura. n. 354.*
4. *Sententia Nazianzeni distinguitur indistinctim, & distinctim connectitur, quid importet, explicatur. n. 356.*
5. *Simplicitas & compositio ad Naturam quomodo accipiantur. n. 357.*

353. INter præclara Lumina, quæ unà ætate Ecclesiam Dei illustrarunt, astrum lucidissimum extitit Gregorius Nazianzenus, quem S. Hieronymus Doctorem suum, Basilius qui illum *vocat vas electionis, puteum profundum, os Christi*, contubernalem & studiorum sodalem coluit, de rebus Divinis teste Erasmo, quæ vix ullis humanis verbis explicari possunt, libenter & frequenter philosophatur, quid senserit ad rem nostram, dicemus. Sit

Laus Gregorii Nazianzeni ab ipsis

SS. Patribus Hieronymo & S. Basilio celebrata.

ASSERTIO

S. Gregorius Nazianzenus & Scotus non ad latum unguem à se dissident in doctrinâ de distinctione in Divinis.

354. PRobatur primò ex Orat. coram 150. Episcopis habita, ubi expressè asserit rationem principii à natura distingui: (a) *Non enim, ait, principium in eo quod principium est, Natura rationem habet, quemadmodum nec in illo, quod principii expers sit: circa Naturam enim hæc considerantur, non ipsa Natura sunt*, ergo secundum Damascenum non spectat ratio principii ad Naturam in esse Naturæ, quod enim circa rem est, eam pro aliquo priori in esse primario constitutam supponit, ut pluribus infra. ubi idem occasione Damasceni recurrit examinandum, hic observandum duntaxat ad propositum perinde esse, quidnam dicatur habere in Divinis rationem Notionalis principii, sive dicatur quòd sit proprietas relativa Personæ, sive intellectus & voluntas cum Essentia Divina ex adjuncto dicente respectum seu Relationem tanquam conditionem sine qua non est principium.

(a) οὐ γὰρ φύσις ὁ-[illegible] ἀρχὴ, ὥσπερ οὐδ' [illegible] τὸ ἄναρχον. περὶ γὰρ [illegible] φύσιν, οὐ ταῦτα φύσις.

355. *Probatur* secundò ex Argumento Nazianzeni contra Anomœos asserentes, quælibet Attributa esse Dei Essentiam, sic Orat. 1. de Filio quæ est de Theologia tertia, juxta alios quarta, ubi ostenso quod ingenitum esse non significet Essentiam Dei, sed existendi modum; item, *quod genitum & ingenitum esse*, non Essentiam dividant, sed in eâdem Essentiâ distinguuntur, *quomodo insipiens & sapiens inter se quidem non idem sunt*, verum circa eundem hominem considerantur: *nec substantias scindunt, nec circa eam scinduntur*, mox manum conserit cum illis incipiens ab ipsa Anomœorum hypothesi, quòd nimirum ingenitum sit Dei Essentia, non ut eam probet, vel veram esse dicat, sed ut per eam ad absurdum deductam illorum demonstret amentiam: (β) *An igitur*, inquit, *statuendum erit etiam immortalitatem, innocentiam & immutabilitatem Essentiam Dei esse? si ita est plures erunt Essentiæ Dei, non una tantum*, siquidem secundùm sententiam vestram, ingenitum illud Dei Natura est, *consequenter & immortalitas, quod si vitiorum expers ac immutabilitas. si concedatur hoc quoque esse Dei Essentias, nam aliud est ingenitum, aliud immutabilitas, aliud est esse vitiorum expers*, aliud denique simpliciter sunt omnia ea Attributa, quæ dicuntur de Deo. *Compositum est*, inquit, *ex his Numen, neque enim hæc citra compositionem esse queunt, si modò Essentiæ sunt*, Essentia namque addita Essentiæ compositionem quandam efficit: quod est absurdum, tale autem sequitur ex vestra hypothesi, quâ vultis ingenitum Essentiam & positivum quid esse, ergo ex mente Nazianzeni ita est una Divinitatis Essentia, ut tamen perfectiones Attributales non sint formaliter ipsa, consequentia patet, nisi enim præsupponeret Attributa positiva aliquo modo distingui ab Essentia: non rectè inferret pluralitatem Essentiarum & compositionem ex illis.

(β) ἢ καὶ τὸ ἀθάνατον, καὶ τὸ ἄκακον, καὶ τὸ ἀναλλοίωτον οὐσία Θεοῦ; ἀλλ' εἰ τοῦτο, πολλαὶ αἱ οὐσίαι Θεοῦ, καὶ οὐ μία. ἢ σύνθετον ἐκ τούτων τὸ θεῖον. οὐ γὰρ ἀσυνθέτως ταῦτα, εἴπερ οὐσίαι.

Nec obstat *Nazianzenum* argumentari ab Attributis negativis, tùm quia potiùs ratio ipsius urget de Attributis positivis, quæ Deo insunt secundùm proprias suas rationes formales; cùm etiam Anomœi negativa Attributa confundendo cum Essentia non negativè, sed positivè accipiebant. De simili Argumento vide quæ diximus hac *Controversia* Q. 3. n. 323. apud S. *Cyrillum*. & Part. 1. C. 1. Q. 1. n. 10. & seqq.

356. *Tertiò* Orat. 39. quæ est in *sancta Lumina de proprietatibus & Natura Divina*, ita discurrit: (γ) *Deum porrò cùm dico, uno eodemque triplici lumine perstringamini, triplici quidem quantum ad proprietates sive Hypostases, si cui hoc verbum magis arridet*, sive Persona (quod addit quia Orientales usurpabant vocabulum Hypostaseos, Occidentales Personæ) *neque enim de Nominibus odiosâ contentione certabimus, quamdiu syllabæ ad eandem sententiam ferent, uno autem quantum ad substantia, hoc est, Divinitatis rationem*. Et statim: *Distinguitur enim indistinctim, ut sic loquar, & distinctim connectitur, unum enim in tribus Divinitas est, & tria unum, in quibus Divinitas est; vel, ne magis propriè dicam, quæ Divinitas est. Excessus enim & defectus nullos faciamus, nec unione confusionem, nec rursus divisione sejunctionem efficientes*. Perpendamus hæc verba, διαιρεῖται ἀδιαιρέτως, καὶ συνάπτεται διῃρημένως: *distinguitur indistinctim & distinctim connectitur*, quidquid in Deo dignè contemplaris, aut Essentia est cum Attributis Divinis, aut Relationes Hypostaticæ, in quo ex his isthæc verificabitur *Nazianzeni* sententia? certum est pro eo non posse referri ad Essentiam, quatenus est radix Attributalium perfectionum, Essentia namque in linea Essentiæ omnis distinctionis expers est in Personis; si referas ad ipsas Relationes hypostaticas inter se, ea sententia falsa est, suspecta est. Hypostases siquidem ut tales, cùm sint realiter relativâ oppositione distinctæ, quomodo distinguentur indistinctim, & vicissim qui connectentur distinctim? si dicas illam sententiam *Nazianzeni* intelligi de Essentia & Personis simul, quia Personæ quoad proprietates distinguuntur realiter, non distinguuntur quoad Essentiam, sed de hoc quæritur, quomodo excessus & defectus nullos facientes, nec divisione sejunctionem, nec unione confusionem inducamus, nam supposità omnimodâ & formali suâ identitate Essentiam inter & proprietates personales, ut sint identice & ratione ex natura rei formali, unamque de conceptu alterius ut proprietates Personales includant Essentiam in suo conceptu formali, nonne cerneretur in Essentia divisio, quia numerus multiplicans Personas, sicut in Relationibus? in quo

(γ) Θεοῦ δὲ ὅταν εἴπω, ἑνὶ φωτὶ περιαστράφθητε καὶ τρισί. τρισὶ μὲν, κατὰ τὰς ἰδιότητας, ἤγουν ὑποστάσεις εἴ τινι φίλον καλεῖν εἴτε πρόσωπα (οὐδὲν γὰρ περὶ τῶν ὀνομάτων ζυγομαχήσομεν, ἕως ἂν πρὸς τὴν αὐτὴν ἔννοιαν αἱ συλλαβαὶ φέρωσιν) ἑνὶ δὲ, κατὰ τὸν τῆς οὐσίας λόγον, εἴτ' οὖν θεότητος. διαιρεῖται γὰρ ἀδιαιρέτως, ἵν' οὕτως εἴπω, καὶ συνάπτεται διῃρημένως. ἓν γὰρ ἐν τρισὶν ἡ θεότης, καὶ τὰ τρία ἕν, τὰ ἐν οἷς ἡ θεότης, ἢ τό γε ἀκριβέστερον εἰπεῖν, ἃ ἡ θεότης. τὰς δὲ ὑπερβολὰς καὶ ἐλλείψεις ἀφῶμεν. οὔτε τὴν ἕνωσιν σύγχυσιν ἐργαζόμενοι, οὔτε τὴν διαίρεσιν, ἀλλοτρίωσιν.

later Arianismus, & vicissim si Essentia divina includat in suo conceptu essentiali relationes personales, nonne per unitatem suam essentia contrahet personas in unum? & est Sabellianismus, vel dicendum quòd non esset tota essentia in singulis personis, quia non esset in Patre secundùm filiationem, quam essentialiter includit; similiter non esset in Filio secundùm Paternitatem, & in Spiritu sancto non esset secundùm Paternitatem, & filiationem. Hæc absurda ut evitentur, quid moraris mediam ingredi viam, quam Doctor Subtilis ostendit, & quam tenuerunt sancti Patres, & ex contradictoriis deducitur, ut nec illam formalem, & omnimodam identitatem asseramus, ut *Sabellius* personas confundebat, neque realem identitatem excludamus, unde *Arius* Divinitatem in Personis à se invicem alienando in multitudinem dividebat tenendum itaque, ut dum concipis in Divinis relationes, non intelligas conceptui tuo formali respondere essentiam ex parte objecti, & econtrà quando concipis essentiam ex parte objecti, non intelligas proprietates relativas, hac ratione vera, est sententia Nazianzeni, quòd essentia collata cum relationibus, & vicissim relationes cum illa *distinguuntur indistinctim*, id est, distinctione ex natura rei formali, salva identitate reali, *& vicissim connectantur distinctim*, nempe in identitate reali, salvâ distinctione formali.

Viam Scoti tenuere Sancti.

Porrò qui hanc mediam Scoti viam ingredi nolunt, qualiter æquo intervallo ab argumenti consequentia declinent, vel nimium ad dexteram, vel excedendo ad sinistram. Adverte, nam illi, qui ex una quidem parte concedunt relationes non esse de conceptu essentiæ, benè quidem argumentantur *primò*: quia tunc sequeretur essentiam multiplicare numerum sicut relatio, & in ea esset discrimen Personarum, sicut in relationibus, consequenter esse Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, esset essentialiter inclusum in ratione essentiæ, & tam benè Filio communicaretur *esse Patrem*, quàm *esse Deum* contra cc. PP. & fidem. *Secundò*, Relatio ideò non est inclusa essentialiter in essentia, quia aliàs essentia esset formaliter relativa, quod & contra S. *Augustinum* docentem essentiam esse ad se, non ad aliud, relationes verò esse ad aliud, & non ad se. *Tertiò*, in Patre est tota essentia, & tamen non est Filiatio, & econtrà in Filio est tota essentia, & tamen non est Paternitas: ergo neutra includitur formaliter in essentia; ita rectè *Suarez* l. c. & *Granadus* Tract. 3. d. 4. *Ruiz* disp. 28. Sed ex alia parte hi Auctores volunt essentiam esse de conceptu relationum, cùm contra eadem argumenta ad probandum contrarium in ipsos retorqueri valeant. Et affert *Arriaga* 1. p. d. 47. f. 2. subs. 2. *primò* si relatio includeret essentiam, tunc in relatione cerneretur unitas & convenientia Personarum, sicut in essentia, quod non minus est contra cc. PP. & fidem. *Secundò*, si essentia includeretur in relatione, hæc non solùm esset respectiva & ad aliud, sed etiam absoluta & ad se, quod est æquè absurdum, & Augustino dissonum. *Tertiò*, Filiatio tota producitur, & tamen non producitur essentia Filii: ergo hæc non includitur essentialiter in filiatione, aliàs necessariò comproduceretur, sicut ipsa filiatio, implicat enim essentiam aliquam, quæ consistit in indivisibili, partim non produci, & partim produci. Si valeant superius, valent & hîc, si hîc non subsistunt, & suprà sunt rejicienda, & vel non evacuarunt difficultas, vel inconsequenter loquuntur hi Auctores. Sed redeamus ad *Nazianzenum*.

357. *Quartò*. Orat. 38. quæ est *in Christi Nativitatem* objiciens sibi dogma *Eunomii*, ait: (*d*) *Existimet licèt quispiam*, putà Eunomius, *quia simplicis naturæ sit vel prorsus incomprehensibilem esse, vel comprehensibilem*, utpore partibus carentem, omnique ex parte sibi similem, in compositis enim solis, aiebat Eunomius, id locum haber, ut res aliqua partim intelligatur, partim incognita maneat, subtiliter ad hoc respondet, & solvit Eunomii deliramentum, prius quærendum esse, quid sit Deus quantum ad naturam, deinde quæ naturam consequuntur, (*e*) *quid ille sit*, respondet, *qui naturam simplicem habet, exquiramus*; subdit: *Simplicitas non est illi natura*: probat à paritate compositionis ad compositum: *Quandoquidem*, inquit, *nec compositis sola compositio*, ergo simplicitas secundùm Nazianzenum est aliud præter naturam, unde rectè ad hunc locum *Nicetas* ait: Simplicitas in Deo naturæ rationem non

(*d*) κἂν τις ὑπολάβῃ τὸ ἁπλῶς εἶναι φύσεως, ὃ ὅλον ἄληπτον εἶναι, ἢ τελείως ληπτόν.

(*e*) τί γὰρ ὄν, ἁπλῆν ἔχει φύσιν, ἐπιζητήσωμεν. οὐ γὰρ δὴ τοῦτο φύσις αὐτοῦ ἡ ἁπλότης. ὥσπερ οὐδὲ τοῖς συνθέτοις μόνον τὸ εἶναι συνθέτοις.

habet,ut ex ea quisquam colligat eum qui simplex est,vel prorsus nullo modo comprehendi posse,verùm aliud est Divina Natura, simplicitas autem circa naturam consideratur: quocircà quærendum prius est,quid sit Deus,quantum ad Naturam,quàm de simplicitate loquamur,quæ naturam consequitur,subsumo: atqui simplicitas Dei est attributum Dei positivum: ergo inter essentiam & illa attributa ex Nazianzeno convincitur distinctio. Assumptum prob.ex allatis part.1. c.1.q.1.num.10.& seqq.ubi ex professo de hoc actum est.

358. *Confirmatur* primò. Ostenso hîc quòd (ζ) *Deus velut pelagus sit quoddam essentiæ immensum & interminum,omnem tum temporis,tum naturæ cogitationem superans,* statim subdit: *Mente sola obumbrabile, & quidem perexiguè & obscurè non ex his,quæ in ipso sunt,sed quæ circa ipsum sunt*,ubi verba,*quæ in ipso sunt*,id est,in propria Dei natura & essentia expresse aliquam indicant pluralitatem existentium illi.

359. *Confirmatur* secundò, & probatur Assertio nostra quintò ex *Orat.* 44.in sanctam Pentecosten,ubi sic ait: (η) *Quid pluribus verbis opus est? Omnia quæcunq; Pater habet,sunt Filii, præterquàm quòd ingenitus non est. Omnia quæcunq; Filii,Spiritus sancti sunt,si generationem exceperis. Hæc porrò substantiam non secernunt,ut quidem ipse sentio,verùm circa substantiam secernuntur.* Quibus perspicuè indigitat,tam inter hypostases & essentiam,quàm inter attributa,distinctionem,& prob. Nam sicut universales *πάντα ὅσα omnia quæcunq;* pluralitatem dicunt, ita particula exceptiva *πλὴν præterquam, si exceperis* proprietatum ab essentia distinctionem: secundò: patet ex iis quæ subduntur: *Hæc porrò substantiam non secernunt , sed illa circa substantiam secernuntur,* non ergo ex natura rei ingenitum esse in Patre, & generatio in Filio sunt ipsa formaliter substantia, impossibile enim esset illa inter se secerni,& non ipsam substantiam cum illis: itaque dicit illa *circa substantiam* secerni,ita ut inter se realiter secernantur, ab essentia verò circa quam considerantur solùm ex natura rei formaliter salva identitate,quam non disjungunt, reali haudquaquam tamen diversas substantias inducant,aut ea dividant quasi essentiales differentiæ,sed circa unam eandemque substantiam dividantur , velut proprietates distinctarum personarum indistinctæ substantiæ, quemadmodum superius num.355.in exemplo demonstrat *Nazianzenus* dicens: Sapiens & insipiens inter se quidem idem non sunt: verùm circa eundem hominem considerantur,nec substantiam scindunt, sed circa eam scinduntur: jam sic: de quo affirmatur, quòd circa substantiam sibi opponuntur,sejunguntur,& scinduntur, illud, esto aliundè non constaret, necessariò distinguitur eo ipso ab illa substantia circa se non sejuncta, nec sibi aut circa se opposita: atqui ita est in proposito. Maj. patet, quia implicat idem à parte rei circa se admittere , & non admittere oppositionem divisivam: minor est de fide.

(ζ) οἷόν τι πέλαγος οὐσίας ἄπειρον καὶ ἀόριστον, πᾶσαν ὑπερβαῖνον ἔννοιαν καὶ χρόνου καὶ φύσεως, τῷ νῷ μόνῳ σκιαγραφούμενος, καὶ τούτῳ λίαν ἀμυδρῶς καὶ μετρίως, οὐκ ἐκ τῶν κατ' αὐτόν, ἀλλ' ἐκ τῶν περὶ αὐτόν.

(η) τί μοι μακρολογεῖν; πάντα ὅσα ὁ πατὴρ τοῦ υἱοῦ πλὴν τῆς ἀγεννησίας· πάντα ὅσα ὁ υἱός, τοῦ πνεύματος, πλὴν τῆς γεννήσεως. ταῦτα δὲ οὐ οὐσίας ἀφορίζει κατά γε τὸν ἐμὸν λόγον, περὶ οὐσίαν δὲ ἀφορίζεται.

360. *Nazianzenus explicatur, & confirmatur.* *Confirmatur* tertiò: Quemadmodum hæ hypostases Petrus, Paulus,Joannes non naturas dividunt, sed circa naturam eandem dividuntur,& personas distinguunt,natura tamen ipsorum una est,scilicet humana,eodem modo ingenitura,generatio & processio,quæ sunt in Divinis tres proprietates personales inter se quidē eadem nō sunt, nec substantiā scindunt,sed circa eandē scinduntur,sed personas secernunt: sed si personalitates Petri,Pauli,& Joannis penitùs indistinctæ formaliter idem essent,quod est ipsa substantia humana, etsi circa nomina dividerentur,perperam tamen diceretur circa naturam dividi, ut patet: ergo cùm utrobique sit paritas,idem erit in Divinis, & sicut Petrus,Paulus, Joannes,nudè tria nomina essent, cùm in eo eventu omnes tres hypostases, unica formalissimè substantia essent, ita in Trinitate,si tres proprietates personales formalissimè ipsa essentia essent, sola nomina distincta essent,& reipsâ haberetur *Sabellianismus.* Dicendum itaque conformiter ad alias sæpedicta,proprietates personales ita circa substantiam secerni, ut realiter inter se distinguantur , ab essentia verò circa quam considerantur solùm ex natura rei formaliter salva identitate (quam non distinguunt) reali, ad mentem *Nazianzeni*,& *Doctoris Subtilis.*

QVÆSTIO VIII.

In qua exploratur, Quid de præsentis Controversiæ statu censuerit S. Ioannes Damascenus?

SVMMARIVM.

1. *Damascenus, & Scotus nomine & doctrina indivisi. n.361.*
2. *Appellatio* Qui *est Deo propriissima & quare? ibid.*
3. *Propositiones quæ dicunt* quid est Deus? *inferunt distinctionem ab iis, quibus dicitur qualis est. & quare? n.*
4. *Substantiam Dei secundùm seipsam negari de hypostasi, quo sensu verificetur? n.*
5. *Damascenus objicitur. nu. 364. explicatur. 365.*
6. *Essentia divina metaphysicè sumpta, & in esse præciso est pelagus omnium perfectionum possibilium, quî verificetur. ibid.*
7. *Attributa divina singula in suo genere sunt infinita, non simpliciter in totalitate entis & quare, ubi & objectio funditus dilabitur. nu. eodem.*

ASSERTIO.

Damascenus & Scotus sicut à Baptismate homonymi, ita à doctrinæ consensu de distinctionibus in Divinis homologi existunt.

361 *Damasc.* PRobatur ex L.1. de fide orthodoxa c.4. ubi Joannes Damascenus sic ait: *Inter omnia Nomina de Deo propriissimum est,* Qui est, *quia esse dicit quoddam pelagus infinitæ substantiæ, cætera autem sunt illa, quæ circumstant naturam; si justum, si bonum, si quid tale dixeris, non dicis Naturam Dei, sed quæ circa Naturam.* Consideremus hunc Damasceni locum: quod consonet Scoto, & robur addat traditæ à nobis doctrinæ, probatur: Inter omnia, inquit, nomina propriissimum est, QUI EST, nimirùm quærenti: quid est Deus? rectè & quasi per descriptionem Deitatis respondetur, *est qui est*, hoc nimirum repræsentat rem, cujus est, esse Deitatem: atqui non repræsentat justitiam, sapientiam, sicut nec econversò descriptio sapientiæ repræsentat eam esse Deitatem, sed sapientiam, & sic de aliis attributis, ergo illa attributa non includuntur in conceptu quidditativo Deitatis, seu in primo modo dicendi per se. Min. prob. ratione, quam affert Rubeon d.8.qu.3, art.1. si per impossibile res increata esset Deitas, & non sapientia, adhuc esset talis, qualem ipsam importat descriptio Deitatis, *est qui est*, quod non esset, si ad eam spectaret prædicatum sapientiæ; similiter si econversò res illa per impossibile esset sapientia, & non Deitas, nec justitia, adhuc esset talis, ergo. Sequela patet: quia quod convenit alicui per se primo, sic ponitur in ejus definitione, quòd si per impossibile res non esset talis, qualis per illam exprimitur, non esset talis, qualem esse importat ejus definitio tota; ergo econtrà illud, quo per impossibile amoto, res esset talis, qualem esse anteà ejus tota definitio importabat, utique illi non convenit in primo modo dicendi per se, optimè *Damascenus* proinde ait: Propriissimum Nomen Dei inter omnia nomina est *Qui est*, ab hoc siquidem ad illa solùm, quorum unum convenit alteri in primo modo dicendi per se, quia videlicet est ejus quasi definitivum, datur consequentia formalis vel negativè, vel affirmativè ab uno ad alterum, arguendo, verbi gratia, *est qui est*, ergo Deus, ergo ens à se, ergo est pelagus substantiæ infinitum, &c. & econversò negativè non est *Qui est*, ergo non est Deus, non est Ens primum, &c. Atqui ab Essentia ad attributa, & vicissim ab attributis ad Essentiam, nulla est consequentia formalis, esto enim gratia materiæ necessaria sit hæc consequentia: *Est qui est*: ergo sapientia est, justitia est, & vicissim sapientia increata est, ergo Deitas est, non tamen est bona gratia formæ, alias valeret in omni materia, quod est falsum.

Confirmatur: Propositiones quibus directè interroganti 362
Quæstio quid & quale differunt, & quare.
Quis est Deus? Respondetur, est, *Qui est*, est substantia infinita, *Qui est*, est Deitas, est sua Essentia, differunt ab istis, quibus quærenti *qualis est Deus*, dicitur: est bonus, est sapiens, est misericors, æternus, &c. sed hæc diversitas nequit esse sine aliqua distinctione ex natura rei, ergo. Major prob. quia primi generis sunt in primo modo dicendi per se, & in quid, seu per modum subsistentis; secundi generis, & in secundo modo dicendi per se, & quasi in quale, & per modum adjacentis, seu ut *Damascenus* loquitur per modum circumstantis naturam. Min.

quòd

quòd ea diversitas esse nequeat sine aliqua distinctione ex natura rei, probatur ex ipsomet *Damasceno* l.c.c.12.& 13. ubi omnia quæ superius dixerat epilogans, eorumque sensum declarans, hoc affert exemplum: *perinde nec corporis substantiam cognoscimus, si cognoscimus, quod album & nigrum est; sed ea qua circa substantiam sunt*, ergo licèt *Damascenus* non intendat ea quæ circa Dei naturam sunt, esse propriè accidentia per modum informationis, sicut albedo & nigredo, saltem vult, sicut illa independenter à nostris conceptibus, & ex natura rei circa substantiam corporis existunt, ita perfectiones divinas attributales independenter ab intellectu circumstent Dei naturam; Consequentia patet: tum quia alioqui esset valde improportionatum exemplum à *Damasceno* allatum, tum à paritate rationis, sicut enim quæ circumstant substantiam corporalem, sunt rationes ex natura sua non *quid* dicentes, sed *quale*, quæ denominant subjectum tale vel tale, nigrum vel album; ita & perfectiones attributales ex natura sua non dicunt ipsum primarium & quidditativum conceptum Dei, sed secundarium earum rationum, quibus aliquid dicitur tale, & quibus Deus quasi qualis, ut quòd sit sapiens, bonus, justus denominatur; præcisâ tamen omni informatione, ita ut non denominent eo modo, quo anima corpus, ut est illud altera pars compositi, quod animam respicit ut formam informantem, in hoc enim sensu Essentia Dei nō dicitur qualis vel quâta, ut videre est apud Anselmum in Monolog. c.16. sed denominant Essentiam per identitatem, eo modo, quo homo dicitur animatus per animam, ut pulchrè Doctor dist. 8.q.4. ubi declarat in ratione denominandi imperfectionis esse in creaturis denominari à forma informante, perfectionis autem denominari à rationibus essentiæ realiter identificatis, quibus nimirùm aliquid est formaliter tale, & in hoc sensu dicimus attributales perfectiones non dici de Deo in *quid* in primo modo dicendi per se, sed velut in *quale*, &, in secundo modo dicendi per se, ceu perfectiones secundarias, & in hoc eodem sensu dixit *Joannes Damascenus*: *Si justum, si bonum, si quid tale dixeris, non dicis Naturam Dei, sed qua circa naturam*: ergo essentia & attributa Dei, secundùm proprias suas rationes objectivas, inter se comparata, distinguuntur ex natura rei formaliter, salva identitate reali quâ realiter unum & idem sunt.

Qualiter substantia in Deo nō est hypostasis.

363. *Probatur* secundò ex eodem *Damasceno* lib.3.fidei, c.6. ubi sic ait: Substantia secundùm se ipsam hypostasis non est, sed in hypostasibus servatur: ergo substantia distinguitur ab hypostasi. Consequentia probatur: Substantiam non esse hypostasin *secundum se ipsam* est illam esse distinctam secundum id, quod ipsa intrinsecè, & essentialiter est. & quod semper retinet, sive consideraretur ut consistens in se, & extra intellectum, sive ut existens in intellectu, atqui secundùm Damascenum substantia *secundum se ipsam* non est hypostasis: ergo distinguitur ab illa non realiter, ut constat de Divinis: non etiam sola ratione, quia tunc non *secundùm se ipsam*, sed secundùm nostram cogitationem esset distincta: quod est contra *Damascenum*.

Objiciunt, & eundem reponunt Adversarii *Damascenum* l.c.c 12. dicentem: Dei essentiam esse quoddam pelagus omnium perfectionum possibilium: ergo non includit illas tantùm secundariò, sed in primo modo dicendi per se & quidditativè. Consequentia prob. quia si non ita includeret, non esset pelagus infinitum omnium perfectionum secundùm suum esse essentiale, sed limitaretur in ipso conceptu formali essentiæ, siquidem non includeret perfectiones attributales, quæ proinde respectu illius forent accidentia metaphysica, quæ non solum reipsâ, sed etiam per intellectum à Deo removeri deberent, cùm repugnet actui puro, cujus ratio in eo consistit, ut nulla ei adveniat perfectio, vel advenire concipiatur, hoc ipso autem, quòd attributa non includantur in essentia in primo modo dicendi per se, conciperentur advenire essentiæ, atque ab ea excludi, quòd autem non sufficit responsio, essentiam continere illa identicè & unitivè ratione infinitatis, probatur: quia hæc continentia non sufficit, ut dicatur pelagus omnium perfectionum, & infinita in tota entis latitudine, ergo. Anteced. patet, quodlibet etiam attributum ratione propriæ infinitatis, quam ab essentia participat, identificat sibi quodcunque aliud, & tamen ob id dici nequit pelagus omnium perfectionum in sensu Damasceni, & infinitum in toto genere entis: ergo nec sufficit, ut essentia in tali esse præciso, esto sub tali præcisione retineat infinitatem, quâ mediante unitivè omnes omninò attributales continet perfectiones, dicatur pelagus infinitum omnium perfectionum possibilium. 364. *Objectio.*

365. Respondeo hoc Argumentum ferè solutum esse Tract.1.c.2.qu.4.art.2.& 3. item c.3 qu.2. in Responsionibus ad argumenta Ponci num.117. hic concedendo Antecedens dico, Essentiam divinam esse ac dici pelagus omnium perfectionum possibilium per se, & quidditativè, sed nego Consequentiam in sensu quem prætendunt Adversarii, quòd in se formaliter contineat omnes perfectiones simpliciter, ita ut præcisè spectata secundùm rationem suam quidditativam omnes perfectiones secundùm peculiares earum rationes formales imbibat formaliter, hoc enim quomodo obtinebunt, cùm ut rectè Scotus 1.d.8 qu.4.§. *Ita tamen.* Ostendit id esse impossibile, cùm enim ut alibi ex Subtili adduximus, perfectio simpliciter sit in Deo perfectissimo modo secundùm propriam rationem formalem positivam & actualem, si esset una omnium formalitas à parte rei, simul esset, & non essent secundùm formale esse in Deo omnes perfe-

Responsio, in quo sensu Deus sit omnium perfectionum pelagus.

perfectiones simpliciter: essent, ut supponitur, quia quælibet perfectio simpliciter existit in Deo actualiter: non essent; quia Essentia divina omnes absorberet in identitate formali, ita quòd transiret una formalissimè in aliam, qualis transitus si ibi illæ in propriis suis rationibus formalibus inveniantur, consequenter ratio unius extra rationem alterius, est impossibilis: vel certè essent in essentia virtualiter & eminenter ad modum perfectionum secundùm quid, quod est falsum, nam quælibet perfectio attributalis in Deo actualiter, & à parte rei existit secundùm propriam suam rationem, dicitque perfectionem simpliciter, unde ut dictum in superioribus Deus denominatur formaliter v. gr. justus, sapiens, &c. ad differentiam perfectionum secundùm quid, quæ solùm virtualiter & eminenter in Deo reperiuntur, & quæ nō denominant Deum formaliter, sed eminenter & virtualiter tantùm, quia scilicet non reperiuntur in Deo in propriis suis rationibus formalibus. Dicendum igitur Essentiam divinam dici pelagus infinitum perfectionum in toto genere entis per se & quidditativè, sive quatenus secundùm se spectatur in ratione sua quidditativa, nam ut præscindit à notionalibus & attributalibus, non habet solam infinitatem formalem propriam, sed etiam primam & radicalem, cùm eam habeat nedum ex se, sed à se, proinde dicitur infinita formaliter, & fundamentaliter, & radicaliter tanquam pelagus, in quo delitescat omnis fœcunditas, ac plenitudo totius perfectionis per modum totalitatis simpliciter, & non in aliquo certo genere, & ea ratione continet in esse suo primario & quidditativo in primo signo naturæ omnes omninò perfectiones radicaliter & originativè, & quia ab illa insuper ceu fonte perenni, & pelago infinito simplici quadam emanatione, secundùm suas proprias formales rationes profluunt, & dimanant veluti quædam formæ, & quasi proprietates, & quidem aliquæ mediatè v. gr. per intellectum, & voluntatem proprietates relativæ; aliæ autem immediatè egrediuntur, ex ipsa essentia nempe perfectiones absolutæ, quibus quasi in esse secundario physica Dei constitutio coalescit. Ex quibus respondetur ad instantiam, quà dicebatur quodlibet attributum ratione infinitatis identificare sibi quodcunque aliud, & tamen ob id nō dici pelagus perfectionum, &c. neq; enim Damascenus, neq; Scotistæ volunt propterea ipsam Essentiam divinam dici tale pelagus; sed quia nedum est perfectissima formaliter, quoad perfectiones primarias per sua prædicata quidditativa importatas, sed etiam quoad perfectiones secundarias, radicaliter, & originativè, scilicet quarum secundùm suam quidditativam & naturalem fœcunditatem est radix à se habens infinitatem & plenitudinem simpliciter totius pulchritudinis, & non in aliquo certo quasi genere tantum. Attributa vero longè aliter se habent, cùm singulis earum non conveniat plenitudo omnis entitatis, & perfectionis cujusque, & omni modo simpliciter: singula quidem habent infinitatem formalem, sed non radicalem & à se, cùm illam habeant ab Essentia, proinde non habent illam per modum plenitudinis simpliciter, sed quasi in certo genere, ut sapientia in genere sapientiæ, justitia in genere justitiæ, & sic de reliquis, corruit itaque instantia facta, uti & quod de accidentibus afferebatur, & patet ex aliàs dictis ll.cc. quòd radicalis illa & identica continentia impediat, ne essentia dicatur per attributa perfectibilis, nam esto illa ponantur à divina Essentia pullulare, adeòque sint ex natura rei in aliquo sensu congruo, id est præcisivo, non exclusivo, extra quidditatem divinæ Essentiæ, non tamen adveniunt illi sicut accidens prædicamentale ex novem generibus advenit substantiæ, denominant essentiam ut suprà innui, per modum formæ informantis, sed per identitatem, & velut accidens prædicabile, quæ sunt prædicata secundi modi, qualia admittere in actu puro simul cum prædicatis primi modi, nullam dicit imperfectionem, nec repugnat summæ actualitati, & actus puritati, cùm hinc nulla sequatur in Essentia Dei potentialitas ob summam & perfectissimam identitatem realem horum prædicatorum cum prædicatis primi modi. Plura de his, quæ solvunt argumentum Adversariorum ut monui num. 365. videre licet Tract. 1. Controv. 2. q. 4. a. 2. & 3. & Controv. 3. q. 1. in Responsis ad Argumenta. n. 127.

QVÆ-

QUÆSTIO IX.

Quid censuerit de distinctione & identitate in Divinis S.Anastasius Patriarcha Antiochenus?

SVMMARIVM.

1. *Anastasius Scoto consentaneus. nu.366. & seq.*
2. *Explicatur sibique integrè restitutus, restituitur & Scoto. ibid.*
3. *Anastasius aliud agnoscit essentiam, & aliud proprietates. n.366.*
4. *Munit suam doctrinam ex lege contradictoriorum. n.368.*
5. *Qui Patrem pronunciat, habitudinem non substantiam designat. n.369.*
6. *Gigni non gigni & procedere dissimilia sunt, quomodo verificetur salva fide. n.370.*
7. *Ratio formalis Trinitatis & unitatis in Deo, unde? n.371.*
8. *Persona divina in quo sensu seorsim dicatur Deus? ibid.*

ASSERTIO.

Anastasius in doctrina de distinctione in Divinis Scoto haud dissimilis existit.

366. PRobatur primò. Non obstante quod apud *Recciolium* c.15.de distinct. posset videri esse contra *Scotum*, quia statim post initium lib. 1. *de rectis dogmatibus verissima fides ait*: *Per quod Deus, per illud & Pater*, sed ut ab eo loco incipiamus, omninò, ut mox ostendemus, cum *Scoto* facit, si plene legatur, & proponatur, nam sic ibi habet: *Consempiternus est Patri sempiterno existens, & ipse Filius sempiternus est, nec enim solus Deus* (scilicet Filius) *sed & Pater, & per quod Deus* (scilicet Filius) *per illud & Pater, Pater autem neque Filius est, nec aliter potest esse Pater velis nolis, subsistat & Filius*; Ex quo perspicuè patet illum truncatè proponi apud *Recciolium* l.c. qui contextu suo restitutus, solum adstruit contra *Arianos* coæternitatem, & consubstantialitatem Filii cum Patre, & vicissim, prout ex iis quæ ibi prosequitur, videre licet, paulò pòst autem perspicuis verbis indicat aliquid & aliquid esse essentiam in Trinitate, & aliquid proprium, quod formaliter non sit essentia, *unaquæque*, inquit, *Persona quidem naturæ existens conformem sibi sortita est proprietatem significativam personalis substantiæ. Pater nuncupativam obtinet ingeniti, Filius geniti, Spiritus sanctus processionis, & hæc quidem inter se personis singularibus neutiquam communia sunt, sicuti communem dicimus essentiam*, en proprietates relativas neutiquam dicit esse communes, sicut essentia, ergo proprietates sunt aliquid, quod non est essentia, & essentia aliquid, quod non sunt proprietates, consequenter aliquid aliud & aliud inter se, nimirùm aliud, illud, quia commune secundùm quod conveniunt, scilicet essentia; & illud quoque aliud, quia proprium, in quo non conveniunt; Consequentiam ipsemet *Anastasius* mox ex ratione probat: *Qui enim posset, quod uni peculiariter attribuitur, id esse omnibus commune?* quod est idem ac si diceret: quomodo proprium uni personæ potest esse ipsa formaliter essentia communis tribus personis? quod tam parum fieri asserit per exemplum, quam patum, *omnium est esse naso aut depressione, aut adunco*; nec mirum, sicut enim ex lumine naturæ evidenter impossibile videtur, aliquid constitui in esse proprio & personali distincto, ab esse personali alterius, per id formaliter, in quo & per quod est omninò unum & indistinctum ab illo altero, ita impossibile videtur, quòd una eademque formalitas sit uni personæ cum alia realiter distincta communis, & simul ei soli propria, & non communis: ergo secundum *Anastasium* proprietas est aliquid ab essentia distinctum, & essentia ex natura rei est aliquid distinctum ab altero, quod proprium dicitur personis.

Anastasius in & Subtilis Doct. consonans sibi, ubi integritati sua redditur Anastasius.

367. *Dices*: Anastasius ibi dicit: *Nec convenit, ut qui animum advertunt huic præcisioni proprietatum etiam in essentia quærant differentiam.* Respondetur, Quid inde? non dicit inter proprietatem & essentiam, id in essentia non esse differentiam quærendam, evariando illam in Personis divinis, sicut Eunomiani, & Ariani, contra quos ibi disputat, faciebant; contra quos ideò subdit: *Impium enim id simul & absurdum talia vel curiosius suspicari*, quod deinde pulchrè prosequitur, & tandem concludit *Itaque proprietas ipsa, quæ circa essentiam versatur (ut sæpenumerò diximus) essentiam ipsam nullâ sui parte commutat, ac ne tantillum quidem de ea decidit, integra enim & impermix-*

Solvitur objectio.

permixta manet, ac tota absq; illa sectione & divisione est in unoquoque eorum nihil sibi vendicans peculiariter per proprietatem. En clarè dicit proprietatem non essentiam esse, sed circa essentiam versari, ubi insuper nisi supponeret proprietatem esse aliud ab essentia, qua ratione adeò inculcaret, quòd proprietas essentiam, quæ in se invariabilis est & indivisibilis naturæ, non commutet, secet, misceat? item quomodo, cùm quævis persona sibi vendicet totam eandem Deitatis essentiam, verum est, quòd illa nihil vendicent sibi peculiariter per proprietatem, de fide est illam proprietatem non esse purum nomen, neque quid rationis, sed quid reale, si illud formaliter sit ipsa essentia, falsò diceret, quòd illa nihil peculiariter sibi vendicant per proprietatem, siquidem vendicaret sibi esse aliquid peculiare reale, consequenter seipsum, quod est absonum, ut statim in seq. ergo velis nolis, distinctionem aliquam admittere oportet.

368. Confirmatur ex aliis ibidem ex principiis fidei allatis; *Una est*, inquit, *Essentia*, & unius essentiæ communia sunt omnia: atqui proprietates sunt communes, ergo ex ipsa fide adjuncto lumine naturali sequitur, proprietates non esse ipsam formalissimè essentiam: Minorem *Anastasius* ex ratione & contradictoriorum lege probat: *Neque enim*, ait, *ea essentia est quidem particulare siquidem genus est*, id est, communis est, *nam quod generale est*, id est, quod commune est, *proprium esse non potest, quemadmodum neq; proprium generale*, seu commune, esset enim & non esset proprium (idem est de communi) esset, ut supponitur, quia uni soli personæ conveniret; etiam non esset proprium, quia eo ipso quòd proprietas esset formalissimè ipsa essentia, esset omnibus æqualiter communis, quæ repugnant tum fidei, cum etiam primo & receptissimo principio: *Impossibile est idem esse & non esse.*

369. Probatur secundò: ex l.c. *Voces*, inquit, *ista generatio & processio diversa licèt, nequaquam essentiæ differentiam demonstrant, neq; enim illud esse vel hos procedere differentiam signant substantiæ, sed quomodo esse manifestant.* Et iterùm in sequentibus: *Ad hæc dicimus, quia Deus unus est Trinitas, etiamsi diversis appellationibus vocitur, quæ quidem non id quod est manifestant, sed quomodo est, tantum subinducant, non enim qui pronunciat Patrem, mox significat ejus substantiam, sed solùm omninò ejus habitudinem.* Et circa finem libri: *Tres hæ appellationes circa unam versantur essentiam*, &c. Ex quibus loquendi modis luculenter remonstratum est in superioribus veram aliquam distinctionem convinci inter essentiã, & proprietates, alioqui falsò diceretur, illas voces non demonstrare id quod est seu substantiam, sed quomodo & habitudinem, cùm tamen addat particulam exclusivam substantiæ *solùm omninò* habitudinem pronunciare, qui *Patrem* nominat, &c.

370. Probatur tertiò. *Non gigni*, ait Anastasius, *gigni, item & procedere inter se dissimilia sunt*: sed in essentia Trinitatis nulla est dissimilitudo, ergo gigni non gigni & procedere aliud quid sunt & distinctum ab essentia: Minor est de fide, & confirmatur ab eodem Anastasio ibidem dicente: *sanè nos Trinitatem celebramus, non ut similem aut dissimilem, quia consubstantialis est & indivisa.* Nimirùm sicut in hac alteritate dissimilitudinis proprietatum fundatur Trinitas, ita in identitate naturæ intimatur Deitatis unitas, hac quippe ratione omnes orthodoxi firmissimè credimus, verè & realiter esse tres Personas in proprietatibus personalibus differentes, simulque illas esse verè ac realiter unum Deum: atqui verè ac realiter esse distincta, & proprietatibus dissimilia, & simul verè esse realiter unum, sibique per nullam potentiam dissimile aut distinctum esse, per unam eandemque prorsus rationem formalem fieri repugnat: ergo ratio realiter alteritica & distinctiva unius personæ ab alia non debet in eo ipso, in quo est distinctiva formaliter esse ipsa ratio indistinguens, & identificans, quis enim credat contra lumen naturale Patrem, & Filium in illis ipsis proprietatibus, in quibus alteritatem & numerum constituunt, sintque realiter distincti, divisi, aut non unum idemque inter se.

371. Probatur quartò Assertio nostra: *Cùm dico*, pergit Anastasius, *sancta Trinitas, Trinitatem dicentes, non utique essentiarum, sed personarum, unum enim Deum glorificamus, non numero personarum, sed naturâ.* En quàm apertè distinguit uniuscujusque personæ proprietates, & seorsim inter se, & contra essentiam singulis communem assignans pro ratione formali *Trinitatis* tres Personas realiter differentes, Essentiam autem pro ratione formali *unitatis*. Simili modo dicit ibi, *Deum quidem unamquamque Personam esse decernentes, si seorsim, & per se nominetur Deus.* Atqui persona non nominatur Deus seorsim realiter ab alia persona, sic enim tres essent Deitates, consequenter tres Dii: ergo unaquæque persona nominatur unus Deus, quatenus seorsim nominatur à proprietatibus personalibus, sive quatenus esse Deum distinguitur à personalitatibus, aliter siquidem unitas Deitatis salvari non posset in Trinitate: ergo ut ex *Anastasio* distinctionem aliquam ex natura rei inter essentiam & hypostases probemus, & consequenter illum Scoto concordem, non est, ut per doctrinam illius eamus plus ultrà.

QVÆSTIO X.

Quid de distinctione in Divinis arbitratus fuerit S. Maximus?

SVMMARIVM.

1. *Scotus minor Maximo idem.* 372.
2. *Deo præter quidditativa prædicata qualificativa & secundi modi assignat.*
3. *Compositionem à Deo proscribit.*
4. *Attributa nequeunt transire in identitatem formalem.*
5. *Aliam quàm rationis distinctionem inducunt.*

ASSERTIO.

Scotus minor Maximo in ejusdem doctrinæ Assertione subtiliter idem.

372. Maximus. ID colligitur apertè apud *Euthymium in Panoplia* part. 1. tit. 3. cap. quod incipit, *in Deo eus*, ubi ita Maximus: *Bonus Opifex & infinitus, immortalis, & ejusmodi alia* non dicuntur substantivæ differentiæ, nec compositum ex iis illum esse profiteamur: verùm appellationes esse dicimus, quæ nonnulla significant, quæ circa ipsum considerantur; sed nihil exprimunt eorum, quæ ad ejus substantiam & naturam pertinent: Quædam enim divinæ Naturæ convenientia significant, non tamen ipsam naturam demonstrant, quod proprium est earum differentiarum, quæ substantiæ ac rei constitutivæ sunt. Ecce distinguit inter ea quæ in Deo sunt ut illius constitutiva essentiæ, & ea quæ sunt illius quasi qualificativa, seu circa ipsam in sua quidditate jam constitutam considerantur ut distincta ab eadem. Igitur S. Martyr putavit ea distingui ab essentia, aliàs inconsequenter dixisset, *ne compositum ex iis illum*, puta Deum, *esse profiteamur*, nulla enim compositio relinquitur proscribenda, si attributa transeant per identitatem formalem in unam formalissimam realitatem cum essentia, neque compositio est cum seipso formaliter eodem, & sic arguitur: ubi nonnulla non ut principale objectum, sed ut aliquid illius illud circumstans, considerantur: item, ubi quædam demonstrant non ipsum objectum primum, sed ut convenientia illi, distinguuntur haud dubiè ab eo primo objecto; at secundùm S. Maximum attributa sunt aliquid circumstans essentiam, & significantur ut convenientia essentiæ, ergo, &c. Frustrà autem huc ad S. Maximum advocatur distinctio rationis cum fundamento in re, quia non de compositione in Deo per rationem, & distinctionem nostram facta, sed de physica, aut metaphysica reali à Divinis amovenda curandum erat, neque ibi de Deo agebat, ut inadæquato nostro concipiendi modo in conceptus objectivos inadæquatos quasi divisus concipiatur, quia de realitatibus illis tractabat, quæ possent ad compositum constituendum concurrere, & quæ proprias important rationes formales adæquatis conceptibus correspondentes, juxta quas essentiam in ratione quasi subjecti jam perfectissimè constitutam intelliguntur & circumstare, & ut convenientia ab illo cui conveniunt ex natura rei, cùm nihil sibi conveniat, nec circumstet seipsum, distingui. His consonat locus qui affertur à *Ricciolio*, c. 3. de distinct. ubi è Centuriæ primæ Maximi citat cap. 100. Qui in Deo est, primùm substantiæ illius rationes inquirit, ardens agnoscendi desiderio, ut nullum ex iis, quæ ipsi insunt, solatium invenit, &c. Verùm ex iis, quæ circa ipsum sunt sese ipse solatur, nempe ex contemplatione æternitatis, infinitatis, & interminatæ magnitudinis, bonitatis, sapientiæ, virtutis tam creatricis, quàm providentiæ eorum, quæ sunt judicatricis. Sed quia hunc locum in ista Centuria, quæ habetur in Appendice Bibliothecæ Patrum, non invenio, de hoc ulteriùs non est agendum.

QUÆSTIO XI.

Quid Anastasius Patriarcha Theopolitanus, & Cyrillus Alexandrinus in orthodoxæ fidei compendiaria explicatione, ubi agitur de SS. Trinitate, censuerint de distinctione & identitate in Divinis?

SUMMARIUM.

1. *Anastasius Patriarcha Theopolitanus, & Cyrillus Alexandrinus Scoti doctrinam illustriorem reddunt. n.373.*
2. *Mysterium Trinitatis superat non destruit naturale lumen. ibid.*
3. *Hypostasis non distinguitur realiter, nec sola ratione ab essentia. n.374.*

Brevis, & nervosa explicatio fidei signanter de SS. Trinitatis mysterio habetur Tom.5. Bibliothecæ Patrum, p[illegible]onitur autem sub nomine Anastasii Patriarchæ Theopolitani, & Cyrilli Alexandrini, continet Dialogum Dubitantis Gentilis cum orthodoxo, sit

ASSERTIO I.

Mysterium SS. Trinitatis Anastasius Theopolitanus, & Cyrillus Alexandrinus distinctione aliqua inter essentiam, & subsistentiam credibile ostendunt, Sc[o]tique doctrinam illustrant.

373. *Dubitantium in fide & orthodoxus explicant mysterium Trinit. & Scoti doctrinam roborat.*

De distinctione, quâ hoc mysterium credibile ostendunt, probatur: Quia expresse ad salvandam un[i]t[at]em essentiæ d[ist]inguunt hypostasin velut rationem formaliter distinctivam ab illo, in quo tres Personæ [con]veniunt, scilicet à Deitate omnibus tribus communi, ergo. Prob. Anteced. Interroganti Dubitantio, *quomodo credis [ort]hodoxus*, cujus personam duo Patres specific[e] assumunt, sic respondet: *Credo in unum Deum Patrem, & in unum Filium ac Deum, ex Deo & Patre genitum, & in unum Spiritum sanctum Deum ex Patre procedentem.* Dubitantius assertam antecedenter [illegible] ab orthodoxo in Trinitate, item Trinitatem in unit[at]e admirans, subinfert: *Ergo in tres Deos credis absit. Aut certè in tres Naturas, minime. At qui tres Deos recensuisti, quomodo igitur dicis ab[sit]* Unitas non constituit Trinitatem, nec [Tri]nitas unitatem, quomodo dicis, absit? D[e]itatem in [ill]is tribus unam, in singulis eandem [illegible], qui [c]redat tuis dictis, cùm nullam alteram Deitatem, quàm unam dicis, & hypostas[e]s quarum tres proponis, distinctivum concedas imò quòd hypostasis quælibet forma[l]issima sit ipsa Deitas, & vicissim Deitas ipsæ tres hypostases, contendere videris; hoc enim manifestè non supra naturam solum, sed & contra naturam esse quis non videt? si mysteria fidei vestræ credibilia sint, impossibilia & contra lumen naturæ esse non debent, [t]res [illegible] hypostasis, & quælibet earum, & omnes [illegible] sunt formalissimè ipsa natura, & vi[c]issim natura in tribus individua est formal[iss]imè ipsa tria: ergo v[el] [illegible] dicis, aut [illegible] sint, tres Deos in[illegible], [illegible] est, si Trinitatem nolis [illegible], [illegible] hypostases [illegible] informationem [illegible], ignorantem doce ad hæc [illegible] respon[d]et orthodoxus mysteria fidei nostræ credibili, haud impossibilia, supra naturam, non contra illam asserui, nam *etiamsi tres recensui, tria tamen dico primò propter triplicem coessentialem & individuam Trinitatis subsistentiam, nam & Pater est unus Deus, & Filius est unus Deus, & Spiritus sanctus est unus Deus, & unica Deitas, in tribus hypostasibus statuitur, & unica essentia, unica potentia & natura.* Ex quo *sic arguitur*, & Sco[ti] doctrina illustratur: triplicem asserit in divinis subsistentiam: atqui de fide est Deitatem non esse triplicem, ergò Deitas, esto [rea]liter sit una cum illis, non est tamen formaliter triplex illa subsistentia. *Secundo* asserit *Deum esse in tribus hypostasibus* ergo repugnat identitas formalis inter essentiam & subsistentiam. Consequentia prob. Quia sequeretur Deum esse trinum [in] ratione Deitatis, quia statuitur in trib[u]s hypostasibus, secundùm te formalissima identitate Deitatem [illegible] habentibus. *Tertio* respondet *Deitatem hypost[asibus] [illegible] subjectas [illegible]*, sed nihil scriptum, qua forma[illegible] ipsa est, illis ut subjectum complectitur ergo non sunt formaliter ipsa essentia.

Confirmatur: Præterquàm quòd disertis 374.
T[illegible] verbis

verbis orthodoxus hic Essentiam divinam distinguat contra hypostases, ampliùs quærenti Dubitanno, *quid est hypostasis?* insuper respondet: *Hypostasis est essentia cum sua proprietatibus*: id est, cum congruè secum distinctis, nihil siquidem, ut particula conjunctiva, *cum*, dictat, jungitur sibi ipsi, & quod amplius est, nihil intrinsecè individuum, jungitur sibi formaliter individuo tanquam dividuo in ttia: ergo quando dicitur *hypostasis est essentia cum sua proprietatibus*, sensus est: Hypostasis constituitur *ex essentia*, quæ significat aliquid commune, quod non est proprietas, *& ex proprietate*, quæ iterùm significat aliud & proprium, quod non est essentia; quod ipsum ipse declarat orthodoxus in fine dicens: *Essentia sive natura, id quod commune est designat; Hypostasis autem sive persona, quod singulorum proprium est, declarat*: ergo essentia distinguitur à suis proprietatibus, sed non realiter; neque solâ ratione: quod *probatur*, quia aliàs reverà in sensu purè reali, id est, se tenente à parte rei, seu indicante quod à parte rei significent, falsò diceretur essentiam declarare quid commune, proprietates econtrà non declarare quid commune, sed proprium singulorum; falsò, inquam, quia reipsâ essentia & proprietas essent ita unum & idem, ut non dicant in Deo, & ex parte objecti duos conceptus seu rationes objectivas, sed unum & eundem

Nullum individuū jungitur formaliter sibi individuo, ut dividuo.

prorsus indivisibilem, adeòque esto intentionaliter per intellectum & conceptus nostros, aliud foret essentia, aliud proprietates, realiter & extra conceptus tamen nihil aliud designabit essentia, quàm ipsæ proprietates, contra fidem, & expressam orthodoxi protestationem hic dicentis: *Una est Natura, una Deitas, distincta in tres hypostases, sed in unitatem occurrens habita essentia ratione*, non hypostaseon, *idcircò enim Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum, unum Deum dicimus*, causalis *idcircò*, seu *habitâ ratione essentiæ*, unum Deum dici, indubie distinguit essentiam à proprietatibus, propter illas siquidem non unum quid, sed tres subsistentias dicimus, *& tamen* (qua distinctio alia, quàm rationis sit inter essentiam, & subsistentiam) *non tres*, inquit, *essentias ne arianizemus*: *& rursus cum unam essentiam dicimus* (eò quòd subsistentiæ aliqualiter differant ab essentia) *non dicimus unam hypostasin, ne sabellianizemus*; ergo à primo ad ultimum aliqua tandem admittenda est distinctio inter essentiam, & proprietates, de fide est, illam non esse realem, rationis, ut vidimus, & sequenti parte susè docetur, non est sufficiens: ergo remanet, quòd distinctio ex natura rei formalis, quam Doctor Subtilis ex SS. Patribus, & ex ipsis eruit rerum objectis, admittenda sit.

QUÆSTIO XII.

Quid ad propositam Controversiam dixerit S. Epiphanius in suo Ancorato?

SUMMARIUM.

1. *Epiphanii origo, dignitas, doctrina. n.375.*
2. *Subtilis doctrinam manifestiorem facit, n.376*
3. *Sabellii potestas quid? nu. eodem.*
4. *Solvitur per doctrinam Scoti. n. eod.*
5. *Pro ea stat & ratio, & auctoritas. n.377.*

375. Quis Epiphanius.

DEpiphanius in Palæstina ex Eleutheropoli originem traxit, unde & aliqui illum vocant Palæstinum Eleutheropolitem, fuit Pater Monastarum, solitariam vitam in ejusdem Eleutheropolis vicinia degentium, deinde Episcopus urbis Constantiæ Provinciæ Cypri extitit, præter insigne Opus, Panarium appellatum, quod scripsit contra octoginta hæreses ad instantiam urbis Suedrorum Pamphyliæ, cujus Clerus & Magistratus ab Epiphanio de fide in Patrem, & Filium, & Spiritum S. edoceri cupiebant, edidit librum ancoratum sic dictum, quod instar anchoræ mentem figat ad vitæ & salutis contemplationem, ex quo sit

ASSERTIO.

D. Epiphanius accinit in suo Ancorato opinioni Subtilis.

376. Epiphan. qualiter solvit Sabellii potestatem & fundamentum.

PRimò in his: *Si enim dixeris*, inquit, *consubstantialem, solvisti Sabellii potestatem, non enim unius substantia significationem habet vox consubstantialis, sed significat & in substantia esse Patrem, & in substantia Filium, & in substantia Spiritum sanctum*. Potestas Sabellii erat ratio & fundamentum, quo unicitatem unius solùm personæ statuebat in divinis desumptam ab essentiæ unitate, hoc fundamentum Sabellii, inquit Epiphanius, subvertisti, si dixeris, *consubstantialem*, quæ ergo vis, diceret Sabellius inest isti voci? hæc, inquit, quia vox *consubstantialis*, non unius substantiæ duntaxat significationem habet, quæ est ad se, sed insuper alicujus significationem habet, quod non est ad se, sed ad aliud, scil.

scilicet Paternitatis, quæ est ad Filium, Filiationis, quæ est ad Patrem, & spirationis passivæ, quæ est ad Patrem, & Filium, ut unum spiratorem, ergo *Epiphanius* non solùm distinguit hypostases inter se, sed & aliquo modo, ut potestas & fundamentum Sabellii evertetur, ab ipsa substantia. Consequentia quoad membrum controversum probatur: *Primò*, quia aliàs nihil diceret, neque *Sabellii* solveretur potestas, & ratio fundamentalis, quâ decebat ab unitate essentiæ unam in Deo solùm esse Personam. *Secundò* ex iis quæ subduntur: *sed significat*, scilicet illa vox COESSENTIALIS, *& in substantia esse Patrem, & in substantia Filium, & in substantia Spiritum sanctum*. Atqui non posset significare Patrem in substantia esse, & Filium, & Spiritum S. in eadem substantia coessentiales esse, nisi, ut aliquo modo distincta ab illa substantia, ergo. Minor prob. Quia alioqui sicut coessentiarentur in substantia, ita ob formalissimam identitatem proprietatum personalium cum eadem substantia, earumque cum illa imbibitam unitatem coessentiari aut conte viderentur juxta Sabellii potestatem in unitatem personæ: ergo sicut est falsum, unitatem formaliter esse Trinitatem, & vicissim Trinitatem esse formaliter unitatem, ita essentia una non est formaliter ipsa Paternitas, filiatio, & spiratio, & vicissim illæ, esto realiter, non tamen formaliter sunt ipsa essentia, ea ratione *Epiphanius* cautè procedit, non dicendo substantiam esse formaliter Patrem, & Filium, & Spiritum sanctum; sed supponens non eò formaliter Patrem esse, quò formaliter Deus, nec eò Filium, quò Deus, neque formaliter Spiritum sanctum esse, quò idem Deus, consequenter Deitatem, salvâ identitate reali, aliquo modo ab illis esse distinctam, dixit *in substantia esse Patrem, in substantia esse Filium, & in substantia Spiritum sanctum*, non tamen abalienata Trinitate ab unitate & identitate reali, quod magis explicans infrà iterùm ait: *Pater verus in substantia, & Filius verus in substantia, & Spiritus S. verus in substantia. Tria existentia, una Deitas, una Essentia*. Et mox: *Est Pater, Pater: est Filius, Filius: est Spiritus sanctus, Spiritus sanctus. Non tamen* (esto essentia non constituat Trinitatem, neque Trinitas essentiæ unitatem, & hinc aliquam differentiam, scilicet quod in Deo unum est, & quæ in illo uno tria sunt, necessariò inferunt) *abalienata Trinitas ab unitate & identitate* reali. Et posteà: *Tria sancta, ait, tria consancta, tria in forma, tria conformia, tria operantia, tria cooperantia, tria in substantia extantia, tria coëxtantia in substantia*. Quæ expressè innount Personas distinctas inter se realiter, ab essentia autem formaliter, & quòd illæ hac vicissim ratio differendi, essentia conveniendi, nam tria, tria, tria, &c. indubiè ad diversitatem pertinent, significando Trinitatem in Personis diversam, illud autem quod addendo particulam conjunctivam *con*, & *co*

Particula *con*, & *co*, *quid efficiant in vocabulo*.

secundùm substantiam seu essentiam dictum (consancta, cooperantia, coextantia) indicat unitatem in natura indivisam, seu unam & communem in Personis essentiam, atqui si diversitas ab una essentia, cui repugnat, oriri non possit, sicut nec unitas à personis: ergo inter illam essentiam & personas admittenda & vera & talis distinctio, quæ & salvet unitatem naturæ, & removeat confusionem personarum, ut verum sit illud *Athanasii*, *Neq; confundentes personas, neque substantiam separantes*.

Secundò; Quantum ad distinctionem attributorum in essentia non obscurè probatur ex collatione hujus loci: *Faciamus hominem ad imaginem nostram*, cum illo *Joannis 5. Omnia quæ Patris sunt, mea sunt*. Uterque locus hic refertur ab *Epiphanio*: de primo loco, in quo redarguit hæreticos, & Judæos, qui unam in divinis, non plures credebant personas, sic discurrit: Non dixit, *Faciamus hominem secundùm imaginem meam*, unitum ut ex proprietate verbi pluraliter prolati, & unitas essentiæ, & pluralitas Personarum indicaretur; *Faciamus*, subdit, *non unius significativum est*, ergo ex illo alio Scripturæ loco, ubi etiam de mysterio Trinitatis agitur æquè per verba in plurali posita, congrua aliqua pluralitas indicatur. Conseq. prob. *primò*: aliàs hæretici possent hunc ipsum locum reponere, & dicere: non omnia quæ in plurali ponuntur in Divinis, indicare pluralitatem. *Secundò* ipse *Epiphanius* per hunc locum volens probare in Filio eandem esse cognitionem, quæ est in Patre, videtur distinguere inter prædicata Dei primi & secundi modi, dicens: *Quæ verò sunt ea quæ Patris sunt, quàm hæc? Esse Deum, Patris est, hoc etiam Filii; vita Patris est, hæc etiam Filii, lux Patris, nimirùm etiam Filii*, & post hæc, quidditativa Dei prædicata transit ad ea, quæ Deitatem quasi consequuntur: *Immortalitas Patris, similiter etiam Filii, incomprehensibilitas Patris, itemque Filii, omnia quæ Patris sunt, Filii sunt*. Ex quibus mox subsumit: *Estaq; ea quæ Patris sunt, ipsius sunt, etiam cognitio quæ est in Patre, & in Filio &c.* cognitio autem, ut plurimi Adversariorum fatentur, non spectat ad lineam & formalissimum conceptum naturæ divinæ, ut natura est, cum illius non sit alius conceptus, quàm esse radicem suarum operationum, & proprietatum, cui sic consideratæ, eo ipso, quia non patitur alium continendi modum suas proprietates, & operationes, quàm realiter & identicè, repugnat cognitionem esse de formalissimo conceptu, & metaphysica constitutione Naturæ divinæ, de quo suo loco est actum. Monet igitur docetque tum ratio, cùm auctoritas *Epiphanii* ex omnibus prædicatis Naturæ divinæ inter se realiter identificatis formalem aliquam ex natura rei concludendam esse pluralitatem.

QVÆSTIO XIII.

Quid denique docuerit circa diu ventilatam hanc controversiam S. Ioannes Chrysostomus?

SVMMARIVM.

1. *Chrysostomus laudatus.* n.378.
2. *Distinguit substantiam Dei à sapientia Dei.* n.379. & seq.
3. *Effugium Adversariis praeluditur.* n.380.
4. *Illud Apostoli: Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, quis intellectus?* n.381.
5. *Non à sapientia substantiam Dei, sed ex substantia sapientiam esse.* n.382.
6. *Explicite unum non esse aliud, non favet Adversariis.* n.380. & 384.

378. *Qualis Chrysost.* DIvus Joannes Chrysostomus Archiepiscopus Constantinopolitanus, Græcorum Augustinus, magnus Ecclesiæ Doctor, fidei Catholicæ, & bonorum morum propugnator acerrimus, quem *Leo Imperator* communem orbis terræ portum appellat, ac in Exordio Orationis suæ Encomiasticæ de hoc Sancto ita præfatur: Viri virtutem laudare jussus, viri, inquam, cui ob eloquentiæ flumen cognomen est *Os aureum*, puto à me exigi, ut flammeos currus ascendam, aut miracula cœlestem Mosaica &c. is varias scripsit Homilias contra Anomœos de incomprehensibili Natura Dei, ibi quid ad propositum afferat, dicetur. Sit

ASSERTIO.

S. Ioannes Chrysostomus Scoti doctrinam tot sanctorum Patrum calculis adminiculatam suo in eandem consensu sapientissimè inaurat, ornat firmatque.

379. PRobatur ex Homil. 1. de incomprehensibili Dei Natura contra Anomœos, & habetur Tom. 5. Operum Chrysostomi, ubi substantiam Dei incomprehensibilem esse primò à Prophetis, secundò à Doctore Gentium Paulo Apostolo, tertiò ab Angelis ipsis probans, expressè condistinguit substantiam Dei à sapientia, dicens: *Contendere scire, quid substantia Deus sit, postrema esse insania judico, quod ut meliùs intelligatur, Prophetarum sententias afferam, quos non solùm, quid substantia Deus sit, ignorare videmus, sed etiam de sapientia ejus quanta sit planè ambigere.* Et mox: *Verùm cùm eam ne Prophetæ quidem planè percipere valeant, quantum ii insaniunt, qui substantiam ipsam suis objicere rationibus posse arbitrantur.* Hoc Argumentum nihil probaret, si substantia Dei formalissimè esset sapientia Dei. Sequela prob. Utraque ratio eandem prorsus haberet cognoscibilitatem, ita ut exprimendo per species alienas, & attingendo unam necessariò attingeretur, & exprimeretur altera: ergo sine ratione arguerentur Anomœi, eos inde insanire, quòd cùm sapientiam non valeant percipere, quòd substantiam ipsam comprehendere velint, & foret argumentum quantum ad rem, de nominibus enim non est quæstio in præsenti, simile isti: Prophetæ non solùm substantiam Dei ignorant, sed & substantiam ejus ignorant; vel non possunt planè concipere substantiam, quantum ii non insaniunt, qui substantiam ipsam concipere putant, quod nugatorium videtur.

S. Chrysostomus substantiam Dei distinguit à sapientia Dei.

380. *Gratis* autem dictitant Adversarii unam eandemque rem exprimi, & attingi posse dupliciter, semel cognitione explicitâ, & semel implicitâ, nam primò in hoc dicto supponitur sapientiam implicitè contineri in substantia, quod secundùm ipsos vel perinde est, ac includi formaliter in alio, idipsum autem est in Controversia, nec assumi debet, sed probari, cùm alioqui nihil responderent ad argumentum; vel si non est perinde ac includi formaliter, jam retorquetur contra ipsos nimirùm si in eadem re est intrinsecè aliquid, quod explicitâ cognitione attingitur, & aliquid quod non attingitur in illa: ergo est aliqua distinctio in eadem re, quoad rationes aliquas, ex quibus sequitur cognoscibilitas diversa, ergo S. *Chrysostomus* quando cognoscibilitatem contradistinguit cognoscibilitati sapientiæ scilicet, & substantiæ Dei, & illa inter se distinguere censetur.

381. *Confirmatur* Argumentum ex ipso *Chrysostomo* l. c. in illum locum Pauli: *Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus. Non eo loco, inquit, solùm, sed etiam alibi, non de substantia, sed de sapientia ipse quoque disserens ea, quæ in providentia versatur,* unò principali: et per illum locum sapientiæ intelligi pulchrè demonst. at in

in providâ gentium, relictis Judæis, ad vitam electione, ut videre est apud ipsum: atqui particula negativa *non*, & rationalis adversativa *sed* veram quandam & actualem innuunt distinctionem, ergo. prob. min. ratione, nam si in quavis una re nulla est vera & actualis distinctio, sed omnes rationes objectivæ, quæ alio & alio conceptu per species alienas exprimuntur, à parte rei sint eadem indivisibilis formalitas, & ens omnino indistinctum, aut aliquid illius intelligens explicitè totum totaliter, quod in illa re est, intelligit, & tunc immeritò Chrysostomus diceret, *non de substantia, sed de sapientia differi* à Paulo, cùm in hac hypothesi loquendo de substantia necessariò & de sapientia differendum foret; aut certè totum illud ignorans, aliquas formalitates ab eo diversas, quarum una sit loco substantiæ, alia loco sapientiæ substituere oporteret, quod est absurdum, eiq; expressè contradicit Chrysostomus ibidem & de ipsa Dei substantia sermonem esse: *Quare*, inquit, *quid in ss Paulus referat*. Ex parte cognoscimus, *non id de substantia, sed de dispensationibus dici respondens*, moxque: *non de dispensationibus agi hoc loco, sed de ipsa Dei substantia, accipe ex his quæ adduntur. Cùm enim proposuisset*, Ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus, *adjunxit*, nunc ex parte cognosco: tunc autem cognoscã sicut & cognitus sum. *Dic ergo à quo est cognitus? à Deone, an à dispositionibus? à Deo scilicet, Deum igitur ipsum ex parte cognoscit, non tamen ex parte, ut partem substantiæ noverit, partem ignoret, cùm Deus Natura simplicissima sit: sed quod esse quidem Deum procul dubio norit, quid autem substantia sit, omninò ignoret Sapientem esse certò scit, quantum sapientia valet, nescit. Magnum esse minimè ignorat, sed quemadmodum, & quæ sit ejus magnitudo, intelligere non potest, &c. hac de causa ex parte cognoscimus, & ex parte prophetamus*. Dispensationes Dei minimè spectant ad sapientiam, & ideò meritò ait *Paulum* hoc loco non de substantia solùm, sed de sapientia differere: atqui secundum Chrysostomum, illa sapientia quæ non intelligitur seu comprehenditur, & quæ itidem non accipitur hic pro dispensationibus, sed pro ipso esse formali, quod habet in Deo, hæc ipsa contradistinguitur substantiæ, ergo admittit inter illa distinctionem, eamque veram & actualem, cùm alioqui, ut ex jam dictis patet, & Scoto 1. d. 8. q. 4. §. *Ad quod etiam Doctores*: tam perfectè videretur Deus cognosci, quantum ad omnem cognitionem realem vel conceptum realem, cùm cognoscitur substantia sola vel sapientia sola, sicut si cognosceretur sub ratione utriusque, imò sub ratione omnium simul, quæ sunt in Deo, cognitio siquidem plurium relationum rationis non facit ad perfectiorem habendam cognitionem realem de aliquo, proinde perperam distinxisset *Chrysostomus*, quòd in hoc loco non de substantia solùm, sed & de sapientia differuisset. Sed

Probatur secundò ex eodem Chrysostomo, 382.
nam quantumvis ibi ostendat contra Anomœos, nos ignorare Deum quid sit, & sapientiam quanta sit, attamen veluti quid nobis indubitatum supponit, subditque: *Quanquam non à sapientia substantia est, sed ex substantia sapientia*: ergo distinguit sapientiam à substantia: consequentiam vel inde cogitabis, quia alioqui non daretur substantia de & ex qua esset sapientia, proinde falsum esset dictum Chrysostomi; sequela patet primò, quia idem non est formaliter ex seipso, ergo ut habeatur substantia, ex qua sit, vel necesse est, ut ab illa aliquo modo distincta sit, vel secundò non esset taliter sapientia in Deo, uti illa ibi esse à S. Chrysostomo asseritur, si enim substantia Dei sit idem formaliter quod sapientia Dei, jam eo ipso non daretur ad modum & mentem Chrysostomi in Deo sapientia, quia non datur in eo illud alterum, seu aliquid à sapientia distinctum, ex quo illa deberet esse.

Sapientia ex substantia est, non vicissim.

Respondent sufficienter salvari dictum Chrysostomi, si dicatur substantiam illam esse multis iisque distinctis ob sui perfectionem æquivalentem & virtualiter distinctam, ratione 383.
cujus virtualis multiplicitatis & distinctionis possit concipi & significari semel per modum principii denominati, & semel per modum formæ denominantis, ita ut substantia considerata, ut dicit ordinem ad sapientiam ut principatum appellet & reduplicet explicitè rationem principii veluti differentialem substantiæ, ut principium est, & consequenter à sapientia distinguitur, eique velut opponitur & vicissim sapientia ut explicitè appellat rationem principiati, substantiæ, ac ita falsum esse, quod idem producat à formaliter se ipso, cùm sapientia sic considerata non includatur in explicito conceptu substantiæ, nec vicissim ut patet.

Sed hæc Responsio, ut patet ex dictis, con- 384.
tra ipsos est Adversarios, si enim substantia, ut appellat formaliter rationem principii, & reduplicat sensum explicitum, ergo jam nobiscum fatentur substantiam, esto realiter & identicè, non esse tamen formaliter sapientiam apud intellectum illa explicitè concipientem, conseq. prob. quia conceptus ille explicitus in quo distinguuntur & velut opponuntur substantia & sapientia, non pendet à negotiatione nostri intellectus, ex natura rei enim verum est quod dicit *Chrysostomus* non à sapientia substantiam esse, sed ex substantia sapientiam, ergo ex natura rei distinguitur conceptus unius explicitus à conceptu explicito alterius. anteced. prob. quia aliàs S. Doctor eo loci à parte rei non de Deo, sed de conceptibus suis circa Deum dixisset *non à sapientia substantia, sed ex substantia sapientia est*, sicque manet argumentum prorsus insolutum.

Præcluditur fuga argumenti.

QUÆSTIO XIV.

De Demetrio Cydonio, Tito Bostreno, ubi de Athenagora & Alcinoo Philosophis.

SUMMARIUM.

1. *Distingui λόγῳ καὶ ἐπινοίᾳ apud Demetrium Cydonium, quid importet. n. 385.*
2. *Titus Bostrenus Scoto non dissonat. numero 385.*
3. *Athenagoræ Philosophi Christiani doctrina circa Deum errans reprobatur. n. 387.*
4. *Alcinous Philosophus dixit melius, sed cautè legendus. n. 388.*

385. Demetrius Cydonius. PAtribus supradictis breviter adde *Demetrium Cydonium*, qui Libro *de Processione Spiritus sancti*, docet proprietates à se invicem & ab Essentia distingui (λόγῳ καὶ ἐπινοίᾳ) ratione & cogitatione, & se explicat, dicens: *Deus enim dicitur substantia & sapientia*, &c. *sed non ideò quia nomina sunt diversa, res etiam diversas significant*, puta diversas realiter, ut patet ex eo quod sequitur, *sic enim multiformis & dissimilibus constans partibus & compositus esset*. Itaque verbis Demetrius perspicuè illam distinctionem à Deo proscribit, quæ est inter res & res, & qualis est inter diversa nomina & conceptus nostros, econtra quod asserat aliam quæ est in rebus ipsis seu inter diversas unius rei formalitates, similiter elatè ostendit ex iis quæ ostendit: *Verum quia non potest natura nostra uno nomine illud ipsum quod realiter est necunque declarare, ideircò variis & diff. rentibus vocabulis illud diversè nominamus: ita ut differentiâ in solis considereiur nominibus*, esto ἐπινοίᾳ seu cogitatione significata ad instar nominum distinguit possent, & ne per hoc quispiam concludat solam distinctionem rationis, ita ut differentia in solis consideretur nominibus, immediatè subjungit: *ac secundùm rationes ipsis subjectas, verbi causa, quatenus substantia ratio est per se subsistere, sapientia verò, ut sit divinarum humanarumque rerum, vel cognitio causarum secundùm has rationes Deus dicitur & est substantia & sapientia*. Quæ verba aliam quàm intellectu operatam distinctionem indicare videntur.

386. Titus Bostrenus. Secundò adde brevissimè *Titum Bostrenum* contra Manichæos dicentem: *Et si non decet in Deo nominare qualitates, esse tamen primi est quodammodo cogitatione, quam talem esse* Hactenus de Patribus Græcis.

387. Athenagoras. Finaliter addi possent Philosophi Christiani, ut Athenagoras, rerum divinarum, ut ait Frassen Tract. 1. de Deo d. 3. a. 1. q. 2. n. xxiv. peritissimus, qui in Oratione pro Christianis ad Marcum Aurelium Imperatorem, affirmat bonitatem Dei esse accidens, & veluti qualitatem ipsum afficere. *Sic, inquit, & alias quidem vires esse cognoscimus, quæ circa materiam & per eam versantur, unam quidem Deo contrariam: Non quod ulla vis repugnare Deo posset, ut amicitia sit secundùm Empedoclem, & nox diei, uti sensibus nostris apparet. Si enim Deo aliquid obsisteret, mox esse desineret, vi & potentia Dei dissipatum: sed quoniam Dei bonitati, quæ secum illum accidens inest ipsi, & simul existit tanquam color in corpore, sine quo non est (non ut pars sit ipsius; sed ut res consequens necessariò existens in ipso, atque conjuncta, ac veluti incorporata, ut igni color fulvus, atheri cæruleus) contrarius est ille, qui circa materiam versatur spiritus.* Sed reverà Athenagoras nimis lubricè loquitur de Dei Attributis, manifestè errans, neque satis instructus circa Deum, cùm hæreticum est dicere, esse in Deo accidentia, sicuti colores in substantia, hujus ergo Philosophi doctrina reprobatâ. Alcinoum audiamus.

Meliùs dixit *Alcinous* Philosophus c. 9. *de doctrina Platonica*, ubi de investiganda Natura primæ causæ, quæ Deus est, tractans tres modos assignat intelligendi Deum. Primus est per viam remotionis, de qua fic ait: *Ineffabilis præterea est, solâque ut ante dictum est, mente potest percipi: nec enim genus aut species est, aut differentia, sed nec accidere illi quidquam potest, neque malum: hoc enim nefas dictu est: neque bonum, siquidem alicujus ac maxima bonitatu particeps, talis dicendus, neque differentia ulla: nec enim id secundùm ipsius notionem fieri potest, neque quale, non enim qualitate hoc ipsum factus est, quod est, aut ab ea perfectus neque rursus qualitatis expers: non enim qualitate ullâ ad se pertinente privatus est, neque pars cujusquam, nec est totum ex partibus constitutum: neque ut idem aut diversum, quippe cùm nihil illi contingat, quo ab aliis secerni queat, sed nec movet, nec movetur.* Ubi *Alcinous* viâ remotionis per abstractionem eorum integumentorum, quæ imperfectionem involvunt, Denique dedecent, proscribit etiam omnem ab eo qualitatem per informationem Essentiæ perfectivam, *non enim ab ea perfectus est*, inquit, acutè autem videns, Attributa Dei comparata ad Essentiam non esse de primo modo dicendi per se & intrinseco quidditatis conceptu, mox subnectit: *neque rursus qualitatis expers*, sumendo qualitatem non pro forma denominante Essentiam per modum informationis, quam jam exclusecat, & dicat imperfectionem, sed per identitatem, ut est ratio qua aliquid est, & formaliter dicitur tale, p. 2.

388. Alcinous Philosophus.

ejus

cisâ omni informatione, ut aliàs diximus, seu quæ perfectionem dicit, omni imperfectione seclusâ. Si autem qualitatem simpliciter intelligat per modum accidentis, haud secus quam Athenagoras excludendus aut emendandus est.

CONTROVERSIA OCTAVA,

DE PATRIBVS LATINIS.

Quid Patres Latini sentiant de distinctione & identitate in Divinis?

SVMMARIVM.

1. *Hilarius distinctionis Scoti ὑπερμαχὼς eximius. q. 1.*
2. *Scotus in Augustino Aquila bicept. q. 2.*
3. *Anselmus Scoto consonus. q. 3.*
4. *Bernardus Scoto restitutus. q. 4*

QUÆSTIO I.

Quid teneat S. Hilarius de identitate & distinctione in Divinis?

SVMMARIVM.

1. *Hilarii Auctoritas victoriis & eruditione maxima. n. 389.*
2. *A Subtili in doctrina consensu haud alienus. n. 390.*
3. *Sub notione Spiritus Dei Natura Patris & Filii ex æquo panditur. n. ibidem.*
4. *In Essentia Divina formalitatum pluralitas stabilitur. n. 391.*
5. *Proprietates personales, quæ sunt Deus realiter, quare non Deus formaliter. n. 392.*
6. *Non aliud in dictis, quam quod verba sonant credendum, ubi teneas. n. ibidem.*
7. *Illud Joannis* : Omnia quæ Patris sunt, mea sunt, *&c. doctrina singularis. n. 393.*
8. *Universitas Divinæ Essentiæ excedit identitatem formalem. n. 394.*
9. *Discursus* S. Hilarii *de bis vocul is* : sumus & volumus *discutitur. n. 397.*
10. *Proponitur objectio. n. 398. Impugnatur n. eod.*

389. *Quis Hilarius, ejusque eruditio quanta sit auctoritatis in Ecclesia Dei.*

Hilarii Auctoritas, teste sancto Augustino libro sexto de Trinitate capite decimo, magna est, & quidem præcipuè in materia sanctissimæ Trinitatis, pro cujus Mysterio tuendo & calamo & ore non solùm ante & in exilii sui tempore, tam in Oriente quàm in Occidente, sed & postquam Episcopali throno suo restitutus fuit, usque ad finem vitæ dimicavit fortiter: scripsit pro ea duodecim libros & eruditione & victoriis plenos, ut Adversarii ad certamen, tribus ad hunc finem libellis Constantinopoli Constantio Augusto porrectis, evocati, Hilarii eruditionem pertimescentes in arenam descendere renuerint, omnia scripta Hilarii teste Hieronymo ad *Lætam* inoffenso pede, & sine ulla erroris suspicione decurri possunt: proinde quantum pondus, ex eo Doctrinæ nostri Subtilis accrescat, docebitur in Quæstione præsenti. Sit

ASSER-

ASSERTIO

S. Hilarius Aureæ Sanctorum PP. Catenæ ceu præstantissima adscitus gemma Doctrinam Subtilis de Distinctione in Divinis stabilit, ac firmiorem reddit.

190. PRimò de Distinctione Naturæ Divinæ ab Hypostatibus probatur ex lib. 8. de SS. Trinit. ubi unitatem Patris & Filii ostendens, multis probat, quòd Spiritus Christi sit Spiritus Dei, & per Spiritum Dei, ita Filium Dei designari, ut & Deus Pater in eo demonstratus intelligatur: & ne confundat Personas cũ Natura, quæ in illo per Spiritum Dei manifestantur, disertis verbis distinguit Naturam à Personarum proprietatibus dicens: *Et quæro nunc, in Spiritu Dei utrum Naturam an rem Naturæ significatam existimes. Non idem est enim*, inquit, *Natura, quod Naturæ res: sicut non idem est homo, & quod hominis est; nec idem est ignis, & quod ignis ipsius est: & secundùm hoc non idem est Deus, quod Dei est*, subaudi, non est idem formaliter, quia non negat id, quod Dei est, Deũ esse realiter, ex reali siquidem, omnium quæ in Deo sunt, identitate cum ipsa Deitate intentũ suum probans, subdit: *Memini enim, in spiritu Dei*, quæ est Natura, *ita Filium Dei significari, ut in eo*, puta per identitatem realem Deitatis Filii cum Paternitate, quæ est aliquid Dei, *Pater demonstratus intelligatur, & ad cujusvis demonstrationem*, scilicet Patris & Filii, *posse significatum Dei spiritum pertinere*, quia sub notione spiritus una utriusque panditur Natura, quam ne propter realem identitatem suam videatur confundere cum Personis per illam manifestatis, iterum Naturam aliquo modo distinctam à proprietatibus personalibus, quæ sunt res Naturæ, per aliquot declarat Scripturæ [illegible] ostendens, quod iis quidem per spiritum Dei semper Dei Natura seu Deus manifesteretur, aliquando tamen solum Filium v. g. *Si autem in spiritu Dei ejicio dæmonia*. Aliquando Patrem ut hic: *Ecce Puer meus, quem elegi, &c. ponam super eum spiritum meum*: ergo spiritus seu Natura Dei, esto realiter, non tamen formaliter est ipsa Paternitas, neque formaliter est ipsa filiatio, seu ut loquitur Hilarius, *non est idem Deus seu Deitas* omnibus communis, & *quod Dei est*, videlicet quod in Deitate singulis Personis, quoad relativas proprietates, [illegible] est.

Natura & res Naturæ distincta quomodo.

Secundò quantum ad distinctionem Attributorum [illegible] se, & ab Essentia, probatur etiam ex Hilario, nam perspicue ibidem in Natura pluralitatem indicat formalitatum, & perfectionum divinarum in identitate reali [illegible] causam enim quare Spiritus Dei [illegible] quam in Patre idem sit, ast[illegible] [illegible] tive, & ut propria Hilarii verba [illegible], *corporali modo Filium [illegible] in Patre, vel Patrem in Filio crederemus*, sed modo aliquo spirituali [illegible] nis, cùm Spiritus Dei illis communis ubique sit: *Deus, inquit, se omnem per sua edocet, & sua non aliud, quàm se esse significat, ut ubi sua insint, ipse esse intelligatur*. Ecce identitatem realem cum pluralitate, & ne posses in dubium vocare, mentem suam perseveranter sicut immensitatem spiritus, ita in illo pluralitatem cum reali identitate iterum iterumque asserens, statim subdit: *Per sua in omnibus esse non desinat, non aliud autem sint, quam quod ipse est*, quæ sua sunt. In paucis verbis ly *sua*, in plurali quinquies repetit, eaque esse *quod ipse est*, scilicet quod Pater, quod Filius, quod Spiritus sanctus, non duntaxat quoad prædicata quidditativa, sive secundùm quæ Deus, ad quod sequitur illa Dei immensitas, & [illegible] ubique & in omnibus, ita enim quis respondere posset, ut effugiat ad pluralitatem prædicatorum Essentialium, etiam secundùm [illegible] & meliores Scotistas sola ratione [illegible] orum, sed ly *sua* non aliud quàm se esse significant absolutè secundùm omnia sua, quæ ad physicam faciunt Essentiæ integritatem, tam quoad perfectiones attributales quàm Essentiales; ideoque subdit: *Et hæc quidem ad Naturæ intelligentiam dicta sunt*, atqui eam intelligentiam omnia respiciunt quomodocunque ad Naturam Divinam spectant, quæ Hilarius in identitate reali pluraliter exprimit per ly *sua*, ergo & distinctionem, non rationis, de qua ibi ne cogitat, ergo in identitate reali formalem ex natura rei, ut amplius firmabitur mox infra.

191.

Agnoscit pluralitatem divinarum perfectionum in identitate reali.

Si contendas Hilarium per ly *sua* in plurali, non intelligere pluralitatem [illegible] ionum [illegible] tributalium, sed probare pluraliter tres illas proprietates personales esse in omnibus incircumscriptivè, illasque non aliud esse, quàm quod ipse est, etiam sic habetur intentum, quod illa in pluralitate [illegible] quidem, non formaliter sint [illegible] Deitas & ipse Deus. Prob. anteced. quia si tres illæ proprietates [illegible] verbis Hilarii *non aliud sunt, quàm quod ipse est*, [illegible] ergo [illegible] Patre [illegible] Filio, quod est impium [illegible] q. prob. quia [illegible] Deitas [illegible] Deus a parte rei [illegible] um A[illegible] formal[illegible] Paternitas [illegible] Filiatio, eu quod [illegible] a ratione proprietatum, est [illegible] parte rei ipsa Deitas & vicissim [illegible] formali & intrinseca Deitatis [illegible] rei proprietates personales, [illegible] formalem objectivo [illegible] identi[illegible], sequeretur Patrem: sicut 192.

dous

formaliter & intrinsece est Deus, sic esse & Filium, Filiatio siquidem est ipse formaliter Deus, sicque de aliis Personis discernendum.

393. *Probatur* tertiò evidenter ex iis, quæ habet lib.9.de Trinit.ubi inter alia versus finem vehementiùs objurgat Arianos, quod illum locum Joannis: *Ego & Pater unum sumus*, commententur quod unum sint sola concordia & voluntate, non Divinitate, *quasi verò*, inquit, *Verbum incarnatum non potuerit loqui quod voluerit, aut aliud locutus sit, quam locutus est* : *& quanquam reperiatur parabolicæ & allegoricis dictis usus esse, sed aliud est vel exemplis dicta firmare, vel proverbiorum significationibus rerum satisfacere dignitati, vel temporum professionibus se coaptare: tamen ipse idem unitatis, de qua tractatur, locus non patitur in dictis aliud, quam sonant verba, esse credendum.* En in doctrina Verbi Incarnati, quando agit de unitate Essentiæ in Personis Divinis, non aliud credendum est, quam quod sonant verba, atque quibus Christus suam cum Patre in Essentia unitatem nos docuit Joannis 5. ibidem pluralitatem: *Omnia quæ Patris sunt, mea sunt.* Et hic quidem, inquit Hilarius, declarans illum locum Scripturæ, *non creationum species, neque elementorum diversas substitutiones præsens sermo significat: sed beata atque absoluta Divinitatis nobis gloriam pandens Deum ostendit in his intelligendum esse, quæ suâ sunt in virtute, in æternitate, in providentia, in potestate. Non quòd hæc Deus ita habeat, tanquam aliud quid extra istà credendus sit, sed quod in his ad aliquantulum sensus nostri opinionem significatus sit ipse, quæ habeat. Unigenitus igitur in his se doctus substitisse, quæ Patris sint, cùm ex se sumpturum S. Spiritum dixisset, adjecit: Omnia quæ Patris sunt, mea sunt.* Hæc, inquam, (quæ verborenus rescripta sunt l. Hilarii *de unitate Patris & Filii*) sonant in Divina Essentia aliquam pluralitatem, quia aliàs aliud Christus fuisset locutus, quam locutus est, fuisset locutus plura, quando unum solum & idem prorsus locutus est, tanquam ut cum Hilario loquar, *divina Doctrina impar sermo sit, neque dici à Domino potuerit, quod voluit, quod nemo dixerit*: ergo plura illa in quibus docet Verbum se & Patrem fuisse subsistisse proportionatam inferunt distinctionem, sicut enim plura ista realis simpliciter rei & rei distinctionem inferunt realem, qualem hic expressè ob realem identitatem, omnium, quæ in Deo sunt, cum Essentia Divina Hilarius excludit, quia *non hæc Deus*, ait, *ita habet, tanquam aliud quid extra illa credendus sit*; ita haud dubiè pluralitas secundùm quid, seu formalis infert non identitatem formalem quæ est distinctio ex natura rei formalis.

394. *Confirmatur* ex iis, quæ circa finem libri ad eundem locum *Joannis* repetit, & quidem postquam statim dixerat tractatum unitatis Divinæ non pati in dictis aliud, quàm sonent ipsa verba, subdit: *Natura suâ tanquam Unigenitus unitatem non ambiguè docuit, dicens:* Omnia quæ Patris sunt, mea sunt: *non enim ille nunc de obtinendo locutus est*, *quia aliud est extrinsecus*

subsistentia sua esse, aliud est in se atque idipsum se esse, quorum unum est possidere cœlum, terras, mundumque totum, aliud est seipsum in his significare, quæ sua sunt: sive dictis non aliud intelligendum, dum agitur de Dei unitate, quam verba sonant, perpende quæ legis: aliud est in suis *atque* idipsum esse, item se ipsum in his *significare, quæ* sua *sunt*. sua autem, *ita*, quia, *non tanquam externa subjaceant*, puta per realem exteriorem, sed quod ex suis *ipse subsistat*. Nunc ergo cùm omnia quæ Patris sunt, sua sunt, Divinitatis significant Naturam. Hucusque *Hilarius* clarissimè docens ea quæ Personæ Divinæ communicatim habent, esse formaliter plura, esto sint unum realiter; quæ propter pluralitatem sub reali illa & simplici identitate, sicut *Augustinus* vocat simplicem multiplicitatem, ita Hilarius unam appellat ibi universitatem. *Hæc igitur Natura perfecta in Sacramento unitatis suæ manens, ut habuit de Deo Nativitatem, ita & habuit universitatem. Universitatem autem habens, non etiam non, quæ universitatis sunt, tenuit, si scientiam sibi et & voluntatem, ne quod sive Pater, per interrogationem Filii sciret, vel quod Pater, per significationem Filius vellet*, sed hic terminus *universitas*, necessariò plurium est: ergo quæ in illa Divinarum perfectionum universitate continentur, esto sint realiter unum & idem, formaliter tamen plura sunt. Prob. Assumpt. quia si non plura formaliter ex natura rei, unam solam & formalissimè unicam eandemque importabit realitatem, essetque hy universitas ejusdem intelligentiæ, ut idem significet quod *identitas formalis* : sed hoc re ipsa falsum est. Ita patet, min. prob. ex communi usu vocabuli hujus, quia universitas est unum versus plura: ergo universitas quæ in Deo ab *Hilario* docetur, erit realiter unum versus formaliter plura. Conseq. prob. auctoritate ejusdem *Hilarii*: quia de facto a illam universitatem reducit scientiam & voluntatem divinam ut plura, estque par ratio de aliis Attributis & perfectionibus divinis. Ergo

395. *Probatur* quartò ex l. 12. Hilarii de Trinit. c. 5. ex loco qui refertur apud Scotum dist. 8. q. 8. n. 26 quo probat Attributa distingui independenter à relatione rationis. *Alioqui*, inquit Scotus, *Deum Patrem Hilarius ait sic: Perfecit Dei, qui & verbum tuum, & sapientia, & veritas absoluta generatio est, quitu his æternarum proprietatum nominibus natus est.* Dicit igitur quòd istæ proprietates sunt æternæ, & in his natus est Filius de Patre, quasi Pater præhabens ista communicet ea Filio. Si autem essent tantùm distincta ratione, non viderentur prius esse in Patre origine, quàm produceretur Filius: quidquid est enim ibi productum in esse rationis per actum intellectus, videtur esse productum à tota Trinitate: & ita non esset in Patre, ut præcedens originem Filium, quasi necessariò præcedens origine. Ita *Doctor Subtilis*.

396. Posset ulteriùs probari Assertio hac ratione

hic

ne ex *Hilario* deducta, quod quæ ita contra se mutuò distinguuntur, ut nullatenus sint ejusdem intelligentiæ, sed diversum ex natura rei important significatum, sive ut loquitur *Hilarius*, unum non sit idipsum, quod aliud, contra quod distinguitur, illa admittere debeant aliquam ex natura rei differentiam, sed videtur *Hilarius* expressè distinguere ibidem ipsum Dei velle ab esse, quod est ratio constitutiva Dei, & quod velle non sit idipsum formaliter, quod est ipsum esse singulare Deitatis, ergo. major est evidens, minor probari potest. *Ego & Pater unum volumus*, inquit, non est æquivalens huic, *Ego & Pater unum sumus*. Item *qui videt voluntatem meam, videt & voluntatem Patris mei*, cum hac, *qui videt me, videt & Patrem meum, idipsum sit aut ejusdem intelligentiæ, ne imperitus quidem dixerit*, insuper addit & quasi deridet ineptiam eorum, qui illa confundunt, dicens: *aut certè huic dicto*, voluntas Patris mei in me est, & voluntas mea in Patre meo est, *quasi non fuerit in usu eloqui divini, conveniens erat: Ego in Patre, & Pater in me. Hæc omnia fœda & inepta & impia, neque sensus humanus in hanc stulta opinionis sententiam concedat, ut aut non potuerit Dominus loqui, quod volebat, aut locutus sit aliud quàm locutus est.* Ecce negat *Hilarius*, velle Dei idem dicere, quod esse Dei, & voluntatem Patris & Filii esse Patrem.

397. *Sed haud* dubiè respondebis, Hilarium duntaxat velle, esse & velle Dei non esse unum, quantum ad moralem unitatem ab Arianis intentam, quæ directè pugnabat contra naturalem unitatem & Essentiæ identitatem, ideoque dixit talem sensum esse fœdum, ineptum & impium, &c. scilicet quoad unitatem in significando non in essendo.

Adverte itaque certum esse Hilarium non negare simpliciter propositionem de unitate & harmonia concordiæ inter Patrem & Filium, cum negari non possit concordiæ societas in his, in quibus Naturæ prædicatur unitas sed negare sensum ab Arianis intentum seu restrictionem illius ad solius concordiæ harmoniam, quæ restrictio sola hæretica fuit, ita ut hoc loco per illa verba: *Ego & Pater unum sumus*, credere debeamus naturalem Divinitatis unitatem in Patre Filioque à Christo revelatam esse, nec aliud ex verbo tum servarà proprietate significationis exinde colligi posse; *Si enim*, inquit, *sensus nostrum verum nomina secundum humanam intelligentiam commemorata confirmant* [illegible] horum verborum, *unum sumus* [illegible] [Pater scilicet & Filius, *videntur*: Ecce hæc verba *unum sumus*, ut identitatem salvet, ad eminentiorem solius concordiæ [illegible] rapit, ad sensum aliud secundum veram & propriam communem intelligentiam de identitate Essentiæ in Patre [illegible] subsistentis, ita [illegible] sufficienter voluntatis unitatem [illegible] mutuam concordiam in Patre & Filio, n[illegible] dum tamen illam formaliter à [illegible] hoc loco revelari, quia, inquit, *sumus & volumus*, id est, velle Patris & Filii & ratio Deitatis non

fun[illegible] im, pura in significando; quod, Ego & Pater [illegible] volumus, quando autem loquimur & intelligimus verba Domini in sensu proprio, non tropologico, jam non sunt idipsum, ac Ego & Pater unum sumus, nempè in essendo, & in unius singularitate Essentiæ, ergo *Hilarius* potiùs exinde fuisse argumentum pro tuenda identitate Essentiæ seu extendendi locum illum ad unitatem Essentiæ, quia præsertim Catholici erant in possessione de credenda unitate substantiæ in Divinis, de qua illa locu [illegible] per Concilia interpretata fuerant, neque [illegible] illi talis loquendi modus necessarius, [illegible] nec tutè dicere potuisset; *qui videt voluntatem meam, videt & voluntatem Patris, non est idipsum, ac Qui videt me, videt & Patrem meum*: hæc commentatio enim si penitus nulla sit distinctio ex natura rei inter Paternitatem & Essentiam, inter voluntatem Patris Filiique & proprietates eorum relativas, adeo ut *Hilarius* omnimodam formalissimamque inter illa supposuerit identitatem, velut frivola ab Arianis in Hilarium retorqueri potuisset; id quod probari potest: nam primò quidem quidni enim potuissent cõtinuò dicere; quam *ergo fidem habes?* nostram negas, & ut pernegas hujus loci intellectum, *Ego & Pater unum sumus*, in nostro sensu quod unum sint, non Essentia, sed voluntatum concordia accipiendum esse, fidem quoque tuam abnegare non abhorrescis, qua ratione nolens volens in nostram reincidis, qua dicis, Ego & Pater unum sumus, non est idipsum, quod Ego & Pater unum volumus, ergo qui credebas velle & esse Patris, esse formaliter unum & idem, jam te me confutes, profiteris amplius non esse unum & idem, ita doctrina est, voluntatem Patris & Filii esse formalissimè unum & idem cum Paternitate & Filiatione, qui igitur quando quis videt voluntatem illam Filii non videbit quoque Patrem, qui est formalissimè à parte rei Filii voluntas? Esse & non esse contradictoriè tibi adversantur, quo fundamento cum sentias esse idipsum, hic dicis, non sunt idipsum? quæ sunt formaliter idipsum, quomodo non sunt idipsum? Pater & Filius sunt consentientes in voluntate, secundum te insuper sunt consentientes in unius Essentiæ communicabilitate, id est, in una Essentia subsistentes, Esse itaque Dei & velle Dei voluntas Patris & Filii, quæ [illegible] non sunt. Nos Arianos n[illegible] opinionis, sed dogma nostrum potius affirmas; si enim esse [illegible] non sit idem quod [illegible] as & velle Patris, ergo restat di[illegible] Sed quidquid sit de hoc, quod tu[illegible] causa pro non [illegible] non est re[illegible] ad *Augustinum*, qui in inita suppleat, properamus, ut de hoc divinis di[illegible] mus.

[illegible] respexit illum locum; [illegible] quæ P[illegible] [illegible] sunt, non [illegible] [illegible] litatem, quam virtualem [illegible] quia mox subdit in singulari, ideo dixit, *de meo accipiet*, in quo omnia illa eminenter aut virtualiter continentur. 398.

Effugium præcluditur. Resp. Negando Anteced. quia perfectior es divinæ attributales, non solùm eminenter & virtualiter, sed formaliter secundùm proprias rationes suas continentur in Deo, ut alibi. Ad prob. Anteced. circa illud, *de meo accipiet*, Respondet S. Anselmus lib. de processione Spiritus sancti cap. 7. aut si prologum ubi invocat Spiritum sanctum, & scriptionis suæ motivum affert numeres inter capita, cap. 8. ubi sensum horum verborum explicat, dicens: *Cùm profert Filius* de meo accipiet, *ostendit eum de suo, hoc est de essentia sua, essentiam habere & procedere.* & mox idem repetens, ait: *Quare cum Filius dicit de meo accipiet non aliud ibi suum significat, quam suam Essentiam.* Ita Anselmus.

Adde quòd τὸ *meum* in singulari pro subjecta materia non minus plura significare possit, quàm *mea* in plurali, cùm enim sit nomen possessivum, concernit omne id, quod est in bonis possidentis sive parum, sive multum, sive unum quid, sive plura sint, secùs est de possessivo pluraliter posito v. gr. *mea, tua, sua*, per quæ nisi abusivè quidpiam singulare, sed multa, aut saltem duo judicari solent.

QVÆSTIO II.

Quid docuerit ad propositam Controversiam S. Augustinus Doctor maximus?

SVMMARIVM.

1. *Augustini encomium. n. 399.*
2. *Scoti doctrina in Augustino præjudicatam habet realitatem. n. 400.*
3. *Distinguit relationes à Deitate. à n. 401. usq. ad n. 409.*
4. *Filium Patri inæqualem dici, quo sensu sanè intelligendum. n. 402.*
5. *Pater non sapit sapientiâ genitâ. n. 403. & seq.*
6. *Sapientia genita à non genita distinguitur formaliter. n. 403. & seq.*
7. *Omnis essentia quæ relativè dicitur, est aliquid excepto relativo. n. 405.*
8. *Cuniculi Sabelliani subvertuntur. n. 407.*
9. *Essentia non est essentia si illi referri sit intrinsecum. n. 407.*
10. *Locus Augustini n. 410. relatus pro Scoto, propugnatur à n. 411. usq. ad n. 413.*
11. *Doctrina notabilis in quo sensu in Deo qualitates reperiantur. n. 411. 412. 414. & seq.*
12. *Simplex multiplicitas, & multiplex simplicitas includit distinctionem compositioni inimicam: simplicitati autem congeneam. n. 413.*
13. *Attributa non sunt de formalissimo conceptu essentia. n. 410. 414. & seq.*
14. *Augustinus Maximinum Arianum prosternit, & Scoti sententiam roborat. n. 415.*
15. *Dantur in Deo ideæ ex natura rei distinctæ. n. 416.*
16. *Adducuntur auctoritates Augustini in oppositum. n. 417.*
17. *Explicatur Augustinus, & Scoti doctrina roboratur. n. 417. 419. & seqq. per extensum.*

399. *Augustinus Sol Ecclesiæ.* OPtimè S. Thomas de Villa nova in primo sermone Panegyrico de S. Augustino, ait: Quis in Ecclesia Dei lucet ut Augustinus? A Sole omnia astra lucem, ab Augustino omnes, qui post ipsum fuerunt Doctores, sapientiæ lumen accipiunt, unde altissimas & easdem profundissimas expediunt quæstiones.

400. Ne miseris igitur si dixero, quòd totus in Augustino Scotus, in Scoto Augustinus, imò si tempus excipias, genio, ingenio ac doctrinâ geminos comperies, junctis ubique velut aquila biceps cum Augustino Scotus volavit alis: *Macedo.* Doctissimus Macedo noster in utroque versatissimus, *Miror*, inquit Tom. 1. Coll. col. 8. dif. 3. sect. 5. *Diligentiam Scoti in legendo Augustino*, & in suo insigni Tomo, quem intitulat Concentum Ecclesiasticum, in Orat. S. Augustini p. 438. de Operibus Scoti Augustinum spirantibus, *Eò sum*, ait, *miratus magis, quod in tam brevi vita periculo licuerit Scoto tam perspecta & explorata habere Opera Augustini. Sed subtile illud, quo nemini acutius contigit, ingenium volabat, & penetrabat acie, quodcunq; legebat. Aquilæ more, quæ momento vel distantia, vel abstrusa videt; & quidem constat Scotum minime cedere D. Thomæ in Augustini lectione, testantur loci à me citati & collati cum iis, quos apud D. Thomam inveni non tu plures in hoc, quàm in illo reperies.* De quo aliud ibidem testimonium ex Petro de Campo Augustiniano, & præclarum producit in Historia generali Eremitarum Ord. S. Augustini lib. 3. c. 3. hæc referente. *Ortâ Salmantica contentione inter Doctores Salmanticenses, qui jurant se secuturos doctrinam S. Augustini, & S. Thomæ, cùm vellent cogere Scotistas ad simile juramentum præstandum, Scotistæ repugnarunt, quòd dicerent:*

Doctrina Scoti in Augustino præjudicatā habet veritatem.

se cum Scoto Duce suo Subtili S. Augustini doctrinam non minus sequi & colere, quàm Scholam Thomisticam, cum suo Angelico Præceptore: idque comprobarunt argumento, quod Scotus in Libris Sententiarum S. Augustinum citat 815. vicibus, & conclusionum suarum fundamenta in sancti Augustini doctrina ponit. In Quodlibetis autem teste eodem *Macedo l., c. Major pars Quæstionum Augustinum præstat, pauca in Reportatis eo carent, crede homini, inquit, accuratissimè ita experto.* Tanto Viro credant, qui Scotum non legerunt, at nos non credimus, quod re ipsâ tenemus, primas damus oculis, auribus secundas, Scotistæ Solem & Aquilam semper domi habuerunt, tantis nimirùm Schola Subtilium dedicanda fuit luminibus, inimanda Principibus ac munienda præsidiis, hæc in Augustino de distinctione ex natura rei formali in Deo admittenda, præjudicatam habet veritatem. Sit itaque

ASSERTIO.

D. Augustinus, satis est: in doctrinæ consensu de Distinctione in Divinis, Scotus alter ille.

HÆc positio duo continet, videlicet consensum de Distinctione inter Essentiam, & Relationes divinas, secundò inter Essentiam & Attributa Dei, quæ ut clarè & distinctè comprobentur, in duos sunt distinguenda Articulos.

ARTICULUS I.

In quo

Probatur distinctio aliqua inter Essentiam, & Relationes divinas sive Hypostases ex mente Augustini.

Primò ex Libro Commentariorum quos scripsit in Psalmos, & in Joann. Tract. 39.

401. *Esse ad se, & non esse ad se diversitatem infert.*

AUGustinus in Psalm. 68. ad versum illum *Infixus sum in libro profundi, & non est substantia,* con. 1. ait: *Pater enim non ad se, sed ad Filium dicitur, ad se autem Deus dicitur, itaque eò quod Deus est, in hoc ipso substantia est, at verò quod Pater est, non substantiæ nomen est, sed refertur ad Filium.* Ubi manifestè distinguit Paternitatem Patris, quà Pater est, non Deus, à Deitate, quà Deus est, non Pater. Item Pater eò quod Deus est, hoc ipso, inquit, substantia est, & ad se est, & eò quod Pater est, hoc ipso non est substantiæ nomen. Duo agit Augustinus, primò præscindit Deitatem à Paternitate. Secundò, ut ostendat talem præcisionem non esse à solo intellectu vel ab extrinseco, sed ex natura rei addit Deitatem esse substantiam & ad se: ergo secundùm Augustinum Paternitas distinguitur verè à Deitate. Conseq. prob. Ibi enim sub particula rationali *sed* positivè advertante quod Pater non ad se, *sed* ad Filium, Filius non ad se, *sed* ad Patrem, ita exprimit explicitum conceptum unius, ut explicitè excludat conceptum alterius, ac per modum velut differentiæ, & secundùm quod actu simul exercet distinctionem conceptus Deitatis, à conceptu relationis cui contradistinguitur, utpote nihil secundùm eundem formalissimum conceptum à parte rei est simul ad se, & non ad se, ad aliud, & non ad aliud; ergo ex eo quòd Deitas sit substantia absoluta, est formaliter & quidditativè ad se, non ad aliud, & vicissim ex eo quòd Paternitas dicit formaliter respectum est ad aliud, & non ad se, unum distinguitur ab alio, alioqui secundùm eundem conceptum esset aliquid ad se & non ad se, ad aliud & non ad aliud, quod implicat, & Pater per hoc quòd Pater est, seu per Paternitatem esset ad se, & vicissim quòd substantia & Deus esset relativum, & diceretur ad aliud contra Augustinum & veritatem, ut ampliùs infrà ex lib. August. præcipuè de Trinit. 7. Adde his ex Tractatu Augustini in Joannem, ubi sic habet: *Id quod ad se est, Deus est, quod ad Filium, Pater est.* Et post: *Pater, Filius, & Spiritus sanctus, hoc solo numerum insinuant, quod ad invicem sunt, non quod ad se sunt.*

Secundo

Secundò ex Libro V. de SS. Trinitate. Cap. 4. 6. & 7.

402. *Confirmatio superiorum.* P[illegible] hoc libro S. *Augustinus* substantiam distinguit contra divinas relationes, easque vult non dici secundùm substantiam, sic primò c. 4. ait: *In Deo nihil quidem secundùm accidens dicitur, quia nihil in eo mutabile est, nec tamen omne quod dicitur, secundum substantiam dicitur. Dicitur enim ad aliquid, sicut Pater ad Filium, & Filius ad Patrem; si quod dicitur Pater, ad se ipsum diceretur, non ad Filium, & quod dicitur Filius, ad seipsum diceretur, non ad Patrem, secundum substantiam diceretur & ille Pater, & ille Filius.* Et mox *Non secundum substantiam hæc dicuntur, quia non quisq; eorum ad seipsum, sed ad invicem atq; ad alterutrum ista dicuntur. Quamobrem quamvis diversum sit Patrem, & Filium esse, non est tamen diversa substantia, quia hæc non secundum substantiam dicuntur, sed secundùm relativum, quod tamen relativum non est accidens, quia non est mutabile.* Atqui dic secundum substantiam a parte rei, sicut Essentia Dei, & non dici secundum substantiam à parte rei arguit aliquam naturæ rei distinctionem inter [illegible], & id quod non dicitur secundùm substantiam, ergo. Vide hoc n. [illegible].

Hoc confirmat alius Augustini locus eodem libro [illegible] cap. 6. [illegible] *vero*, inquit, *Filius non ad [illegible] relati[illegible] dicitur, sed ad Patrem, non secundùm hoc quod ad Patrem dicitur, æqualis est Filius Patri; restat ut secundum id æqualis, quod ad se dicitur;* atqui idem secundum idem rei, & ejusdem nequit esse æqualis & non æqualis, ergo id, quod in Filio est ad se, & secundum quod est æqualis Patri non est formaliter id, quod in Filio est ad Patrem, & secundum quod non est æqualis Patri, imò Augustinus æquale & non æquale non usurpat propriè ad comparationem unius cum alio, sed per *æquale* intelligit identitatem substantiæ cum Patre, & [illegible], per *non æquale*, non identitatem, [illegible] enim ibi solvit objectionem Arianorum, qui dicebant *quod Pater secundum substantiam diceretur ingenitus & ad se, quod Filius, quia dici non posset, non ejusdem esse substantia, cui resfutia*, ait Augustinus, *ita respondetur, ut [illegible] ogantur dicere, secundum quid Filius sit æqualis Patri*, id est, ejusdem substantiæ [illegible] cum Patre. Et mox *Non secundum hoc quod ad Patrem dicitur, est æqualis Filius Patri*, quasi diceret, secundum relationem non est formaliter id, in quo est ejusdem substantiæ, & æqualis cum Patre Filius, ubi Augustinus indicat à parte rei duo in Filio, unum quod est absolutum, & secundum [illegible] dicitur, & in quo est æqualis Patri, alterum quod non est absolutum, neque secundum substantiam dicitur, & in quo non est æqualis Patri, seu formaliter idem cum Patre, estque proprietas personalis, ergo cùm non sint in Filio duo realiter distincta, restat ut sint duo distincta formaliter, ut habet doctrina Scoti, & amplius Augustinus confirmat cap. 7. ejusdem libri dicens: *Cùm relativum negatur, non secundum substantiam negatur.* Item, *Quod relative pronunciatur, non indicat substantiam, &c.* Sed plura de hoc statim l. seq. de Trinit.

Probatur tertio ex Libro VII. de SS. Trinitate. Cap. 1. 2. 4. 5. & 6.

403. *Sapientia & imago non dicitur de Patre, non est idem.* CAp. 1. ostendens Patrem [illegible] sapientem genuisse, hæc refert. *Quid [illegible] [illegible] ipsum et imago & verbum, quod est virtus & sapientia, [illegible] relative dicuntur, hæc autem ad [illegible], non ad aliud, [illegible] non ea sapientia, quam genuit, sapiens esse Pater.* Ex eo itaque non idipsum [illegible] & Verbum, quo Sapientia, quia Filius & Verbum relative dicitur, Sapientia autem dicitur ad se: bineque mox infert, Item nos si per [illegible] sapientia. *Si non est idipsum Verbum & Sapientia, incipit non ea sapientia, quam genuit, sapiens esse Pater.* Videsquàm aperte & hic Augustinus, quia Verbum dicitur [illegible] Sapientia ad se, admittat inter illa distinctionem: est autem id fide, quod illa non sit aliqua qualis in Deo est tantum inter [illegible] relationes seu personas, [illegible] ergo [illegible] non inter res en[illegible] tiam & personas, & [illegible] ut sit & dicatur distinctio ex natura rei formalis,

Confirmatur primò ex iis, quæ ibidem statim [illegible] bdit sanctus Doctor, perstringens amplius opinionem, quæ dicit Patrem sapere Sapientia genita. *Restat itaque ut etiam relative dicatur ad Patrem, ex quo, [illegible] consequitur inopinatissimus sensus, ut ipsa essentia non sit essentia; [illegible] certe cum dicitur essentia, non essentia, [illegible] relativum indicatur*, id quod ex [illegible] cum dicitur *Dominus, non essentia indicatur, sed relativum, quo refertur ad servum, [illegible] autem homo dicitur, vel aliquid tale, quod ad se, non ad aliud dicitur, tunc indicatur essentia, homo enim [illegible] est, Dominus relat[illegible], homo enim [illegible] dicitur, dominus ad servum.* Ubi [illegible] mox diceret [illegible] tunc non [illegible] essentiam, iterum non id [illegible] *autem unde ea [illegible] essentia ipsa relative dicitur, essentia non est essentia*, quia relative diceretur, quæ Augustini dicta stare 404.

non possent [illegible] dicatur [illegible] sentia [illegible] modo [illegible] [illegible] ex [illegible] alterum alteri [illegible] [illegible] error [illegible] Augustinum quòd dicat [illegible] inopinatum sensum, ut ipsa [illegible] od [illegible] diceretur, [illegible] [illegible] relatio [illegible] [illegible] jam non esset rela[illegible] relatio ex natura sua [illegible] [illegible] ut [illegible] diceretur ad se, jam non esset [illegible] divina [illegible] [illegible] relatio divina, & vicissim relatio [illegible] esset [illegible] una esset essentia, & [illegible] relatio.

40 *Confirmatur* secundo ex loco, quem ex [illegible] Doctor Subtilis [illegible] 8. qu. [illegible] *Omnis, [illegible] essentia, quæ relativè [illegible] est etiam aliquid excepto relativo*, ergo [illegible] divina, de qua ibi Augustinus potissimum tractat, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] se est conferens, [illegible] [illegible] [illegible] ad [illegible] vel [illegible] [illegible] [illegible], quæ [illegible] [illegible], & ad se [illegible] ceu [illegible] exprimuntur, quomodo Augustinus [illegible] declarans, qualiter [illegible] aliquid ex[illegible] [illegible], ait *Si non esset homo, id est, aliqua substantia, non esset quòd relativè Dominus diceretur*; [illegible] ut Scotus, in [illegible] ad se [illegible] quid, & [illegible] in quantum Pater relativè dicitur non est aut formaliter eadem entitas ad se, & non ad se. Constanter proinde Augustinus adstruit [illegible] esse aliquo modo à relatione [illegible] distinctam, quidni alias relatio debe[illegible] in definitione essentiæ v. gr. hominis, [illegible] quidquid est de [illegible] [illegible] debet? quæ [illegible] paucis [illegible] In hac ex[illegible] *Omnis essentia, quæ relativè dicitur, est aliquid excepto relativo* [illegible] Essentia divina ex natura sua est aliquid quod non est relatio seu ad aliud [illegible] [illegible] aliquid [illegible] & illud a quo excipitur [illegible] [illegible] natura [illegible] Quia ratio [illegible] [illegible] supponit universale [illegible] [illegible] & [illegible] [illegible] [illegible] est [illegible] ad [illegible] ratio [illegible] a-

406 [illegible] cap. 2. [illegible] apud *Scotum* [illegible] [illegible] est, amplius prosequitur [illegible] [illegible], & ostendit non eadem forma-

li[illegible] Verbum, quo Deus, con[illegible] non sit de conceptu [illegible] [illegible] natum, & vi[illegible] rationes de [illegible] intimo con[illegible] *Et propterea, inquit, non eo Verbum, quo Sapientia, quia Verbum non ad se dicitur, sed tantum relativè ad eum cujus Verbum est, sicut Filius ad Patrem; Sapientia verò quo Essentia.* Et m[illegible] *Quoniam verò & Verbum & Sapientia est, sed non eo Verbum, quo Sapientia: Verbum enim relative: Sapientia verò essentialiter intelligitur.* Deinde [illegible] ens ad [illegible] [illegible], ait, *Id dum accipiamus cum accipitur Verbum, ac si dicatur nata sapientia, ut sit & Filius & Imago. Et hæc duo cum dicuntur, id est, nata sapientia, in uno eorum eo quod nata est & Verbum & Imago, & Filius intelligitur, & in his omnibus nominibus non ostenditur essentia, quia relativè dicuntur: at in altero, quod est Sapientia, quoniam ad se dicitur, ipsa enim à se sapiens est, etiam Essentia demonstratur, & hoc ejus esse, quod sapere.* [illegible] nominibus, quæ non [illegible] multiplicatur essentia ad multiplicationem [illegible] *Quapropter non quia Pater non est Filius, & Filius non est Pater, aut ille Ingenitus, ille autem genitus, ideo non una Essentia, quia his nominibus relativa eorum ostenduntur. Utrumque autem simul una sapientia, & una essentia, ubi hoc est esse quod sapere: non autem simul uterque Verbum aut Filius, quia non hoc est esse quod Verbum esse, aut Filium esse, sicut jam satis ostendimus, illa relativè dici.* Hæc Augustinus confirmant dicta priùs per dicta posteriora.

Amplius cap. 4. subvertens has *Sabellianistas* Pater quà Pater, est Deus & quà Deus est Pater: sed quà Deus est idem indistinctus à Filio ergo & quà Pater, erit idem & indistinctus à Filio directè opponit distinctionem Essentiæ ab Hypostatibus dicens, non esse Deum, quò Patrem, sed quòd sit *aliud Deo esse, aliud Patrem esse*. Nec mirum quia quidquid [illegible] de ratione Deitatis, est ad se, est [illegible] rum Personarum [illegible] *Damascenus de summa Trinitate.* [illegible] Paternitas, [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] [illegible] foe[illegible] *aliud esse, aliud Patrem esse* [illegible] *aliud fit* [illegible] *esse aliud* [illegible] *relative substantia* [illegible] *dominatur, jam substantia non erit* [illegible] *destruunt* [illegible] [illegible] quia [illegible] *essentia* 407

Secundò Augustinus antiquo destruit, qui illam formaliter relationi esse dicit.

dicatur, quod propriè dicitur, sive substantia quod absive, utrumque ad se dicitur, non relative ad aliquid. Et c.6. distinctè repetit: *Substantia Patris ipse Pater est, non quo Pater est, sed quo est,* in utroque loco inter Esse, & Patrem esse, iterùm & iterùm distinctionem collocat ut familiarius tandem innotescat esse ad aliud in Divinis distingui ex natura rei ab eo, cui inest, nempe absoluto Deitatis.

Probatur quartò ex Libro VIII.

408. *De ratione singularū personarum est, quidquid de ratione essentiæ est, non quidquid relativē est.*

OCtavò de Trinitate, quæ suprà dixerat epilogans sic præfatur: *Diximus alibi ea dici propriè in illa Trinitate distincte ad singulas personas pertinentia, quæ relativè dicuntur ad invicem, sicut Pater, & Filius, & utrumq; donum Spiritus sanctus. Non enim Pater Trinitas, aut Filius Trinitas, aut Trinitas donum, quòd verò ad se dicuntur singuli, non dici pluraliter tres.* Certum est Augustinum non velle ea quæ relativè dicuntur ad invicem, in eo sensu ad singulas Personas pertinentia esse, sicut est de ratione singularum Personarum, quidquid de ratione essentiæ est, quod est co[illegible]a fidem & definitionem Cap. *Firmiter*, & Cap. *Damnamus* de summa Trinitate; sed quòd quælibet Persona, secundùm quod relativè dicitur, tanquam propriè ad se solum pertinens differat ab alia, ideòque ait, quo relativè dicuntur *dici propriè in illa Trinitate distinctè ad singulas pertinentia*: Subsumo: secundùm Augustinum & veritatem fidei secundùm aliquid ad Patrem pertinens, & quod non est in Filio, non est formaliter ipsa Deitas, ergo aliquid distinctum ab illa. Major patet, Min. prob. Nam Deitas formaliter est in Filio, sicut in Patre: ergo si illud quo differt Pater, & quod ad se propriè pertinens est, non est in Filio, illud non est formaliter Deitas, implicat enim esse in Filio, & non esse in Filio. Prob. eadem Min. *secundò*: Secundùm quod convenit Pater cum Filio, non est id, secundùm quod differt à Filio, sed convenit Pater cum Filio in Deitate: ergo Deitas non est id, quo Pater differt ab illo. Ergo aliquid quod est à Deitate distinctum, imò nisi per infinitatem essentiæ identificarentur illi proprietates personales essent omninò distinctæ, etiam in tertio, quia Paternitas, & Filiatio sunt primò diversa, ut videre licet 1.d.13. & 26. apud Scotum.

Probatur quintò ex Libro XV. de Trinitate. Cap. 3.

409. *Superiorum confirmatio.*

HOc Libro c.3. conficit omnium superiorum librorum epilogum, & de iis, quæ in quinto dixerat, & suprà num. 402. à nobis, quæ ad propositum erant, relata sunt, hæc propter eos, quibus ideò videtur non eandem Patris, & Filii substantiam, quia omne quod de Deo dicitur, secundum substantiam dici putant. Rescribit & probat aliquid de Deo dici, quod non dicitur secundùm substantiam: *Demonstratur,* inquit, *non omne, quod de Deo dicitur, secundùm substantiam dici, sicut secundùm substantiam dicitur bonus, & magnus, & si quid aliud ad se dicitur: sed dici etiam relativè, id est, ad aliquid, quod ipse non est,* quæso, quare est aliquid quod ipse non est, nisi quia illud relativè dictum, v. gr. Paternitas non est formaliter ipsa Deitas, cùm non sit verisimile, si illa esset formaliter Deitas, quomodo illud ipse non esset, cum sit formaliter Deus, & Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, & qui, cùm sit totum, quidquid de Deo diceretur, non ad se diceretur, totum siquidem quod est Pater, quod est Filius, nihil est nisi formaliter ipsa Deitas, quæ ad se dicitur, & sic maneret argumentum eorum, qui eò, & gignere & gigni, vel genitum esse & ingenitum, diversa sunt, contendunt substantias esse diversas, vel si est aliquid aliud, quod non est ipsa Deitas formaliter, jam illud est distinctum ab illa, & habetur intentum. Hactenus ex Augustino de distinctione Naturæ divinæ, & Hypostaseων, seu proprietatum personalium.

ARTICULUS II.

In quo

Probatur ex Augustino distinctio aliqua inter Essentiam, & Attributa divina. Ex lib. XV. cap. 5.

410. MUlti ex *Scotistis*, & ipse Doctor *Subtilis* 1.d.8.qu.4.nu.6. ad probandam secundam hanc producunt & provocant ad Augustinum lib. 15. de Trinit. c. 5. dicentem: *Si dicamus æternus, immortalis, incorruptibilis, immutabilis, vivus, sapiens, potens speciosus, justus, bonus, beatus, spiritus, horum omnium novissimum, quod posui videtur significare substantiam, cætera verò hujus substantiæ qualitates.* Hucusque benè, sed nunquid dicent Adversarii quòd Augusti-

nus ibi disputativè, non assertivè illa loquitur, imò potius videtur negare, & contradictorium illius asserere, nam mox subdit: *sed non ita est in illa ineffabili simplicique natura. Quidquid enim secundùm qualitates illic dici videtur, secundum substantiam vel essentiam est intelligendum.*

411. *In Deo nullū est accidens.* Propter hoc videndum est quid hic asseverat, quidve neget Augustinus, ubi certum imprimis est S. Doctorem à Deo proscribere omne accidens, sic expressè lib. 5. de Trinit. c. 2. *Alia*, inquit, *qua dicuntur essentia, sive substantia, capiunt accidentia, quibus in ea fiat, vel magna, vel quantacunq; mutatio; Deo autem aliquid ejusmodi accidere non potest, & ideò sola est incommutabilis substantia, & essentia, quae est Deus.* Et c. 4. *In Deo nihil secundùm accidens dicitur, quia nihil in eo mutabile*, nec tamen omne (quod bis hoc capite repetit) quod dicitur, secundùm substantiam dicitur, confirmat deinde lib. 7. de Trinit. c. 5. ostendens res mutabiles, & non simplices propriè dici substantiam, quia ut subjectum substant accidentibus, *sicut color, aut forma in corpore, at nihil in Deo esse velut in subjecto, & nefas est dicere ut subsistat, & subsit bonitati suae, atq; illa bonitas non substantia sit, vel potiùs essentia, neque ipse Deus sit bonitas sua, sed in illo sit tanquam in subjecto. Unde* infert *manifestum est Deum abusive substantiam vocari, &c.* Ex quibus quid dicendum elucet, videlicet Augustinum velle, *quando dicit, sed non ita est in illa ineffabili simplicique Natura*, non inesse Deo per modum accidentium, & formarum vel actuum informantium, quibus essentia subsistet ut subjectum, & quae illi dent denominationem formalem talem vel talem, seu actus informantes illam, & hoc ipsa docet litera ipsius immediatè ante locum cit. ubi ita quaerit: *Sed Bonitas & justitia numquid inter se in Natura Dei sicut in ejus operibus distant, tanquam duae diversae sint qualitates Dei, una Bonitas, alia justitia? non utique*, inquit, *sed quae justitia ipsa Bonitas, & quae bonitas ipsa beatitudo, &c.* puta per identitatem realem, ut sint rationes, quas non ab alio percipit Deus, ut dicatur sapiens, justus, bonus, sed ille de se est realiter omnia illa, & vicissim illa omnia sunt realiter ille unus Deus, ut egregiè *Augustinus* hoc libro 7. c. 5. & 6. ostendit, ergo [illegible] collatus Augustinus, quando ait: *Si dicimus sapiens, speciosus, justus, &c. spiritus bonorum potissimum, quod posius videtur significare substantiam*, etsi excluserit ibi qualitates, quae qualificant essentiam per modum formae informantis, non tamen exclusit rationes, quibus essentia jam metaphysice constituta dicitur talis per identitatem realem, & secundum substantiam.

Quomodo in Deo sint aliqua extra conceptū. Porrò omni sublata informatione, hac d[illegible] stingui ab e[illegible]a, prob[illegible]ur prim[illegible] per hoc *[illegible]orum novissimum*, qua[illegible] alia praedicata, quae cum il[illegible]o novissimo sunt unum quid realiter, non [illegible] tamen intra limi[illegible]n & conceptum illius formaliter, *videtur significare substantiam*, id est, essentiam & radicem, unde caetera hujus substantiae quasi qualitates originantur, & *substantia.* quia poterat subire alicui cogitatio de qualitatibus, quasi illae in Natura Dei, sicut in ejus operibus distantes & diversae essent, cujus namque statim dubium moverat, consequenter quòd essent actus Divinam Essentiam informantes, subjungit: *Non est ita in illa simplici Natura, quidquid enim secundùm qualitates illic dici videtur, secundum substantiam vel essentiam est intelligendum.* Ad eum prorsus modum, quo lib. 6. de Trinit. c. 5. quidem ait, & aliquoties repetit: *Deus substantia est, sicut autem substantia simul una cum Patre, & Filio, ita simul magna, & simul bona*, & simul sancta, & quidquid ad se dicitur. Lib. 7. autem c. 5. ait. *Manifestum est Deum abusive substantiam vocari*, non quod retractet, quae dixerat: lib. 5. sed quod non sit substantia talis, quae substet bonitati, sa[illegible], aliisque praedic[illegible]is secundi modi seu subjectum inhaesionis; sic esto in illa ineffabili simplicique Natura sint rationes multae, quae respectu substantiae, à qua emanant, non sint formaliter ipsa essentia, & radix, & fons earum perfectionum, sed sint ipsae formalitates, & praedicata consecutiva naturam seu essentiam praesupponentia, quae ideò attributa dicuntur, ex eo tamen quòd dicantur non esse qualitates in Dei Natura, quales Augustinus excludit ibidem, *Absit enim, ut spiritus secundum substantiam dicatur Deus, & bonus secundum qualitatem*, non dicitur, quod non sint qualitates, intelligendo per illas divinae Essentiae attributa realiter identificata, & distincta solùm formaliter, cùm hoc nihil aliud sit, quàm non esse formaliter illam substantiam, & ipsum fontem, unde pullulare cognoscuntur.

412. *Qua in Deo sit simplex multiplicitas, & multiplex simplicitas.* Confirmatur amplius, & probatur ex illo ipso Augustini textu: *Sed non est ita in illa ineffabili simplicique Natura.* Lege lib. 6. de Trinit. c. 4. ita scribit. *Deo autem hoc est esse, quod simplex est fortem esse, aut justum esse, aut sapientem esse, & si quid de illa simplici multiplicitate, & multiplici simplicitate dixeris, quo substantia ejus significetur.* Et c. 6. *Si autem quaeritur*, inquit, *quomodo simplex & multiplex sit illa substantia, animadvertenda est primo creatura quare sit multiplex, nullo modo verò simplex.* Atque mox de creatura corporea tractans, quare [illegible] nplex non sit, ait, quia partibus constat, [illegible] ue una pars major [illegible] minorve altera, item quòd in unoquoq; corpore, aliud sit m[illegible]gn[illegible]do, aliud sit color, aliud [illegible]gura, potest enim, ait, diminuta magnitudine manere idem colo[illegible], & eade[illegible] figura, & colore mutato manere eadem figura, & eadem magnitudo, & fi[illegible] [illegible]adem hun m[illegible]nente, [illegible] m[illegible] [illegible] eodem modo colo[illegible] [illegible] qu[illegible] [illegible]uque [illegible] d[illegible]can tur de corp[illegible] [illegible] & pl[illegible] [illegible] caeteris c[illegible] [illegible] : *Ac per hoc multiplex convincitur Natura corporis simplex autem nullo modo.* [illegible] sit a[illegible] creaturam spiritualem animam, quod in cor-

pori[s]

poris comparatione quidem simplicior sit, attamen omninò nec ipsa sit simplex, probatque quòd aliud in anima sit artificiosum esse, aliud inertem, aliud acutum, aliud memorem, aliud cupiditas, aliud timor, aliud lætitia, aliud tristitia, possitque & alia sine aliis, & alia magis, alia minus innumerabilia & innumerabiliter in animæ natura inveniri, unde *manifestum est*, inquit, *non simplicem, sed multiplicem esse Naturam. Nihil enim simplex mutabile est, omnis autem creatura mutabilis est.*

415. His dictis quibus caput sextum terminat, transeundo ad caput septimum dicta applicat ad Deum, quæ tu si legeris conferendo *Augustinum* cum seipso, videbis non obstante, quod multa in Deo inveniantur, & ex natura rei distincta, quæ multipliciter & real-non formal-uniter, ut sic loquar, de Deo dicuntur, & non ideò subverti simplicitatem unitatis divinæ: *Deus verò*, inquit, *multipliciter quidem dicitur, magnus, bonus, sapiens, beatus, verus, & quidquid aliud non indignè dici videtur, sed eadem magnitudo ejus est, quæ sapientia, & eadem bonitas quæ sapientia, & magnitudo, & eadem veritas, quæ illa omnia: & non est ibi aliud beatum esse, aliud magnum, aliud sapientem, aut verum, aut bonum esse, aut omninò ipsum esse.* Ergo ut redeamus ad textum Augustini, *sed non est ita in illa ineffabili simplicique Natura*, quo auctoritatem vocatam ex illo Scotistis præripere putabant, multiplicitas, & distinctio, quam Scotistæ cum Magistro suo inde probant, non obstat simplicitati, sed compositio, & mutabilitas, quia ut l. 7. *Ideò Deus dicitur simplex, sive non admittendo, quod habet, sive quia non est aliud, quàm quod in ipso est* consequenter quòd per illa verba, *non est ita in illo*, nō excludat simplicem multiplicitatem, seu distinctionem attributorum inter se, & ab essentia, sed partes componentes, & qualitates simplicitatem [illegible]icas, seu compositionis inductivas. Sequela prob. Ad quid *Augustinus*, si non vidisset in reali identitate eorum, quæ in Deo sunt, aliquam multiplicitatem, tam operosè circa hanc quæstionem, *quomodo simplex & multiplex sit illa Dei substantia*, simplicitati solam mutabilitatem & resolutionem ad alias & alias partes, & alterabiles formas, aut totalem earum privationem, quæ realem multiplicitatem & compositionem involvant opposuisset? quare non similiter & illam, quâ multipliciter dicitur Deus, attributorum multiplicitatem? atqui de facto non opponit simplicitati multiplicitatem, quæ est attributorum in identitate reali. Ergo. Major patet ex iis, de Augustino productis. Min. prob. cap. 3. l. 6. Filium unum esse cum Patre, secundùm unitatem substantiæ, adeòque Patri in simplicitate, in potentia, uno verbo, in omnibus æqualem esse, quæ de substantia ejus dicuntur, unicè ostendit per realem identitatem omnium eorum in Filio, quæ excepto relativo, reperiuntur in Patre, *Nam si*, inquit à simili, *virtutes, quæ sunt in animo humano, quamvis alio & alio modo singula intelligantur, nullo tamen modo separantur ab invicem, ut quicunque fuerint æquales v. g. in fortitudine, æquales sint & prudentia, & temperantia, & justitia. Si enim dixeris, æquales esse istos fortitudine, sed illum præstare prudentia, sequitur ut hujus fortitudo minus prudens sit, ac per hoc nec fortitudine æquales sunt, quando est illius fortitudo prudentior.* Et mox in Deo quasi à potiori identitatem recommendans, ait: *Quantò ergo magis in illa incommutabili æternaque substantia incomparabiliter simpliciore, quàm est animus humanus hæc se habent? humano quippe animo non hoc est esse, quod est fortem esse, aut prudentem, aut justum, aut temperatum, potest enim esse animus, & nullam earum habere virtutem. Deo autem hoc est fortem esse, aut justum esse, aut sapientem esse, & si quid de illa simplici multiplicitate, & multiplici simplicitate dixeris, quo ejus substantia significetur.* Ergo falsum est illam formalitatum multiplicitatem in reali identitate fundatam excludi ab Augustino à Deo, aut illius opponere simplicitati, sic reverà perperam multiplicem & simplicem diceret substantiam, neque quibus Dei substantia significatur ob realem identitatem cum illa, rectè vocasset simplicem multiplicitatem, & multiplicem simplicitatem: manet ergo noster Augustinus per hunc ipsum locum, qui Scoto & Scotistis sumpi posse videbatur. *Multiplicitas stat cum simplicitate, qualiter verificetur.*

Confirmatur multiplicitas in Deo personalis non resistit simplicitati unitatis, *nec quoniam*, inquit S. Doctor, *Trinitas est, ideo triplex putandus est, quia alioquin minor erit, Pater solus, aut Filius solus, quàm simul Pater, & Filius*: ergo à paritate rationis, neque multiplicitas attributalis, quia cum illa per identitatem realem attributorum inter se, & cum essentia æquales manent Pater, & Filius, ut patuit mox ex Augustino, ergo sicut non obstante multiplicitate personali Trinitas non est triplex, sed simplex, ita essentia per multiplicitatem attributalem non impeditur, quin Dei substantia perfectissimè maneat simplex: est ergo & simplex & multiplex, multiplex & simplex, ut habet Augustinus iterùm Epist. 102. ubi appellatur ab ipso *multiplex*, quoniam multa sunt, quæ habet; simplex autem, quoniam non aliud, quàm quod habet, est.

Probatur secundò ex eodem Libro VI Cap. IV & VI. Distinctio aliqua inter attributa.

414. *Attributa inter se distincta.* EX quibus proinde probatur Assertionostra quoad secundam partem secundò: Ubi est simplex aliqua multiplicitas, & multiplex aliqua simplicitas, ibi est ex natura rei sola realis non formalis identitas; atqui Augustinus loco cit. invenit in Deo simplicem multiplicitatem, & multiplicem simplicitatem. ergo. Minor patet hîc lib. 6. cap. 4. & 6. Maj. prob. Quia identitas formalis omni multiplicitati & distinctioni tam ex natura rei formali, quàm reali opponitur: ergo admissâ simplici multiplicitate & simplicitate multiplici non est attributorum & essentiæ identitas formalis.

Probatur tertiò ex Tomo VI. Lib. Augustini Lib. III. cap. VII. & X. De iisdem Attributis.

415. *August. confutat Maximinum Arianum & firmat doctrinam Subtilis Doctoris nostri Scoti.* COnfirmatur & probatur illa pars tertiò ex Tomo 6. Augustini lib. 3. cap. 7. & 10. ubi disputat contra Maximinum, is quod erat Arianus, negabat Filio Divinitatem, non capiebat enim, vel capere noluit, quia noluit credere juxta id, *Nisi credideritis, non intelligetis.* Isa. 6. 9. Quomodo si Pater simplex esset, Filius realiter distinctur à Patre, cum eodem unus & idem Deus esset ideòque solum Patrem Deum ponebat fretus hoc argumento: Si Filius, & Spiritus sanctus, qui sunt plures, ac distinctæ realiter à Patris persona, forent unus Deus cum ipso, essent partes in Deo, quia singuli participarent divinam Naturam, participando partirentur in partes: participare enim est partem accipere, hunc itaque paralogizantem, ut efficaciùs confutaret, assumpsit Maximini confessionem & propositionem, quæ erat: *Dominus Deus tum genuit, Deus Deum genuit, Rex Regem genuit, Creator Creatorem, bonus bonum genuit, sapiens sapientem genuit, clemens clementem, potens potentem.* Et postea cap. 10. *Tu dixisti unum Deum non ex partibus esse compositum, & quia de Patre hoc vis intelligi: Ille, inquis, virtus est ingenita, simplex, & tamen* adverte, qualiter ex concessis stringat & prosternat Maximinum (*in hac simplici virtute. quàm multa commemoraveris, vide:* nam superiora verba tua sunt, Deus Deum genuit, Dominus Dominum genuit, Rex Regem, Creator Creatorem, bonus bonum, sapiens sapientem, clemens clementem, potens potentem, *cur ergo in virtute simplici: quod est Deus, non timuisti tot connumerare virtutes?* Indubie cum *Augustinus* arguat contra *Maximinum* ad hominem supposuit, quòd poneret in Deo Maximinus illas virtutes ut distinctas, quia, inquit, non timuisti tot connumerare virtutes, & tamen non ut partes, pluralitas ergo non tollit simplicitatem, si illa plura partes non sint, ut rectè Doctor Subtilis d. 8. qu. 4. num. 20. ait: Quòd August nus ibi arguit, quod si in eodem sine compositione & pluralitate possunt esse multæ perfectiones simpliciter: ergo multò magis possunt esse tres Personæ in Deitate sine compositione & partialitate, verba Augustini clara sunt: *Numquid bonitas, & clementia, & potentia Patris partes unius sunt virtutis quam simplicem dixisti? Si dixeris quia partes sunt, simplex ergo virtus ex partibus constat, & simplex ista virtus te definiente unus est Deus. Unum ergo Deum ex partibus compositum esse dicis. Non dico, inquis, non sunt ergo partes, & tamen quatuor sunt, & una virtus est, eademque simplex.* Tandem ita concludit contra Maximinum: *Si ergo in una Patris persona & plura invenis, & partes non invenis: quantò magis Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, & propter individuam Deitatem unus Deus est, & propter uniuscujusque proprietatem tres Personæ sunt, & propter singularem perfectionem partes unius Dei non sunt.* Quale argumentum esset illud, inquit *Subtilis* l. c. Si attributa tantùm differrent per relationes rationis, & Personæ distinguerentur realiter. non enim sequitur si relationes rationis non faciant compositionem, ergo nec relationes reales. Ita ille; & meritò, quia aliter malè refelleret & retorqueret perfectionum pluralitatem contra Maximinum, qui, nisi intelligeret pluralitatem in re, *Maximinus* uno verbo *Augustinum* refutare potuisset dicendo, quid mihi cogitationem pluralitatis obtrudis? Illa plura, quæ in persona Patris posui, inferunt dantaxat pluralitatem rationis, quæ simplicitati non officit, quin à pluribus ut illa consistat, ponitur in Deo, tu verò personam Patris, & Filii, quæ unam Divinitatem participant, realiter distinguis, adeòque propositionem assumis, quam nunquam concessi, in virtute simplici me multa commemorare dicis, quæ plura non sunt, sed solùm cogitantur esse, adeòque nec partes esse possunt in quales, quia plura realiter eandem naturam participando partiri videntur, & ideo partes non simplicitatem unitatis tua infert opinio, non mea: ergo ex eo quòd non Augustinus plures perfectiones poni à Maximino in Deitate Patris aliquo modo vere & ante intellectum nostri operationem distinctas, nec id *Maximino* vel à verbo negavit. nec etiam ex eadem argumentum, *In hac simplici virtute quàm multa* [illegible] *quàm multa commemoraveris, vide,* Si ibi plura invenis, & partes non invenis, ergo cum non

[illegible] sola [illegible] ne distincta vol[illegible], sed à parte [illegible] um essent plura non [illegible], hoc est, non realiter disti[illegible], [illegible] idem *Maximinus* in Deo posuit d[illegible]ionem rea[illegible]m, imò negavit talem, perspicuum est quod Augustinus admittens [illegible] mittente plures per[illegible]ctiones [illegible] cum Maximino negante [illegible] stinctionem, quæ tamen [illegible] sit, ergo distinctionem ex natura rei formalem.

Probatur quarto ex Libro LXXXIII. Quæstionum, Q. XLVI.

416. Ulterius probari potest intentum nostrum per Augustini auctoritatem lib. 83. Quæstionum. Q. 46. ubi [illegible] adeò perspicuè distinctionem [illegible] inter divinas ideas asserere vid[illegible], ut & D. Thoma[illegible] [illegible] p. q[illegible] a. 2. ubi d[illegible] verbis [illegible] *[illegible] ponere plures ideas in Deo*, [illegible] men e D. Thomæ, & d[illegible] eis ex profe[illegible] Tom. 1. parte [illegible]. Cont[illegible] vide [illegible]nstitu[illegible], a[illegible] pr[illegible]dent[illegible] deci[illegible]one, sicut & [illegible] Cont[illegible] q. 2. 4. num 2. 6 [illegible] D[illegible], L[illegible] remittitur, [illegible] Augustin[illegible] di[illegible]is: *Sunt namque ideæ principales quadam formæ vel [illegible] rerum, stabiles atque im[illegible]biles [illegible] formata non [illegible]nt, &c. Restat ut omnia ratione [illegible] condita, nec eadem ratione homo, quâ equus, hoc enim absurdum est existimare: singula igitur propriis sunt creata rationibus.* Ubi S. *Augustinus* perspicuè disting[illegible] rationem ideandi hominem [illegible] id[illegible] equum [illegible] ut si per impossib[illegible] hy[illegible]sis demp[illegible] appareat [illegible] probetur distinctio ex natura rei [illegible] rectè adducitur, si inquam per impossibile non [illegible]tetur in Deo idea eq[illegible] [illegible] ideâ hominis, Deus esset p[illegible]ivus [illegible], ac [illegible] satis [illegible] hoc [illegible] vus h[illegible] exe[illegible] [illegible] quòd illi d[illegible] [illegible] ra[illegible]tion in[illegible]. D[illegible] Augustin[illegible] di[illegible]: *Has autem rationes ubi arbitrandum est esse [illegible] in ipsa mente Creatoris? non enim extra se quidquam intuebatur, ut secundùm illud constitueret quod constituebat: nam hoc opinari sacrilegum est.* [illegible] quibus [illegible] p[illegible] argum[illegible] [illegible] in De[illegible] seu [illegible] te d[illegible] idea[illegible] hominis, & idea [illegible] & [illegible] A[illegible] idea hominis no[illegible] [illegible] qui, hoc enim inquit *est absurdum existimare*: ergo conc[illegible] pro distinctione [illegible] ex natura rei. Non siquidem al[illegible] distinctioné ad d[illegible] candas ideas in mente Creatoris locus esse po[illegible] [illegible] quia [illegible] quit rem [illegible] [illegible] eandem [illegible] idea aut[illegible] hominis semper [illegible] ab idea equi non [illegible]. Sed de ideis videamur dicta suo loco. *Argum. ab ideis quid valeat, vide Tom. 2.*

ARTICULUS III.

In quo

Proponuntur, & expenduntur auctoritates Augustini apparenter in oppositum faciente.

417. Referunt & opponunt auctoritates Augustini in contrarium, & tales quidem quibus omne [illegible] præcludunt Scotistis ad [illegible] [illegible] talem at[illegible]tributorum cum divina essentia, & in[illegible].

Primò adducunt Augustinum lib. 5. de Tri[illegible] c. [illegible]. *Non aliud est Deo esse, [illegible] aliud magnum* [illegible] hoc illi idem [illegible].

Secundò, Lib. 6. de Trin. c. 4. *Deo hoc est esse, qu[illegible] [illegible] esse, aut justum esse quo[illegible] esse.* [illegible] *Non aliud [illegible] Deo esse, [illegible] aliud esse magnum vel bonum esse* [illegible] ubi [illegible] non est [illegible] vi[illegible] & [illegible]. Et [illegible]mus & summus [illegible], [illegible] a[illegible] vivere, & [illegible] gere, hoc vivere, [illegible] num om[illegible] tanquam verbum [illegible], cui non dea[illegible], & [illegible] quædam omn[illegible] que [illegible] D[illegible] [illegible] vi[illegible] [illegible] [illegible], sicut [illegible] num [illegible], cum quo un[illegible].

Tertio ex [illegible] de Trin. c. [illegible]. *Non alio magnus, alio [illegible] [illegible] quo Deus, q[illegible] non aliud est illi ma[illegible] [illegible] aliud Deum [illegible]* [illegible] *esse quo [illegible] est a[illegible] lind [illegible] esse* [illegible] est, q[illegible] [illegible] quod Deum [illegible].

[illegible] eademque res [illegible] dicatur [illegible] immortalis [illegible] incorruptibilis [illegible] bilis.

bilis: itemque cum dicitur vivens intelligens, quod est utique sapiens, hoc idem dicitur. Non enim percipit sapientiam, qua sit sapiens, sed ipse sapientia est, & hac vita, eademque virtus sive potentia, eademque species qua potens & speciosus, dicitur. Et ca[illegible] *Non est aliud sapientia ejus, aliud essentia, cui hoc est esse quod sapientem esse.*

Quintò in Quæstiuncula de Trinitate, *Deus, eo ipso quo est, vivit, intelligit, & eo quo intelligit potest, quia simplex Deitatis Natura, unum habet esse, vivere, & omnia posse.* In hisce locis [illegible] demonstrativus *eo ipso*, & *eò*, & relativus *quo*, rationem formalem omnibus prædicatis, unam per quam res est, indicant: [illegible] si Deus est, quo intelligit, quo potest, quo bonus [illegible], planè non intelligit, potest, & bo[illegible] unde seu per rationem formalem [illegible] entia distinctam, qui[illegible] non sufficit vulgaris illa Scotistarum responsio, ejusmodi auctoritates in[illegible] realem duntaxat [illegible] tem cum divina Essentia non autem formalem; contrarium enim [illegible] ostendunt loca allata, quibus dicit *Augustinus*, non aliud sapientiam, quàm [illegible] sententiam, quod Deo sit esse, quod [illegible] pientem esse, *non alio* magnum, *alio* Deum [illegible] *sed eo* magnum *quo* Deum, ubi ut hasce auctoritates ratione [illegible] memus, particula *non*, [illegible] signans [illegible] naturæ, non suadet [illegible], sed ut signanter [illegible] ligitur ex [illegible] rationali adversante *sed* etiam formalem Sco[illegible] distinctionem excludendam esse, [illegible] de hoc quantum ad attributa divina inter [illegible] & [illegible] est [illegible] Sco[illegible] iste [illegible] vincun[illegible] per [illegible] dem auctoritates, quibus suam di[illegible] ctionem probant relationes divinas inter & essentiam nam sicut Augustinus dicendo suprà l. [illegible] c. 1 & [illegible]. *Non eò Pater quo Deus est, nec eò Verbum quo sapientia est*, negare videtur identi[illegible] concedit, non autem negat nisi id[illegible] titatem formalem: ergo quòd ill[illegible] negari non p[illegible] consequ[illegible] a est [illegible] lata, aliàs etiam deberet negare, quòd eò Deus est, quò magnus, sicut negat, quòd eò Deus, quo Pater, eam ob nullam [illegible] rationem negat, quod eò Deus, quò Pater, nisi quod non [illegible] identitas formalis inter Deum & Paternitatem, consequenter si esset talis non identitas inter Deum & magnitudinem, & [illegible] illius, deberet negare quod eò Deus, quo magnus. A primo [illegible] ad ultimum, [illegible] ulla [illegible] D[illegible] inter essentiam & attributa, [illegible] in se ipsa attributa [illegible] ederi [illegible] rationis, [illegible] Augustinus [illegible], quatenus [illegible] bus apprehendimus, [illegible] m, quò essentiam, nec bonitatem, quò ju[illegible] am, consequenter sicu[illegible] illa in creaturis ce[illegible] nimus distingui ob intellectus nostri limitatam activitatem, quasi dividendo divinam Essentiam in varios conceptus objectivos ob summam ejus eminentiam in Deo formaliter indistincta, distinguimus.

Respondetur primò generatim. *Augustinus* explicatur & retunditur in ad[illegible] erarios & quòd si quid allata loca probarent, nolentes *Scoto* adstipulari cogantur, & æquè præju[illegible] icent distinctioni virtuali sive rationi ratiocinatæ inter Essentiam & Attributa ab illis assertam.

[illegible] Videamus er[illegible] quid sit contra Sco[illegible] istas p[illegible] ctum nihil o[illegible] no, cum omnes istæ [illegible] ritate quas non [illegible] ac A[illegible] versarum ut san[illegible] & Catholicas veneramur, & acceptamus, non a[illegible] am vim habeant, quàm acceptam ex illo lib. 7 de Trinit. cap. 2. & 4. *Non eo* [*P*]*ater quo Deus, non eo Verbum quo sapientia.* Ex qu[illegible] Scotistæ non identitatem probant inter e[illegible] [illegible] lationem proinde per hunc: [illegible] *tamen e*[illegible] *magnus quo Deus*, ut in argumen[illegible] [illegible] ctum [illegible] lam non identitatem excludere tenentur, [illegible] nime stringit, imò [illegible] m dudum ipsemet Doctor Subtilis [illegible] d. 8 qu. 4. nu. 2[illegible] hoc ibi [illegible] bjecit, & Aug[illegible] st[illegible] [illegible] cando, optime & triplices solutio[illegible] q[illegible] n, u[illegible] [illegible] ponso g[illegible] erali [illegible] corum verborum [illegible] non [illegible] *eiusdem rationis* [illegible] ud *quo* [*P*]*ater est* & *quo* [*D*]*eus est*, q[illegible] a [illegible] c est e[illegible] [illegible] non [illegible] le, & *tamen eo magnus & sapiens quo Deus*, quia om[illegible] [illegible] qua di[illegible] e, [illegible] n [illegible] tes[illegible] ex d[illegible] u distinctione formalis inter essentiam, & attributa [illegible] alis reperitur inter Deum, & Pater[illegible], [illegible] ex distinctione reali Relationum di[illegible] arum, qualis non est inter prædicata essentialia & attributa, stat, quòd [illegible] am [illegible] pe[illegible] on[illegible] u[illegible] tæ & essentiales, quàm notionales & relativæ formaliter ex natura rei a divina Essentia distinguantur, proinde quando audis quòd sint essentiales, non tibi subeat [illegible] ta[illegible] o, quòd sint dantes esse essentiale, qui sic non [illegible] ibi d[illegible] ctio ex natura [illegible] d[illegible] ua[illegible], quia communes tribus Personis, & [illegible] a per[illegible] eo tamen *Deus*, quo sapi[illegible] loquitur d[illegible] quasi [illegible] t secundum [illegible] a[illegible] tam e[illegible] divinam & [illegible] e [illegible] m[illegible] ptam o[illegible] per[illegible] ione a[illegible] ad e[illegible] ctan[illegible] & sic ve[illegible] nu[illegible], *quo* [illegible] *De*[illegible], *quò sapiens*, quia de qu[illegible] q[illegible] sit Deus [illegible] q[illegible] & totalem [illegible] n pe[illegible] rum [illegible] qu[illegible] [illegible] Et v[illegible] um [illegible] q[illegible] ater, q[illegible] qu[illegible] [illegible] n[illegible] o[illegible] nale [illegible] Pa[illegible] d[illegible] quocunqu[illegible], d[illegible] quo

possit

Optime doctrina Scoti notanda.

potest prædicari, quòd sit Deus, cùm non possit prædicari Filio, & Spiritu sancto, ut patet, hæc doctrina plenissimè tollit robur argumenti, cui frustrà innitebantur Adversantes *Scoto*, qui per illud ipsum, quod ipsi objiciunt, etiam nolentes in suam traxit opinionem, si quid enim argumentum urgeat pro ea, quâ assumunt parte, nobiscum necessariò in distinctionem aliquam inter essentiam & relationes, consequenter & in discrimen aliquod rerum & non fictitium inter perfectiones attributales, in quibus omnes conveniunt, ex una parte & relativas proprietates, quibus differunt ex altera parte, quod conspirent oportet. *verum*, non *fictitium* dico, compertum enim est, cùm in tali discrimine quasi fundetur SS. Trinitatis mysterium, ut ratione illius componantur varia enunciata de Deo, quæ alioqui contradictoria forent, ut quod relatio multiplicat Personas non essentia, hæc verò det unitatem Naturæ, non relatio & similia, quæ per distinctionem rationis minimè salvari possunt, meritò igitur Augustinus ait, *Pater non eò Pater, quò Deus*, quod, cùm in Paternitate spectetur proprietas personæ, in Deitate unitas aliis Personis communis, non satis solidè explicant alii de distinctione rationis ratiocinatæ: *Primo*, quia talis multiplicitas & distinctionis completa actualitas intellectus nostri poscit operationem, quæ ad soliditatem sacræ doctrinæ nihil confert, neque illam hostes SS. Trinitatis curarunt, imò talem concedebant, distinguique in Deo tres Personas per Deitatem sic vel sic comparatam, & aliter atque aliter secundùm nostrum imperfectum concipiendi modum nominatam. *Secundo* detur adversariis quod non sit alia distinctio divinam Essentiam inter & relationem quàm rationis ratiocinatæ, & virtualis, eaque solùm innuatur à S. Augustino per hoc: *Pater non eò Pater, quò Deus*, ergo per hoc: *tamen eò magnus quò Deus*, redit & retorquetur argumentum, quale urgent contra Scotistas, nimirùm quòd neque detur illa distinctio rationis ratiocinatæ, seu virtualis inter Deitatem, & attributa illius, quod ut alibi visum est, est contra meliores Thomistas, qui unanimi consensu docent distinctionem rationis ratiocinatæ, seu virtualem inter attributa & divinam Essentiam.

Respondetur secundò ad singula sigillatim ad mentem Augustini, & opinio Scoti magis roboratur.

419. EX his, quamvis omnium solutio abundè habeatur, quia tamen loca allata objiciunt in oppositum, haud memores, quod illa cum aliis suprà productis conciliari debeant, ne videatur sibi contradicere *Augustinus*, cùm nimia exaggeratione quidam pro formali & omnimoda identitate adducunt, respondetur & ad singula sigillatim. *Primo* ad primum ex l. 5. de Trinit. cap. 8. ubi dicitur: *Hoc Deo est esse, quod magnum esse, & non aliud est Deo esse, aliud magnum esse.* Si inspiciatur benè illud cap. ... quid velit S. Doctor, & cum aliis in contextu conferatur, non esse contra nos, perspicuum est, sic enim ait: *Non de Patre solo, sicut illi perverse sentiunt*, puta Ariani, *sed de Patre, & Filio, & Spiritu sancto scriptum est*, Tu es Deus solus, magnus, &c. quo ampliùs per illum locum, *Nemo bonus, nisi solus Deus*, demonstrato mox subdit: *Quidquid ergo ad se ipsum dicitur Deus, & de singulis personis singulariter dicitur.* Et tunc: *Quoniam non aliud est esse Deo, aliud magnum esse, sed hoc idem est illi esse, quod magnum esse, propterea sicut non dicimus tres Essentias, ita non dicimus tres magnitudines, sed unam Essentiam, & unam magnitudinem*, in quibus nihil affertur contra nostram doctrinam, sed solum probat eandem magnitudinem esse in Filio, & Spiritu sancto, quæ est in Patre, nimirùm est in Patre, & Filio, & Spiritu sancto una eademque essentia, non tres essentiæ, ita in illis & una eademque magnitudo, quæ non contingenter est in eo, & separabiliter est in ... eam, sed ... bet idem existere, idem realiter esse quo existit ipse Deus, quam veritatem in opinione *Scoti* non minùs, quàm in quacunque alia salvari nemo dubitabit.

420. Ex quo etiam liquet, quid dicendum ad loca ex 6. de Trinit. cap. 4. 5. & 10. allata, Augustinum in istis loquendi formulis solùm exclusionem intendere illius distinctionis, quâ perfectiones Dei non essent ipse realiter Deus, ita expressè seipsum explicat ibi Augustinus dicens: *Humano animo non hoc est esse, quod fortem esse, aut prudentem, aut justum, aut temperatum, potest enim esse animus, & nullam istarum habere virtutum. Deo autem hoc est esse, quod fortem esse, aut justum esse, aut sapientem esse.* Causam ergo cur non sit animo humano fortem esse quod esse, assignat contingentiam & separabilitatem, seu non realem inclusionem earum qualitatum in animo humano, talis autem manifestè excluditur in Deo per identitatem omnium realem, non formalem, quia dicendo hoc est Deo esse, quod fortem esse, subdit cap. 4. *Et si quid de illa simplici multiplicitate, & multiplici simplicitate dixeris*, ergo per identitatem realem, ut ampliùs patet legenti cap. 5. & 6. ut fusè ostendimus suprà n. 411. 412. & 413. ad locum pro *Scotistis* defensum.

Ad locum ex cap. 10. ubi Augustinus subtiliter interpretatur hæc verba S. Hilarii *Æternitas in Patre, species in imagine, usus in munere*, ostendens in mente Hilarii trium Personarum, quæ ibi exprimuntur, in essentia unitatem atque imaginem, quâ intelligitur Verbum, in nulla parte dissimilem, sed ad identitatem

respon-

respondens ei cujus imago est.

Respondeo quod si primam & summam vitam, item per primum & summum intellectum intelligi velint rationem illam unde velut ex radice emanant reliquæ perfectiones divinæ, & quâ habita habetur conceptus essentialis Dei, & quâ non habitâ essentialis Dei conceptus non habetur, consequenter per illa ipsam substantiam Dei constitutivâ intelligamus, quod est ipsū Dei vivere vitâ intellectuali, & non pro attributo, certum est idem formaliter esse Deo vivere quod esse, item intelligere quod vivere, quia Deus est essentialiter substantia vivens, vitâ intellectuali perfectissimâ, de quo non est dubitandum, secùs est, si sumatur intelligere pro attributo, vel pro iis quæ elucent in illa Dei imagine, ut quæ, inquit, *tanquam Verbum perfectum, cui non desit aliquid, & ars quadam omnipotentis atq; sapientis Dei, plena omnium rationum viventium incommutabilium*, quod Scotistis favet, *& omnes unū in ea*, pura in imagine, *sicut ipsa unum de uno, cum quo unum*, subaudi, Verbum Deum unum de uno Deo Patre, quia in essentia & perfectionibus illius & Pater, & Filius, & Spiritus sanctus personæ realiter distinctæ unum sunt.

421. *Ad tertium* ex lib. 7. de Trinit. cap. 1. allatum, manifestè patet solutio ex ipsomet *Augustino*, ibidem, ubi probat Patrem non esse sapientem, sapientiâ genitâ, nec potentem Virtute genitâ seu Filio, qui juxta Apostolum 1. ad Corinth. *Est Dei virtus & Sapientia*, & hinc ait: *Quis audet dicere, aliud in Patre intelligi esse, aliud sapientē esse, ut nō hoc ipso sit, quo sapiens est, quod de anima intelligi solet, qua aliàs insipiens aliàs sapiens est, velut natura mutabilis, & nō summè perfectèque simplex.* & statim: *Quòd si Pater qui genuit sapientiam, ex ea sit sapiens, neq; hoc est illi esse, quod sapere, qualitas ejus Filius est, non proles est, & non erit ibi jam summa simplicitas, sed absit, ut ita sit*, quia verè est ibi & simplex essentia, hoc est ergo ibi esse, *quod sapere*. Et mox infert. *Quòd si hoc est ibi esse quod sapere, non per illam sapientiam, quam genuit sapiens est Pater.*

422. Ex quibus clarissimè patet *Augustinum* velle primò non intelligi in Patre aliud esse, aliud sapientem esse, sicut intelligitur alius Pater, & alius Filius, quia alioquin Pater saperet Filio seu sapientia genita, & ut S. Doctor ait: *Non ipse illam, sed illa eum genuisset*: ergo solùm inter Patrem & Sapientiam, qua sapiens dicitur, excludit distinctionem realem, ut aliundè patet ex exemplis, quæ ibi adducit de sapientia in anima, de candore & colore in corpore, quæ non per identitatem realem, sed contingenter insunt ac mutabiliter: unde ait, quod si Pater, qui genuit Sapientiam, ex ea sit sapiens, neque hoc est illi esse, quod sapere, *qualitas ejus Filius est, non proles est, & non erit ibi summa simplicitas*, quemadmodum ob eā dē causam anima non est simplex, &c. Ex his patet ad alia. Et illud ex cap. 6. quòd omnia illa nullatenus officiant doctrinæ Subtilis, quin cap. 2 libri illius expresse distinguit Verbum à sapientia.

Ad quartum ex lib. 15. de Trinit. c. 5. & 6. similiter quid respondendum in ipso patet *Augustino* cap. cc. si benè legatur: Igitur respondemus conformiter ad hîc dicta, & quæ suprà art. 2. n. 410 & seq. acta sunt, quòd ibi solùm probet & concludat identitatem realem, *Redegimus*, inquit cap. 6. *illa duodecim*, purà quæ suprà l. c. n. 410. adducuntur, *in paucitatem trium, sed eodem modo forsitan possumus hac tria in aliquod horum, nam si una eademque res in Dei Natura esse potest sapientia & potentia, cur non una eademque res in Dei natura esse possit æternitas & sapientia, aut beatitudo & sapientia.* Et suprà cap. 5. *Vivus, sapiens, potens, speciosus -- nomina quatuor, res autem una est*; Et cap. 6. *ac per hoc sicut nihil intererat, utrum illa duodecim, an utrum ista tria diceremus, quando illa multa in istam redegimus paucitatem, ita nihil interest, utrùm tria ista dicamus, an illud unum, in cujus singularitatem, similiter duo catera redigi posse monstravimus.* Quæ omnia verissima & conformiter ad doctrinam nostram excludunt istorum prædicatorum multiplicitatem realem, ad quam ut res & res realiter distincta censerentur, quod meritò reprobat S. Doctor dicens: *Res autem una est*, & omnia ista prædicata in unius redigi singularitatem, per quod autem exclusa multiplicitate reali in Deo omnia res una sunt, nisi quia est realis identitas, quâ formaliter multa realiter inter se identificata sunt, & hunc esse ibi intellectum manifestè ostendit ipse Augustinus hisce verbis: *Neq; sicut nos de illo percipimus sapientiam, ita Deus de aliquo* velut donum sibi extrinsecum, non ita est, *sed* realiter & intrinsecè *sua est ipsa sapientia*, quia re ipsâ, *quod est ipsi esse, hoc est sapientem esse*, rectè proinde dicitur c. 6. cit. *Non est aliud sapientia ejus, aliud essentia* ejus, alietate scilicet reali, quam refugit simplicitas divina, & non nisi inter solas personas reperibilis est.

Ad quintum denique quo dicitur *Deus eo ipso quo est vivit, intelligit, & eo quo intelligit, potest*, responsio est in promptu, quia Deus eo ipso, per illud ipsum esse, quà est, vivit, quia, ut suprà & Tom. 1. part. 2. Con[illegible] v. 9. qu. 2. n. 3. & qu. 7. per totum. Deus est essentialiter substantia vivens vitâ intellectuali perfectissimâ, deinde quo vivit, intelligit, sumendo intellectum non pro attributo, sed pro ipsa prima substantia intellectuali, quo intelligit, potest, quia posse & esse Dei realiter unum sunt. Sed de his satis superque. 424.

QVÆ-

QUÆSTIO III.

De mente & opinione S. Anselmi, de identitate & distinctione in Divinis.

SUMMARIUM.

1. *Anselmus Scoto consonus. per totum.*
2. *Relatio Spiritus sancti quare non sit essentia Patris, & vicissim. n. 425.*
3. *Eliditur effugium, & firmatur argumentum. n. 426. & 427.*
4. *Prima persona Trinitatis origine Pater, pro eo priori completè Deus ante filiationem. ibid.*
5. *Unitas simplicitatis relativorum excludit pluralitatem. n. 428. & seq.*
6. *Personarum pluralitas servatâ proprietate quare non inferat aliud ad invicem & plures Deos. Ibid.*
7. *Spiritum sanctum à Filio procedere irrefragabili probatur argumento, & inde opinio Scoti solidatur. n. 430.*
8. *Discrimen rationis nihil confert ad perfectiorem cognitionem realem obtinendam. n. 432.*
9. *Anselmus attributorum pluralitatem concludit. n. 433.*
10. *Deus physicè consideratus omnes perfectiones complectitur, & essentialiter est. Ibidem, & n. 434.*

B. Anselmus Abbas & Archiepisc. ANselmus ex Beccensis Monasterii Ord. S. Benedicti Abbate Archiepiscopus Cantuariensis, varia scripsit Opuscula, quibus haud obscurè præsentem tangit Controversiam.

ASSERTIO.

Doctrinam, quæ de distinctione inter Essentiam & proprietates hypostaticas controversa, in Anselmi scriptis subtiliter delitescit, Scotus Subtilis verbo & calamo expressit.

425. IDque primò probatur ex lib. de Processione Spiritus sancti, cap. 1. vel 2. si Prologum inter capita referas, Ubi sicut *Augustinus* Quæst. super. docet, expressè dicit, *Non idem significat nomen Patris & Filii, quod nomen Dei; non enim idem est, Deum esse, quod Patrem esse, aut Filium.*

Anselmi doctrina distinctionē Scoti infert. *Secundò*, ibidem de Personis comparatis ad Essentiam, quæ singulis communis est, ita discurrit: *Pater est Spiritus sanctus, Filius est Spiritus & sanctus, & Spiritus sanctus est Spiritus & sanctus; sed Spiritus sanctus prætereà est alicujus Spiritus, nec tamen Pater alicujus Spiritus, nec Filius alicujus Spiritus*, quia videlicet in Spiritu sancto est relatio ad Patrem, & Filium, quæ non est in persona Patris, & Filii ad Spiritum sanctum; atqui illa relatio Spiritus sancti, non est formaliter Spiritus, vel essentia Patris, & Filii, in quo unum sunt cum Spiritu sancto: ergo vicissim nec relatio illa formaliter est idem Spiritus, ut est in Spiritu sancto: ergo formaliter distinguitur ab illo: Assumpt. prob. Quia aliàs in qualibet ex Personis divinis essent & reperirentur formaliter omnes tres relationes. Sequela prob. Quia formalitas v. gr. Persona Patris esset ipsa realitas Spiritûs seu Essentiæ dicens formaliter omnes tres illas relationes & consequenter vicissim quælibet relatio esset formaliter essentia, seu spiritus, qui omnibus communis est, adeòque quod absurdum est, hæ essent veræ propositiones: Essentia vel *Spiritus producit, Spiritus producitur*. Spiritus namque dicit formaliter relationes, de quibus verum est in opinione Adversariorum quòd producunt, & producuntur, atque ut omittamus alia, *quòd relationes*, si essent formalissimè idem quod Spiritus & essentia, *sint rationes communes & essentiales*, non verò propriæ & *personales*, vel certè rationes constitutivas Filii, & Spiritus S. reperiri v. gr. in persona Patris, quia reperitur Spiritus adæquatè in Patre, qui est formalissimè omnes tres relationes facientes ad constitutionem essentiæ.

426. *Frustrà* respondent aliqui, quòd etsi realitas personæ Patris sit realitas essentiæ dicens formaliter omnes tres relationes, non tamen ideò illas ingredi constitutionem Patris, quia scilicet persona Patris non adæquatè sibi identificat realitatem essentiæ. Nam contra: In persona Patris reperitur adæquatè essentia, ergo & omnes tres relationes facientes ad constitutionem essentiæ, seu quidquid habet in se formaliter essentia. Conceduni quidem tres relationes esse in persona Patris, sed non in Patre, qua formaliter Pater est, sed qua Deus; ut sic enim tantùm adæquatè dicit essentiam, quæ cum sit formalitas illimitata nullam dicens oppositionem ad relationes, illas in sua formalitate formaliter includit. *Pater est tota essentia.* Jam vel hoc ipso junctis pedibus labuntur in

Scoti-

Scoti sententiam, quod v.g. intellectus perfectè concipiens concipiendo personam Patris ibi concipiat Naturam divinam, quæ qua Deus, non sit formaliter Pater, & vicissim qua talis quidem realiter, sed non sit formaliter Natura divina, vel in hoc abibunt absurdum, quod pro eo priori originis, quo Pater intelligitur producere Filium, & qua est prima persona in Trinitate, Filiatio habeat aut esse à se, sicut ipsa Deitas, vel pro eo priori & primitatis conceptu Pater non sit completè Deus, eò quòd intelligitur pro illo priori ex ordine & Natura hujus mysterii ante Filiationem, & ubicunque est ordo, cùm simul prius & posterius sibi contradicant, inter ea secundùm talem ordinem non est simultas, hæc siquidem negat prioritatem, & posterioritatem eorundem in eadem ratione: sicut ergo necessariò secundum ordinem originis prior & prima persona est Pater jam pro tali priori, si Filiatio esset formaliter Essentia, Pater non esset completè Deus, quod nemo dixerit.

427. *Secundò*, pro aliquo priori esset Filiatio, si ita loqui liceat, sine Paternitate. Prob sequela, quia pro eo priori, pro quo intelligitur Pater generare Filium, esset quidem completè Deus sine Filiatione, non quidem ut Deus, sed ut Pater, qua enim formaliter Deus, ut illi volunt, dicit Filiationem; quà verò formaliter Pater, Filiationem non dicit: ergo pro aliquo priori esset Filiatio sine Paternitate, quod similiter est absurdum. Sed quia de his parte 2. quæstio redibit, redeamus hîc & nos ad S. Anselmum, ex quo

428. Probatur secundò, cap. 2. vel si vis 3. lib. de Processione Spiritus sancti, ubi essentiæ unitatem ait excludere personarum proprietates relativas, quas pluralitatem appellat relativam, verba illius hæc sunt: *Unitatis simplicitas à se excludit pluralitatem, quæ est in relativorum nominum significatione*, atqui non excludit realiter, ergo formaliter, ergo & distinguitur ab illa pluralitate: patet, si enim sit formalissimè ipsæ plures relationes, jam formaliter includeret, non excluderet illas, cùm nihil excludat formaliter ipsum.

429. *Confirmatur*: *Confitemur*, inquit ibid. *quia Pater non est Filius, non est Spiritus S. nec Filius Pater aut Spiritus sanctus, nec Spiritus S. Pater, aut Filius, sequitur ergo alios ab invicem, & plures esse Patrem, & Filium, & Spiritum S. at Pater est Deus, Filius est Deus, & Spiritus S. est Deus.* Et statim ex his, quæ de fide sunt, periculum contradictionis quod fortè non nemo objiceret, contra unitatem præoccupat: *Quidquid igitur consequentiis si prædictarum personarum pluralit[illegible] suam servat proprietatem, quam Patrem, & Filium, & Spiritum S. plures Deos & alios ad invicem.* Cur rel[illegible]et & subd[illegible]t. *Sed hoc nullatenus admittit inviolabilis simplex adunitatis.* Et mox: *Sic repellit unitas essentia Dei relativorum consequentiam.* Sed dicat quomodo non admittit simplicitas, & qui illâ consequentiâ alla[illegible] à se n. repellit unitas essentiæ? nonne ut jam statim dixit, quia *à se excludit pluralitatem*, seu quia non est essentia formaliter ipsæ plures relationes, alioqui enim S. Anselmus nihil afferret ad solutionem consequentis, quod deducit ex proprietate personarum. Sed

430. Confirmatur 2. à paritate argumenti, quo nititur Anselmus contra Græcos, c. 9. vel 10. l. c. *de Processione Spiritus S.* probans Spiritum S. procedere à Patre Filioque: *Cum enim*, inquit, *Pater, & Filius non differant in unitate Deitatis: nec Spiritus S. procedit de Patre, nisi de Deitate: sed si eadem Deitas est Filii nequit intelligi, quomodo procedat de Deitate Patris per Deitatem Filii, & non de ejusdem Filii Deitate, nisi fortè quis dicat Spiritum S. non procedere de Deitate Patris, sed de Paternitate; nec per Deitatem Filii, sed per Filiationem, quæ opinio sua se patenti fatuitate suffocat.* Ergo à paritate desumpta ab identitate formali, si eædem formaliter cum essentia tres divinæ sint relationes, nequit intelligi, quomodo unitas essentiæ allatas consequentias impediat, & quomodo Filius procedat de Deitate Patris, & non etiam de tribus relationibus, consequenter Naturam producere, & produci, generare & generari, relationes esse communes & non esse, & similes, nec unquam cum suo explicito & implicito hæc inconvenientia, quæ sunt contra lumen naturale magis impedient, quàm Græci dicendo Spiritum sanctum procedere de Deitate quà Patris explicitè, non de Deitate Filii, qua Filius est, quæ implicitè quidem est eadem Deitas, sed tamen explicitè non concurrit ad spirandum Spiritum S. ergo veram aliquam distinctionem, quam SS. Patres insinuant, & *Scotus* in lucem referat, admittere coguntur, sicut enim argumentum Anselmi contra Græcos nihil valeret, nisi Deitas esset formalissimè Deitas Filii, adeò ut ex identitate Deitatis in Patre, & Filio convincat identitatem principii, processionis Spiritus sancti, ita si tres relationes sint formalissimè ipsa Deitas, valebit argumentum procedere de relationibus quod procedit de Deitate, &c. cùm secundùm Adversarios eadem sit identitas quantum ad templam, seu à parte rei inter Deitatem & relationes, quanta inter Deitatem Patris, & Deitatem Filii.

Argum. à paritate.

431. *Confirmatur* tertiò per hæc Ans[illegible]mi verba cit. nisi fortè quis dicat Spiritum [illegible]nctum non procedere de Deitate Patris, sed de Paternitate, nec per Deitate[illegible], sed per Filiation[illegible] ubi quamvis reprehen[illegible] eam opinionem [illegible] Spiritus [illegible]tus sit Deus de Deo, conseq[illegible]nter de Deitat[illegible] Pat[illegible], & [illegible] non de Pat[illegible]te & [illegible] tamen suppo[illegible] Deitatis a Paternit[illegible]te, &, ejusd[illegible] Deitatis in Filio à [illegible], alioqui aë[illegible] verberaret arguen[illegible]o opinionem de supposito non supponente.

ASSER-

ASSERTIO II.

Scripta D. Anselmi de Distinctione Attributorum inter se, & ab Essentia cum Scoti doctrina adeò symbolizant, ut si Anselmi non essent Scoti fierent.

432. PRobatur ex Prosologio Anselmi cap. 18. ubi cordis sui desiderta eructaos ignita ad Deum ejaculatur verba, & hisce in illo suaviando ait: *Quid es Domine, quid es? Quid de te intelliget cor meum? certè vita es* (meritò præmittit prædicatum, quia essentialiter est vita intellectualis, in qua reliqua prædicata de secundo modo dicendi radicantur) *Veritas es, bonitas es, beatitudo es, æternitas es, & omne verum bonum es. Multa sunt hæc. non potest angustus meus intellectus totum uno simultaneitu videre, ut omnibus simul delectetur*, causam ecce reddit earum multitudinem, quæ non subsisteret, si cunctæ perfectiones attributales sint una eademque indivisibilis formalitas objectiva, e sto distinguerentur rationis opera, nam ut Scotus sæpè cit. l. 1. d. 8. qu. 4. §. *Ad quid.* Si non est inter attributa discrimen nisi rationis, quod non facit ad habendam perfectiorem cognitionem realem de aliquo, tam perfectè videretur cognosci Deus, quantum ad omnem cognitionem realem, cùm cognoscitur sub uno attributo, quàm si cognosceretur sub ratione omnium attributorum, omnium tunc oculus intellectûs unam indivisibilem realitatem videns non solum non posset illam totam utpote indivisibilem uno intuitu simul videre: ergo ex mente Anselmi in Deo reperitur multitudo aliqua, quæ multiplices nostros conceptus anteeat, ita singula attributa ad sic vel sic, id est, secundùm singulas & proprias suas rationes formales conceptibilia obtutui nostro seu ut distincta sistant, non ab illo distincta fiant.

Simplex datur ex mente Anselmi in Deo multiplicitas.

433. Confirmatur ex iis, quæ statim subdit S. Episcopus: *Quomodo es Domine omnia hæc? an sunt partes tui*? Atqui huic quæstioni non daretur locus, si nulla sit vera distinctio inter formalitates attributales. Assumpt. prob. sublatâ distinctione nihil restat instar partium, & dicere an sint partes, ac componant, vel non componant, esset de supposito non supponente, quia non sunt nisi una & indivisibilis formalitas, de tali autem quæri non potest, componat ne an non: deberent ergo manere aliquæ formalitates distinctæ, & de sic manentibus inquiri, sintne partes, nec ne? Atqui ut ex sequentibus patet, *Anselmus* expresè ibi loquitur non tanquam de indivisibili formalitate, sed de distinctis: ergo supponit illa aliquo modo distincta. Major patet, Min. prob. Postquam enim dixisset id, quod partibus constat, non esse omnino unum, sed plura & realiter diversa, & actu dissolubilia quæ sunt aliena à Deo ad quæsitum de illis pluribus an componant, respondet: *Nullæ igitur partes in te sunt Domine, nec es plura*, scilicet realiter, *sed sic es unum quoddam & idem tibi ipsi, ut in nullo tibi ipsi sis dissimilis, imò tu es ipsa unitas nullo modo divisibilis: ergo* (concludit ut de pluribus) *vita & sapientia, & reliqua non sunt partes tui, sed omnia sunt unum, & unumquodque horum est totum, quod es, & quod sunt reliqua omnia*, ubi omnia unum sunt & unumquodque horum est totum, quod es, subaudi (tu Deus) ut ostendat se loqui de Deo quasi physicè, & materialiter intellecto, id est, quatenus perfectiones & prædicata tam absoluta, quàm relativa complectitur, quæ physicè acceptus essentialiter includit, sunt omnia unum realiter.

Simplex formalitas non componit simum.

Confirmatur ex *Anselmi* Monol. cap. 16. ubi sic: *Cùm igitur illa Natura nullo modo composita sit, & tamen omni modo tot illa bona sit, necesse est, ut illa omnia non plura, sed unum sint, &c.* negat compositionem ex actu & potentia, adeòque pluralitatem realem partium, *& tamen*, inquit, *tot illa bona sit*, per identitatem realem omnium bonorum, quæ Deus physicè consideratus in se essentialiter complectitur, unde docens omnes perfectiones de Deo sic sumpto essentialiter prædicari, subjungit ibi. *Quemadmodum ibique unum est, quidquid essentialiter de summa substantia dicitur, ita ipsa uno modo, una consideratione est, quidquid est essentialiter.* Et statim discriminans hominem à Deo, quod physicè quidem habeat corpus & animam, sed non sit quodlibet horum realiter totum id, quod est homo; Deus verò, cùm careat omni compositione reali, est verè omnia illa, quæ habet sub ratione actus ultimi. Itaque Anselmus in eo est, ut ostendat ex Essentia & perfectionibus attributalibus non componi tanquam ex substantia & accidentibus, & apertè constat ex verbis, quæ in fine refert: *Nihil dicitur quod de ejus essentia verè dicitur in eo, quod qualis vel quanta, sed in eo quod quid sit, accipitur. Quidquid enim est, vel quale vel quantum, est & aliud in eo, quidquid est, unde non simplex, sed compositum est.* 434.

Cùm ergo habeamus multa in Deo ex doctrina Anselmi, quæ tamen non sunt plura realiter, cùm non sint partes, neque extra identitatem realem eorum, quæ in Deo sunt, consequens est unumquodque attributorum sit realiter Deus, & Deitas realiter est illa, non formaliter, & idem ut concludimus cum eodem Anselmo in Prosologio c. 21. [illegible]

de æternitate ut distincta ab aliis concludit: *Quomodo nec tu habes partes, nec tua æternitas, quæ tu es, nusquam & nunquam est pars tua, aut æternitatem tua, sed ubique totus es, & æternitas tua tota est semper.* Et ita de cæteris in particulari nulla est pars, nulla potentialis, sed sub ratione actus ultimi, & hæc de mente Anselmi sufficiant.

QUÆSTIO IV.

Quid ad propositum censuerit S. Bernardus?

SUMMARIUM.

1. *Bernardi prærogativa.* n.435.
2. *Scoticæ doctrinæ amicus.* per totum.
3. *In Deo multa esse catholice tenetur.* n.436.
4. *Distinctio Scoti opponitur Gilbertinæ.* Ibid.
5. *Fidei, Scripturæ, Patribus probrosum multa catholicè dici ab illis de Deo, & tamen multa non velle intelligi.* n.436. 437. & seq.
6. *Bernardus truncate opponitur, integre restitutus sibi & pro Scoto luctatur. & argumenta in oppositum exsufflantur.* Ibid.
7. *Suprema Natura metaphysicè spectata est multa realiter; physicè verò pro Natura naturante, est multa etiam essentialiter.* n.441.
8. *Multa per intellectum fabricata de Deo verificari, non verificatur catholicè, imò nihil verificari est.* Ibid.
9. *Discrimen essentiam inter & hypostases statuit Bernardus.* n.442. & seq.
10. *Regia via incedendum, ut nec eatur ad dexteram, confundendo personas cum essentia, nec ad sinistram, illam realiter ab illa dividendo.*
11. *Trinitas, qui non sit in præjudicium unitatis, nec unitas in præjudicium Trinitatis?* n.444.
12. *Ex mente Bernardi mysterium Trinitatis supra, non contra lumen naturale est.* Ibid.
13. *Summa unitas & perfectissima est per solam identitatem realem.* n.445.
14. *Identitas formalis ex mente Doctoris Mellifluis non reperitur inter Hypostases, & Essentiam divinam.* Ibid.

435. *Bernard. Doctor mellifluus Virginis Deiparæ* Bernardus virtutis speculum, castitatis exemplum, vas à Deo electum, prærogativæ fuit specialis, Dei Matris, cujus cultor extitit specialissimus, & Virginis lacte pastus, quibuscum teneat in præsenti Theologorum lucta non convenitur, à Vasquez ereptum Tract. 1. Controv. 4. quæst. art. num. Sed Scotistis pro ea parte, quà Scoti doctrina cum Gilbertina temerè sociabatur, restitutum vidimus, atque ut constet, totum Scoti esse, fit [illegible]

ASSERTIO.

D. Bernardus Doctor inde mellifluus, unde Scotus subtilitate profluus, quantus distinctionis Gilbertinæ hostis, tantus Scoticæ extitit amicus.

436. PRo ea parte, quæ condemnat *Gilberti* dogma, vide si lubet acta Controv. 4. per totum, quòd amicus sit distinctionis *Scoticæ* in divinis assertæ, probatur primò ex illo loco lib. 5. de Considerat. ad *Eugenium* cap. 7. ubi postquam manifestè ostendit *Gilbertum* posuisse distinctionem realem inter divinitatem & Deum ipsum, accipiendo Deum pro persona, ut habetur in Actis *Synodi Rhemensis*, realem, inquam, quia ibi infert ex dogmate illius quaternitatem, quæ numeralem, consequenter realissimam involvit distinctionem inter Essentiam & personas, statim (ut incipiamus ab attributorum distinctione ab essentia & inter se) in hisce verbis: *Multa dicuntur esse in Deo, & quidem sanè catholicéque* eadem distincta, *sed multa unum*, quibus per particulam rationalem *sed* realem indicans identitatem illam distinctionem opponit distinctioni Gilbertinæ, secundùm quam ait: *Si diversa putemus, nō quaternitatem habuerit, sed centenitatem. Verbi causa; Dicimus magnū, bonū, justū, & innumera talia. Sed nisi omnia,* scil. quæ catholicè multa sunt, *unum in Deo, & cum Deo consideres,* ut Doctor Subt. & tota sua Schola cum Doctore Mellifluo hic, *habebis multiplicē Deum* multiplicitate simplicitati inimic, & q[...] cert[...] constituit conditionem compositio[...] necessariā, scilicet *ut sit aliquid quod non sit ipsum* v.g. nulla partium hominis est homo, simul tamen ad compositum, *ut sit*, conferunt, manentes semper obnoxiæ distinctioni realli contrariæ simplicitati, ut meritò Bernardus hic: *Tam non est merum simplex, quod vel uni obnoxium formæ,* puta [...] sive accidentalis, *quam nec* [...] *vel uni cognita vero* de quibus vide Tract. [...] Controv. 4. art. 1. non negat itaque S. Doctor multa in Deo simpliciter; sed talia, quæ ad [...] realem reduci nequeunt [...] ad [...] dicunt, quapropter subdit: *M[...] vero non deest, quid cogitem melius ejusmodi Deo tuo*

[illegible]

scilicet multiplici & composito. *Quæris quid?* loquitur ad hominem contra quem ibi scribit, scilicet Gilbertum, *Mera simplicitas*, inquit, *vero judicio natura simplex multiplici antefertur*: Atqui hæc mera simplicitas infertur ex summa identitate reali, ut visum est Tract. 3. & Controv. jam citatis qu. 1. art. 2. Assert. 2. §. 2. & non ex impertinenti illa identitate formali ut ibidem quæst. 2 per extensum, & amplius hîc ex ipso Bernardo: ergo exclusâ multiplicitate & distinctione reali etiam ad mentem Bernardi salvatur multiplicitas aliqua formalis. Conseq. patet, non enim multa quæ realiter unum sunt, dicerentur in Deo & quidem *sanè & catholicè*, si non sint verè multa, seu non nisi per cogitationem & fictionem mentis nostræ fierent. Imò potius nulla, nulla prorsus esset dicenda multitudo, ergo. Anteced. prob. primo à paritate: Deus non potest dici *sanè & catholicè* corporeus & materialis, aut habere corporeas & materiales formalitates, esto cogitetur ut corpus: ergo neque catholicè dici potest habere multa, aut in illo multa esse, esto cogitentur in illo multa præsertim in opinione Adversariorum, qui ex qualibet multitudine compositionem effingunt. *Probatur* idem Anteced. secundò: Esse *sanè & catholicè* multa in Deo, est esse verè ex natura rei, & non fictè, neque per mentis operam; atqui secundùm *Bernardum* dicuntur multa esse in Deo *sanè & catholicè*, non autem multa realiter, non enim loquitur sanctus Doctor ibi de personis, cùm statim subdat: *Alioquin si diversa putemus non quaternitatem habuerit, sed centenitatem, ut cum dicimus, magnum, bonum, justum, & innumera talia*: ergo dicuntur multa in Deo formaliter. Major, quòd multa catholicè esse, quæ realiter unum sunt in Deo, sit esse verè ex natura rei formaliter multa, probatur: quia quidquid sine figura plane, sanè & catholicè est, dicitur & creditur, non pendet à conceptibus nostris, sed ab eo, quod res, quæ dicitur & creditur in se ipsa intrinsecè est, sive concipiatur, sive non, alioqui si multa in Deo, sicut non sunt multa realiter, ita neque essent multa ex natura rei formaliter, jam sequeretur dici catholicè multa, quæ reverà & à parte rei non essent multa, sed opposito modo se haberent, quam catholicè dicerentur, quod est absurdissimum, fideique probrosum, cùm quidquid sanè & catholicè dicitur, consistit vel in verè esse, vel non esse: nec sine calumnia quis dicet illum terminum aliud innuere, præterquam *quod est vel non est*, &c.

Sanè & catholicè esse & dici mentis fictionem excludit.

437. *Confirmatur* primò: Quia non solùm SS. Patres, sed & ipsa sacra Scriptura posset redargui quòd loquatur de perfectionibus ac attributis Dei tanquam de pluribus, & tamen velle q[illegible] non sint plura, sed unam eandemque indivi[illegible] em rationem esse pluribus nominibus voc[illegible] ibus aut mentalibus à viatoribus non in[illegible] bile n, jam quid quæso ad salvandam auctoritatem Scripturæ & Patrum, si neges omnem ex natura rei pluralitatem, respondebis, cùm præstaret potiùs simpliciter negare, quàm asserere, quòd in Deo multa sint, & tamen à parte rei nulla sit multitudo: ideò namque Scriptura, & sancti Patres absolutè negant Deum esse materialem, esse compositum, corruptibilem, quia nulla in eo est materialitas, nulla compositio, corruptibilitas nulla: ergo similiter si nulla sit in eo multitudo, dedecet eam de illo asserere, quidquid enim à parte rei in Deo non est, ideò non est, quia cum dedecens est, per consequens indecenter Patres & Scriptura attributorum multitudinem assererent de Deo, signanter dicendo illa sanè & catholicè multa dici.

438. *Confirmatur* secundò: *Bernardus* illo termino *catholicè* ibidem sacramento pythagorico sanctius utens, ait: *Securus loquor, ne is quidem*, subaudi Deus, *qui vel duplex est, erit meus. Habeo enim meliorem, hunc numeroso & multiplici antepono, plane præ simplici sperno, meus Deus ipse catholicè est*. Atqui non minus sanctè ibidem pronunciat, *multa dici*, catholicè & sanè *esse in Deo*, ergo. Minor patet; In utroque loco dogmaticè & æquè procedit assertivè sine tropo, sine metaphora citra omnem mentionem & recursum ad extrinsecam mentis in Deo multa cogitantis & præscindentis operam: & esto multa catholicè dici possunt, quatenus non sunt contra fidem, esto neq; se sint de fide, ut patet de his ipsis sententiis tantoperè inter catholicos Doctores agitatis, & de plurimis aliis; quæ oppositas constituunt scholas, quando tamen illæ voces (*catholicè & sanè*) proferuntur cathegoricè sine additio & ordine ad intellectûs negotiationem, sed absolutè de esse & non esse dicendo, *hoc sanè & catholicè est, vel non est*, præcipuè ubi tractatur de Deo contra hæreticos, ut in præsenti Tractatu à Bernardo, dum dicit: *Multa dicuntur esse in Deo, & quidem sanè & catholicè*, catholicè, inquam, quia illa multa sunt realiter unum, tum non pro relatione, aut esse rationis Deo extrinseco & impertinente ad intrinsecas perfectiones, sed pro vera aliqua multitudine perfectionum attributalium, quæ realiter unum sunt, adeòque identitatem & unitatem minimè lædunt, accipiendum venit: Atqui Bernardus non ait multa in Deo catholicè cogitari, sed multa catholicè esse in Deo, non ut compertum secundùm multitudinem realem sint, ergo multa secundùm aliquam minorem nempe multitudinem formalem, ut v. gr. sapientia in Deo realiter quidem, sed non sit formaliter justitia Dei, bonitas Dei, non sit formaliter omnipotentia Dei, & sic quoad alia attributa Dei, & perfectiones simpliciter simplices, quæ à parte rei & actualiter secundùm proprias eorum rationes formales in Deo inveniuntur, ita ut Deus denominetur formaliter sapiens per sapientiam, non per justitiam, bonus per bonitatem

Bernard. non salvatur nisi per locutionem dogmaticâ & de plano, sine recursu ad negotium intellectus.

tatem, non per omnipotentiam, &c. neque hæc: *Deus est sapientia*, sit formaliter eadem à parte rei huic, *Deus est bonitas*, & vicissim, & sic de aliis. Ergo S. Doctor non pugnat contra, se 1 tenet doctrinam Scoti, damnat econtra Gilberti realem, quod datur intelligi per rationalem *sed, multa sunt* unum, & aliam causalem *alioquin si diversa putamus non habebis*, loquitur ad hominem, *quaternitatem*, sed *centenitatem*, quo termino utitur pro universitate perfectionum attributalium, quæ ad instar rerum numeralium distinguerentur realiter nisi in identitate reali multa unum essent. Sed

439. *Dices*: D. *Bernardus* expressè ibi ait: *Deus non tam habet hoc & illud, quàm non hac & illa*, quod falsum esse constat in sententia Scotistarum.

Secundò lib. 5. de consideratione: *Voces, ait, diversæ, somita multa, sed unum per eas significatur.*

440. *Ad primum*, quomodo non habeat *hac & hac*, nec *illud nec illa*, quidque velit S. Doctor, qui truncatè affertur, ipsemet sibi integrè restitutus declarat, nimirùm quòd ibi distinctionem realem & componibilitatis imperfectionem excludat à Deo. Statim namque post illa verba: Non tam habet *hoc & illud*, quàm *non hac & illa*, subdit: quia *purus, simplex, integer, perfectus constans sibi, nihil de temporibus, nihil de locis*, ecce non habet quando & ubi, *nihil de rebus habens in se, nihil ex se deponens in eis*, ecce nihil accipit de novo, nec perdit quæ habet; *Non habens quod ad numerum dividat*, ecce identitatem, quæ numeralem divisionem ignorat, *non quæ colligat ad unum*, rationem ipse assignat, *unum quippe est, sed non unitum, non partibus constat ut corpus, non affectibus distat ut anima, non formis substat, ut omne quod factum est, sed neque forma ut istis*, puta Gilberto, & suis asseclis, *visum est*. Hæc quid contra nos? nihil omnino, Gilbertistas impugnat ostendens uno verbo Deum non tam habere *hoc & istud*, quàm *hæc & illa*, quæ mutabilitatem, numerositatem, compositionem, & imperfectionem involvunt in dictis recensitam, unde statim pergit: *Non est formatus Deus, forma est; non est affectus Deus, affectio est; non est compositus Deus, merum simplex est, & ut noveris*, inquit, *quid simplex dicam, idem quod unum. Tam simplex Deus, quàm unus est. Est autem unus, quomodo aliud nihil, si dici possit unissimus est.* Quomodo autem summa ista unitas non militet contra distinctionem formalem ex natura rei, infrà num. 445.

Ad secundum, Si accipiatur secundùm rigorem verborum, quòd solùm voces sint diversæ, & nulla diversitas in objecto, æquè pugnat contra ipsos Adversarios, quod ne ratione quidem & significatione, sed sola voce distinguerentur, adeòque essent tantùm Synonyma, quæcunque de Deo dicuntur, quod patet esse falsum; dicendum itaque Bernardum excludere eam distinctionem à vocum significatis, qualis reperitur inter ipsas voces, cùm enim omnia significata illarum vocum realiter unum sint, voces realiter diversæ, non illæ, sed ista unum sunt, per illas tamen unum significatur.

Bernardi explicatur.

Arg. ad hominem.

Confirmatur & probatur Assertio secundò ex illo ipso loco *serm. 80. in Cantica*, quem frustrà adversus nos producunt Adversarii, & est iste: *Sola summa & increata natura hanc sibi vendicat meram singularemque suæ essentiæ simplicitatem, ut non aliud & aliud, non alibi quoq; & alibi: sed nec modo quidem & modo inveniatur in ea, nempe in semet manens, quod habet est, & quod est, semper & uno modo est, & multa in unum, & diversa in idem rediguntur, ut nec numerositate rerum sumat pluralitatem, nec alterationem de varietate sentiat.* Perpende quæ legisti, si *Bernardum* simpliciter accipias, non quatenus ibi scribit contra hæreticos sui temporis, contra Gilbertum, & alios, qui realem ponebant distinctionem in Deo, quare si non sint in Deo multa, de quibus alicui cogitatio realis pluralitatis & componibilitatis, in mentem venire posset, sed sit unica formalissimè realitas, quare, inquam dicit, non aliud & aliud, quo excludit alietatem realem? contra quam ibi ex supposito, quod non scribat contra hæreticos, non pugnabat secundùm Adversarios, ut eum contra Scotum pugnasse ostendant, quomodò multa in unum & diversa in idem rediguntur, ubi nullo modo multa aut diversa aliqua haberentur, anne quod unum est in multa partiri debet, ut iterùm redigatur in unum? Sanè necesse est, ut prius habeantur, & postmodum dicatur, quòd illa non sint aliud & aliud, & sint verè aliqua plura, de quibus ostendatur, quòd non inferant pluralitatem numeralem, realem, & physicam, esto plura sint formaliter. Vendicat itaque summa Natura singularem suæ Essentiæ simplicitatem, ut non sit, neque in illa sit aliud & aliud realiter, contingenter, & separabiliter, nam ut ait S. Doctor, in semet manens, quod habet est non realiter solùm, ut si metaphysicè spectetur, imò si physicè spectetur suprema illa Natura pro natura naturante, illa habet & est essentialiter, scilicet quia taliter non solùm comprehendit divinæ entitatis substantiam, quæ est radix & pelagus omnium, sed & per modum unius omnia complectitur, quæ in Deo indivisibiliter in identitate reali sunt, sicque Deo est hoc esse, quæ hæc omnia esse, ut idem *Bernardus* lib. 5. de Considerat. cap. 6. *Si bonum, si magnum, si sapientem dixeris, in hoc verba instauratur, quod est, nempe hoc est ei esse, quod hac omnia esse. & si centum talia addas non recessisti ab esse, si ea dixeris, nihil addidisti, si nec dixeris nihil minuisti.* Dicetur non recessisti ab esse, si centum talia addas? nunquid quia quodlibet eorum est realiter ipsa Entitas divina, nec vel unicum ab uni-

441.

Ubi nullo modo multa sunt, ibi multa esse, dici nequit.

whitiva continentia excludere potes, vel quia physicè spectata est essentialiter omnia quæ habet,& quæ habet existit? si ea dixeris, nihil addidisti,nec unum nec multa, si non dixeris, nihil minuisti de nno quod est,neque de multis realiter inter se identificatis, quæ etiam est. Dic,quare? nunquid quia Deus in se ipso & à se ipso illa multa est,multa,inquam, & rapropere à mellifluo Doctore, & insuper catholicè asserta: ergo(addideris multa mente, multa dixeris linguâ,)calamo multa scripseris, quid addidisti? nihil,inquit,addidisti: ergo forinsecùs cogitando, aut negotiando fabricata per intellectum addideris, nihil addidisti. Nihil manet nihilum,quomodo itaque catholicè, sanè, sobriè multa verificabuntur de Deo,ergo ni velis S.Doctorem sibi contradicere,dum dicit in Deo multa esse, & quidem tam sanctè & catholicè, aut dum contra hæreticos agit,non circa Deum,sed circa conceptus suos de Deo versari,quod ad sacræ Doctrinæ soliditatem ad confutandos hæreticos & Trinitatis hostes nihil addidisse est,admittas necesse est ex mente Bernardi in Deo ex natura multitudinem,exclusâ Gilbertinâ reali formalem *Scoti* inter attributa quoad se, & quoad Essentiam. Ex his elucet,quàm inani applausu Bernardum sibi arrogent nonnulli Adversariorum,qui si ponderassent Bernardi studium,scribendi motivum & substantiam operis,quod contra Gilbertum aliosque sui temporis hæreticos adorsus fuit, & sic ex fine intento Bernardi locum cum loco contulissent,fateere illum potiùs cum *Scoto*, & utriusque Doctrinam sibi cognatas esse, nunquam dubitassent, ut amplius in §. sequenti palàm fiet. *Bernard. Scoto redditur.*

Probatur similiter ex Divo Bernardo distinctio ex natura rei inter Essentiam & Personalitates.

441. PRimò ex e pist. 190. ad Dominum Papam *Innocentium : sive, inquit, in hâc ineffabili & incomprehensibili Deitatu Essentiâ alter ad alterum, id quidem requirentibus proprietatibus personarum sobriè,catholicèque dicatur, non tamen ibi est alterum & alterum : sed simplex unum: ut nec præjudicium faciat unitati Trinitatis confessio* absorbendo ad se unitatem, & vicissim, *nec proprietatum sit vera assertio unitatis* absorbendo in unitatem numerum proprietatum; qualis absorbitio nihil est aliud, quàm esse à parte rei formalissimè idem,& in eandem abire formalitatem, non magis formaliter ab altero distinctam, quàm à formalissimè se ipso, ergo ad vitandum præjudicium unitatis aut vicissim Trinitatis proprietates formaliter secernendæ sunt ab essentia. *Confirmatio di-ctorum Scoti.*

443. Confirmatur ex iis,quæ nonnullis interjectis sequuntur,ubi commune secernit à proprio, & illud quod est ad alterum, ab illo quod est ad se,dicens : *Et Pater sapientia, & Filius potentia verissimè sunt,sanissimèque dicuntur : & quod est commune amborum , non est proprium singulorum. Alia illa profectò sunt vocabula,quæ non ad se ipsos dicuntur, sed ad alterutrum, & ideò est unique suum, & non communia cum altero. Nam qui Pater est,Filius non est , & qui Filius est, Pater non est, quoniam non quod ad se, sed quod ad Filium Pater est, Patris nomine designatur : & item nomine Filii , non quod ad se F lium, sed quod est ad atrem, exprimitur; non sic potentia, non sic sapientia, neque alia multa, quæ ad se dicuntur Pater, & Filius.* Mitto hîc (quod alibi) contradictoria esse & *non esse, proprium & commune* inferre distinctionem aliquam, solis insistam verbis *Bernardi*,alia,inquit,ista sunt vocabula, quæ non ad se ipsos dicuntur,sed ad alterutrum, sunt ibi vocabula non ut vacua nomina sunt, & cassæ voces absque significatis in objecto , quod Sabellianum est,sed pro ipsis proprietatibus significatis illa,ait, alia sunt, puta non tantùm inter se realiter, sed & alia formaliter ab eo quod illis commune est, nempe ab essentia,quod apertè indicat illa causalis ut *ideò* cuique suum,& ita suum,ut non sit formaliter ipsum commune, *non enim*, ut stat in inf. à, *una & eadem res propriè poterit convenire duobus, hoc est,ut cuique propria sit*, ergo aliud proprium est aliud à communi formaliter & ipsum commune aliud formaliter à proprio ; & ideò rectè ait : Benè sequitur Essentia, sapientia,potentia ad se dicuntur proprium non : ergo Essentia,potentia,sapientia non sunt formaliter proprium, non formaliter Pater, non Filius, non Paternitas, & Filiatio. Et infrà, ubi ostendit; quòd Pater, & Filius quidem sunt alius & alius , non tamen aliud & aliud, clarissimè insinuat distinctionem inter essentiam & proprietates, ut Lectori posset videri se in *Bernardo* ipsum *Scotum* loquentem & scribentem audire, & legere: *Norit pietas fidei,inquit, caute inter personas,proprietates, & individuam unitatem Essentiæ discernere, & medium iter tenens,regiâ incedere viâ,ut nec declinet ad dexteram* confundendo personas,quod facit identitas formalis proprietatum cum essentia, *nec respiciat ad sinistram* substantiam dividendo, quod facit distinctio realis essentiam inter & easdem proprietates , per hanc viam regiam excludendo identitatem illam quæ confundit,& distinctionem quæ dividit tutissimâ securitate præ aliis gradi *Scotistas* cum Doctore *Subtili* vide Controv. 7. qu.7. n.356. apud S.Gregorium Nazianzenum hîc relegenda,non rescribenda. *Regia via Bernardo Scoti via est. Alter ex alterius loqui videtur spiritu & doctrina.*

Probatur Assertio secundò,lib.5. de Considerat. l.c. & quidem præmittamus hæc : *Numera si potes,inquit, aut sine substantia personas, quæ ipsa sunt : aut sine personis proprietates, quæ ipsa* 444.

X 2

ipsa sunt. Aut si dividere quis conetur, nescio quomodo Trinitatis se profiteri cultorem possit, qui in tantam rerum numerositatem excesserit, videsne qualiter S. Doctor astruat identitatem inter essentiam cum personis, & vicissim personarum cum essentia, quia illæ sunt ipsa, & vicissim ipsa illæ est, & qualiter removent divisionem ab eis talem quæ rerum numerositatem, id est, distinctionem numeralem inter essentiam & personas inducit, de qua divisione maximè dixerat superiùs: *Quid mirum, quidque obscurum in hoc? nihil, si personæ seorsim*, id est, sine identitate mutua *à substantia cogitentur*, & quia sicut *Arius* distinctionem realem personarum numeravit tres substantias distinctas & *Sabellius* econtrà propter identitatem substantiæ cum personis contraxit illas ad unam, hinc statim contra hæresiarchas illos, & eorum asseclas subdit: *Dicamus itaque tres, sed non ad præjudicium unitatis*, dicamus unum, sed non ad confusionem Trinitatis, tres illæ, ait, *Non nomina vacua sunt, neque absq; significantia cassa voces. Sabellianum hoc.* Tres ergo proprietates personales cum Essentia divina identificatæ ita eædem sunt uni essentiæ, ut hujus unitas, ut statim suprà, non absorbeatur in Trinitatem, nec vicissim proprietates in unitatem, id est, formalissimam identitatem, sive in eandem prorsus essentiæ formalitatem ejusdemque consequenter formalitatis unitatem: tollit ergo mellifluus Doctor ab hoc mysterio identitatem inter essentiam & proprietates formalem, & salvat identitatem *Scoti* realem, lege pro ea, quæ sequuntur: *Quæris quomodo illud? quod catholicum esse dicimus posse esse, sufficiat et tenere sic esse, atq; hoc non rationi perspicuum, nec tamen opinioni ambiguum, sed fidei persuasum*, quod apertè est dicere, magnum hoc mysterium quidem esse supra lumen rationis creatæ, utpote cui non est illud perspicuum, non tamen contra illud, aut contra primum principium in lumine naturæ fundatum, quia non tamen opinioni ambiguum, sed fidei persuasum, adeòque ad evitandum præjudicium virtutis in Trinitate, & Trinitatis in unitate, inter essentiam quæ una est & tres proprietates, talem adstruendam esse identitatem, quæ sine contradictione salvat à parte rei, & sine nostra operatione in consubstantialitate unitatem, & per convenientem essentiæ à proprietatibus distinctionem in unitate Trinitatem.

Mysterium Trin. SS.ma supra non contra lumen naturæ esse, quomodo id ostendat Bernard.

445. *Confirmatur* ex collatione singularis hujus divinæ unitatis cum aliis, quam facit *Bernardus* per enumerationem aliarum, ut ostendat eminentiam hujus supra quamcunque aliam: *Est unitas*, inquit, quæ collectiva dici potest, ut multi lapides, qui faciunt unum acervum. Est & unitas *constitutiva*, ut cùm multa membra unum corpus, multæ partes unum totum constituunt. Est & *conjugativa*, quà fit, ut duo non sint duo, sed una caro. Est & *nativa*, quà anima & caro unus nascitur homo. Est unitas *potestativa*, quà homo virtutis non instabilis, non dissimilis, sed unum sibimet semper nititur inveniri. Est *consentanea*, cùm per charitatem multorum hominum est cor unum, & anima una. Est & *votiva*, cum anima votis omnibus adhærens Deo unus spiritus est. Est & *dignativa* unitas, quâ limus noster à Dei verbo in unam assumptus est personam. Et statim *inter omnia*, puta inter octo jam enumeratas unitates, *arcem tenet unitas Trinitatis, quâ tres personæ una substantia sunt. Secundo loco illa præcellit, quâ econverso tres substantiæ una in Christo persona sunt.* Ex quibus perspicuè probatur negari à Bernardo in hoc mysterio illam quam prætendunt Adversarii inter essentiam & proprietates, identitatem formalem; quia secundo loco illa præcelleret, quæ esset immediatior & proximior primæ, id est, illi; quæ consumeretur per identitatem formalem: atqui talis esset indubiè illa quæ fieret per identitatem realem, & non quâ tres substantiæ una in Christo persona sunt, quæ in numerositate reali manent, ergo. Sequela Majoris patet, quia S. Doctor à magis vel minus unum esse, trahit ordinem unitatis eminentioris. Min. prob. inde, quòd ipsi Adversarii admittant identitatem realem, ut vidimus Controv. 7. qu. 7. num. 356. cùm omnes dicant distincta in Deo, quomodocunque, quod ad præsens perinde est, velint distingui, esse realiter unum, seu unam rem, & magis unam, quàm illa, quæ secundo loco ponuntur: ergo cùm habemus ex confessione Adversariorum identitatem in Deo realem, qua omnia realiter unum constituuntur, & illa unitas secunda juxta *Bernardum* præcellat secundo loco, Consequens erit quòd ex mente illius, illa quæ arcem tenet, unitas Trinitatis non sit alia, quàm quæ est per identitatem realem, & non dari ibidem identitatem formalem, quamobrem securè ac sine confusionis metu, aut quia nullatenus contra naturam, & lumen rationis sit hoc mysterium, sicut est supra illud, subdit Bernardus, *cum dico unum, non me Trinitatis turbat numerus, qui essentiam non multiplicat, non variat, nec partitur. Rursum cùm dico tria, non me arguit intuitus unitatis, quia illa quæcunque tria, seu illos tres, nec in confusionem agit, nec in singularitatem redigit*, quæ omnia sapiunt in Bernardo *Scotum*, & in Scoto *Bernardum*, adeòque illum tenent Scotistæ sibi restitutum.

Unitas Trinitatis maxima.

QVÆ-

QUÆSTIO V.

De doctrina & mente Doctoris Angelici circa præsentem Controversiam.

SVMMARIVM.

1. *D.Thomas, cur Doctor Angelicus. n.446.*
2. *Angelicus subtiliter, Doctor Subtilis Angelicè scribit, ejus doctrina fusè eruderatur sub n.447 ubi varia & notanda occurrunt.*
3. *Diversitas attributorum non est secundùm conceptum extrinsecum. n.448. & seq.*
4. *Pluralitas attributorum quare nullum unitati, si. ut nec simplicitati præjudicium afferat. n 449.*
5. *Quodlibet attributum secundùm se fundare, & terminare potest conceptibilitatem sui. n. 450.*
6. *Qui tenent attributa formaliter esse, tam militant contra D.Thomam, quàm Doctorem Subtilem. n 451.*
7. *Necesse est, ut admittantur plures in mente divina ideæ. n.*
8. *Ex mente D.Thomæ datur distinctio ex natura rei inter Hypostases & essentiam. n.453. & seq per extensum.*
9. *Distingui secundùm rationem quo sensu accipiendum? n.454.*
10. *Attributa & personas esse in genere substantiæ, ut tamen personæ etiam sint in genere relationis, Attributa in genere qualitatis. num. 456.*
11. *Effugium præcluditur. n.4od.*
12. *Scoti doctrina ex ratione Thomistica solidior Thomistis redditur. n.457.*
13. *Expenduntur rationes in oppositum. n.458. & seq.*
14. *Exploduntur. n.460,*
15. *Concluditur Doctorem Angelicum à Subtili non discrepare. n.462.*

446. *Encomiū & prærogativa Doct. Angelici, & Doctoris Subtilis.* DIvus Thomas Doctor verè Angelicus, quia angelicè vixit, angelicè dixit, & angelicè scripsit, illum inter & Doctorem Subtilem *geminos duo fulmina belli* doctrinæ & eruditionis nulla disparitas, sententiarum inter se pugnantium maxima, non una utriusque ætas, suppar tamen ambotum in scribendo vis & facultas: Thomas Doctor Subtilis, quia Angelicus; Scotus, Doctor Angelicus, quia subtilis pugnax subtilitatis eorum agilitas est hodie scholarum diversitas, utrumque à puero, Patronum D.Thomam, Scotum magistrum colo, dissideant licèt in multis, abeantque in diversa, quod in præsenti Controversia de identitate & distinctione in Divinis Angelicus subtiliter, Subtilis angelicè scribat, remonstrare conabimur.

447. *D.Thom. in 4. eruditos exigit oculos.* Priùs advertendum, quòd S. Thomas 1.d. 2 qu.1. in quatuor eruditos requirat oculos, quatuor siquidem sunt, quæ potissimùm ibi præstat: *Primò* proscribit ab attributis divinis distinctionem rationis ratiocinantis, ut clarè ibi patet. *Secundò* rejicit eam, quæ est penes connotata in his quæ subjungit: *Quidam autem dicunt quòd ista attributa differant penes connotata in creaturis, quod non potest esse, quia Deus non habet aliquid ab effectu, sed econtrà. Unde Deus non est sapiens, quia ab eo est sapientia, sed potiùs res creata dicitur sapiens, quia imitatur divinam Sapientiam; tum quia ab æternè creaturis non existentibus, etiamsi nunquam futuræ fuissent, fuit verum dicere, quòd est sapiens, bonus, & hujusmodi: nec unum omninò significatur per unum & per aliud, sicut idem significant nomina synonyma.* Denique addit: *Pluralitatem divinorum Nominum seu perfectionum non esse solùm ex parte intellectûs secundùm diversas conceptiones, quæ dicuntur diversæ rationes, sed etiam ex parte ipsius Dei.* Similia de connotatis ferè habet 1 d 22.qu.1.art.3. ubi ad tertium ait: *Horum Nominum diversitas non sumitur per respectum ad creaturas, sed potiùs econversò, quia ex hoc quòd ratio sapientiæ & bonitatis differat in Deo diversificantur in creaturis Bonitas & sapientia, non tantum ratione, sed etiam re. Tertiò* eadem dist. & qu art.3.ad 6. removet à Deo solam distinctionem realem, qualis est personarum divinarum. *Quartò* quod ipse sentiat, resolvit l.cit.d.2.q 1.art.2.in corpore.

Deinde art 3.in solutione pro resolutionis suæ intelligentia, ex qua inquit totus pendet intellectus eorum, quæ in *primo Sentent.* dicuntur, iterùm in quatuor vult perspicacem esse. Primò, ut scias, quid sit *ratio*, secundùm quam dicimus attributa ratione differre: Secundò, quomodo dicatur aliqua ratio in aliqua re esse, vel non esse. Tertiò, utrum istæ rationes diversæ attributorum sint in Deo, vel non. Quartò, utrum pluralitas istarum rationum, sit tantùm ex parte intellectus nostri, vel aliquo modo ex parte Dei.

Quæst-

I.

Notanda ex D. Thoma.

Quantum ad primum respondet, quòd ratio prout hic sumitur, nihil aliud sit, quàm id quod [illegible] ehendit intellectus, de significatione alicujus nominis; & hoc in his, quæ habent definitionem, est ipsa rei definitio; in illis quæ non possunt definiri, est ipsa res per nomen significata: sic ratio sapientiæ, quæ de Deo dicitur, est id, quod concipitur, &c. ita ut nomen *ratio* non significet *ipsam conceptionem*, puta, formalem; sed *intentionem* hujus conceptionis, subaudi primam sive conceptibilitatem objectivam.

II.

Ex hoc inquit, patet secundum, qualiter ratio dicatur esse in re, scilicet in quantum in re extra animam est aliquid, quod correspondet conceptioni animæ, sicut significatum signo, ita ut conceptio se habeat ad rationem extra animam existentem ut vera aliqua similitudo, quomodo verb. gr. concipiendo hominem, res concepta, quæ est homo ex sua conformitate ad intellectum facit, quòd intellectus sit verus seu conformis cum objecto, quod dicitur esse ratio in re, ubi S. Doctor patenter distinguit ab hac ratione, quæ est in re extra animam ab ipsa conceptione formali, quæ est in anima ut in subjecto. & à secunda intentione, qualem ex modo nostro intelligendi [illegible], quæ est extra animam, ut quid consequens adinvenit, adeoque ratio, [illegible] hic, dicatur esse in re, in quantum signum [illegible] nominis, cui accidit esse rationem, est in re, non in anima seu nostro intellectu.

III.

[illegible] utrum rationes attributorum [illegible] Avicennæ & Rabbi Moysis, deinde SS. Dionysii, & Anselmi opiniones, quas, etsi in modo loquendi sint valde dispares, inter se pulchrè connectens, concludit: *Quod rationes attributorum sint veræ in Deo.* Ex hoc tria dogmate S. Doctoris [illegible] habentur: Primo, quòd nomen *ratio* sit [illegible], quod intellectus objectivè apprehendit. Secundo, quod sit aliquid extra animam [illegible] quæ est Deus; Tertiò, omnes [illegible] attributales verè in Deo reperiantur, restat itaque, ut quartum punctum accuratè ad mentem *Sancti* perpendamus.

IV.

Quartum, quod [illegible] tendum est, erat, an pluralitas [illegible] rationum sit tanta ex parte intellectus nostri, ut aliquo modo ex parte rei [illegible] to S. Thomas, ut patet ex progressu totius in eo est, ut ostendat genuinum pluralitatis attributorum in Deo temperamentum, quâ se tenet tum ex parte Dei, tum etiam quâ se tenet ex parte imperfecti nostri intellectus: consistit autem potissimùm in quatuor dictis velut ad veritatem rei, de qua hic tractat supponendis.

Primò, quòd ista pluralitas rationum contingat ex hoc, quòd res, quæ Deus est, superat intellectum nostrum. Intellectus enim noster non potest una conceptione diversos modos perfectionis accipere; tum quia ex creatis cognitionem accipit, in quibus sunt diversi modi perfectionum secundùm diversas formas; tum quia hoc, quod in Deo est unum & simplex pluraficatur in intellectu nostro, etiamsi immediatè à Deo acciperet; sicut multiplicatur processio bonitatis ejus in alias creaturas. Ex hoc puncto infert deinde *primò*, & est secundùm quod ibi dicit, scilicet quia Deus secundum unam & eandem rem sit omnimò perfectus, hinc sicut una conceptione nequit integrè perfectionem ejus apprehendere, ita per consequens nec possit nominare; & ideò, inquit, oportet quòd diversas conceptiones de eo habeat (quæ sunt diversæ rationes) & quòd diversa nomina imponat significantia rationes illas: unde nomina illa, in quantum significant diversas rationes, non sunt synonyma (puta ut ibi ad marginem habetur, qualia sunt ex usu Latinorum, quæ rem prorsus eandem significant, & à Græcis potiùs polyonyma nuncupantur, cùm synonyma illis univoca sint) si autem intellectus noster Deum per seipsum videret, illi rationi posset imponere nomen unum, quod erit in patria: & ideo dicitur *Zach. ult. In illa die erit Dominus unus, & nomen ejus unum.* Illud autem nomen unum non significaret bonitatem tantùm, nec sapientiam tantùm, aut aliquid hujusmodi, sed significata omnium istorum includeret. Sed tamen si intellectus videns Deum per essentiam imponeret nomen rei, quam videret, & nominaret mediante conceptione, quam de ea habet, oporteret adhuc, quòd imponeret plura nomina; quia impossibile est, quòd conceptio intellectus creati repræsentet totam perfectionem divinæ Essentiæ, una de una re visa diversas conceptiones formaret, & diversa nomina [illegible]poneret, sicut etiam *Chrysostomus* dicit, quòd Angeli laudant Deum, quidam ut Majestatem, quidam ut Bonitatem in signum, quod ipsum non vident visione comprehendente, sed conceptuo perfecte repræsentans & est Verbum increatum. Secundo infert, & est tertium, quod ibi dicit, quod pluralitas istarum rationum sit non tantùm ex parte intellectus nostri, sed etiam ex parte ipsius Dei in quantum ejus perfectio superat unamquamque conceptionem nostri intellectus, & ideò pluralitati istarum rationum respondet aliquid in re, quæ Deus est, non quidem pluralitas rei, sed plena perfectio, ex qua contingit, ut omnes illæ conceptiones [illegible]ptentur. Tertiò denique infert, & est quartum, quod ibi dicit, scilicet, quia dicto-

dixerunt, quòd pluralitas ista est tantùm ex parte intellectus nostri, vel ex parte effectuum quodammodo verum dixerunt, & quodammodo non: si enim hoc referatur ad causam multiplicationis, sic verum dicunt, quod est ex parte intellectus nostri & effectuum quodammodo, ex eo, quòd intellectus noster non potest concipere divinam imperfectionem, una conceptione, sed pluribus. Si autem referatur ad modum, quo istæ rationes attribuuntur Deo, falsum dicunt, non autem ex hoc quòd bona facit, vel quod ad modum bonorum se habet, bonus est, sed quia bonus est, ideò bona facit. In hac Angelici Doctoris S. Thomæ doctrina, ingens erudioonis delitescit thesaurus, ot reverà, quemadmodum Sanctus suprà dicit, oportere de una re visa diversas formare concepoones, ita antequam absconditus illic thesaurus inveniatur, multa multarum conceptionum monumenta prius quasi ex ruderibus sunt eruenda, quibus denique non superficialiter solùm, sed plenius instructi, quid tenendum, an tantùm distet doctrina subtiliter Angelica ab angelicè subtili, ut alii autumant, decidemus.

§. I.

Primò itaque quæritur, quid S. Doctor intendat principaliter in tota hac doctrina, cui fusiùs inhæsit ad explicandum unicè hoc responsum, quod dederat, quòd sapientia & bonitas, & omnia hujusmodi sunt omnino unum in re in Deo, sed differant ratione, & hæc ratio non sit tantùm ex parte ipsius ratiocinantis, sed ex proprietate ipsius rei, pro hoc puncto sit

ASSERTIO I.

Attributalium rationum, quas verè esse in Deo sanctus Doctor asseruit, nostrumque intellectum ita superant, ut non possint una conceptione comprehendi, nec una voce nominari, omnium una est & summa identitas realis in Deo, eaque ex mente ejusdem, volentis principaliter removere pluralitatem realem à prædicatis Dei absolutis, tam inter se, quàm cum essentia rectè & conformiter ad S. nostram fidem, tenenda est.

Quodvis attributū Dei, Deus est.

PAtet, ea namque ratione dicit plurificari in nostro intellectu, *quæ in Deo unum sunt & simplex.* Item *unam & eandem rem*, quæ Deus est, non posse una conceptione concipi nec nominari. Si intellectus noster Deum per seipsum videret, posset *illi rationi* imponere nomen unum, & impossibile esse, quòd conceptio intellectus creati repræsentet *totam perfectionem* divinæ Essentiæ accipiens ibi *rationem* & *perfectionem* pro ipso Deo adæquatè, ideòque subdit: unde de *una re* visa, diversas conceptiones formaret, &c. Et infrà pluralitati istarum rationum respondet aliquid in *re*, quæ Deus est, non quidem pluralitas rei, sed *plena perfectio*, quibus S. Doctor ita cognosci voluit rationes attributales, ut quodvis attributum in Deo conceptum, identitatem involvat realem distinctioni reali oppositam, sitque quodlibet eorum realiter omnis perfectio Dei, & ipse totus Deus, id enim est esse *unum in re*, quod ipsum docuit *Doctor Subtilis*, nec ad latum unguem deviavit unqoam schola *Scoti* ab ea doctrina, quæ catholica est, & omnibus communis.

§ II.

Secundò quæritur de cognitione haurienda perfectionum divinarum ex creaturis, quia quod in Deo, inquit S. Doctor, unum est & simplex, plorificatur in nostro intellectu, sicot multiplicatur processio bonitatis ejus in aliis creaturis, quæ sunt ens participatum à Deo, & velut opus referens artificem & conditorem suum, ad instar ergo harum & fit plurificatio cognitionum nostrarum, & dicuntur de Deo diversa nomina, quæ tamen non sint synonyma, seu rem prorsus eandem significantia, sicut enim processio Bonitatis divinæ alia & alia, alio & alio nomine appellatur, ita nomina de Deo non polyonyma solùm, sed diversas significant rationes de Deo conceptas, sive significent directè conceptiones nostras formales, sive objectivas, sive indirectè, quod hic perinde est.

ASSER-

ASSERTIO II.

Doctrina sancti Doctoris, quâ asserit in Deo unum & simplex multiplicari in intellectu nostro imperfecto, etiamsi immediate a Deo acciperet, sicut multiplicatur processio bonitatis ejus in creaturis, adeoque pluralitatem objectivam divinarum perfectionum, non prout sunt in Deo, sed prout in creaturis resplendescunt, esse ex parte nostri intellectus, & Scoto homologa, ac toti Scotistarum scholæ tam est consona, quàm est vera.

PAtet ex eis, quæ diximus Tom.1. Controv. 5. quæst. [illegible] per totum, quia perfectiones divinæ in creaturis resplendescunt ut distinctæ realiter: ergo sic possunt cogitari ut distinctæ, esto pluralitas cogitata non indicet talem pluralitatem in seipsis. Anteced. patet v.gr. ex creaturis etiam perfectissimis, quales sunt Angeli participantes de Dei perfectione, non participando eam totam, nam cùm illa sit infinita, excedens omne ens creatum & creabile, non est participabilis in solidum & adæquatè, nec est dabile ullum prorsus aggregatum creaturarum quod valeat adæquari divinæ perfectioni, sive reali, sive intentionali participatione, id est, nec in essendo, nec in cognoscendo, & repræsentando: ergo nulla creatura etiam perfectissima, nullus cœlestium Spirituum correspondet adæquatè toti perfectioni per illum manifestatæ, sed vel plures idem referunt attributum, ut v.gr. Gabriel, Hazazel, Ezihu, Ozia, quæ sunt nomina Angelorum, de quibus mox infrà, & interpretatur *fortitudo Dei*: vel simul repræsentant eandem Dei omnipotentiam, vel [illegible] aliam & aliam indicant perfectionem par[illegible]aram, ita ut in aliquibus specialiter re[illegible] Dei scientia, sapientia, in aliis a[illegible] quod per eorundem nomina essentiis suis accommodata datur intelligi, de qua re ut melius [illegible] quod omnis creatura in aliquem [illegible] referat [illegible] Creatorem, & sic divinas perfectiones [illegible] in nostra mente [illegible] sciendum quòd quantò magis in naturæ excellentia aliqua Conditoris sui imaginem effigiatam repræsentant tantò magis in tali imagine [illegible] cum juxta id Tob. 5. cap. vers. 18. *Ego sum*, inquit, *Azarias Ananiæ magni filius*, sint quasi prosapia & aurea Dei proles, ex illis D[illegible] ejusque perfectiones cognoscamus; si enim ex [illegible] illa mundi machina Sap. 3. & Rom. 1 potuit cognosci Creator & videri, *Qui est, sempiterna quoque ejus virtus & divinitas*, ideòque Scriptura duntaxat mundi visibilis historiam texuit, volens hominem per visibilia ad invisibilium cognitionem adducere, aut forte ne populus ad idololatriam pronus Angelos pro Diis adorandi occasionem acciperet; multò magis altiori lumine illustrati homines ex creatura spirituali, & perfectissima supposita existentia, in qua recondita divinarum perfectionum latet intelligentia divinas Virtutes conspicere possent, si modò nomina eorum, & ex iis naturæ suæ conditionem & individuationis characterem cognosceremus. Pro quo, lege quæ seq.

Omnis creatura refert Creatorē.

Digressio incidens.

An Angeli propriis nominibus sint insigniti, unde divinæ Bonitatis participatio, & in Divinis aliqua distinctio elucescat?

QUantum ad secundum quæsitum, an in Divinis aliqua distinctio ex Angelorum nominibus argui possit, agetur §.3 quoad alterum [illegible] videtur singulis Angelis suum nomen à Deo conferri [illegible] ad Naturæ suæ excellentiam consignat[illegible]e, & posset probari ex Apocalypsi bea[illegible] Am[illegible] nostri à S. Petr[illegible] de Alcantara propria [illegible] subsignata, in qua refert septem Angelos principes Deo assist[illegible] qui proxime a De[illegible] illuminentur, quorumque nomina est hæc Micha[illegible] Gabriel, Raphael, Uriel Sealthiel, Jehudiel, Barachiel, [illegible] quo vide Brinzennum in suo apparatu historico de vita Scoti § 21. num. 51. Et ex ratione patet, cum enim suo modo Angeli inter se loquantur [illegible] & unus de alio loqui possit [illegible] quomodo id fiat, profectò intelligi nequit, nisi ille, de quo est sermo, aliquo nomine sit insignitus pro conditione naturæ, si solùm specie differant, ut vult S. Thomas cum suis, vel pro individuationis [illegible] tere, si sub una specie plura ejusdem Angelicæ naturæ individua sint, ut placuit Scoto 2.d.3. quæst. [illegible] sicut enim suppositorum proprium est, unumquodque [illegible] naturam habere, ita naturam [illegible] & individuorum non carere nominibus

D. Thom.

Doctor Subtilis.

Angeli propria sunt insignita nominibus. nibus, quibus dum de illis sermo fit, interdignoscantur, in hanc rem Plato in Cratylo adducitur, dicens. *Si sane mentis judicio praediti essemus, certissimam illam atque praeclarissimam regulam commodè dijudicandi de Deo unà,* id est, Angelorum [illegible] intelligenti [illegible] juxta vetetum loquendi modum, *nominibus statueremus, nihil nos videlicet de Diis, id est, de ipsorum natura & nominibus nosse. quibus ip[illegible] seipsos vocant perspicuum enim est, illos vera se nominibus nuncupare.* Et suadetur amplius non solum ex illo ad Philipp. 2. *Donavit illi nomen, quod est super omne nomen, ut in nomine JESU omne genu flectatur, coelestium, terrestrium, & infernorum;* Sed & ex illo ad Ephes. 1. v. 20. *Suscitans eum à mortuis, & constituens ad dexteram suam in coelestibus supra omnem principatum, & [illegible] & omne nomen, quod nominatur non solum in hoc saeculo, sed etiam in futuro.* Ubi [illegible] lactus sic ait: Hic [illegible] quae [illegible] Angelorum a Spiritium coelestium [illegible] nobis hic esse incognita, quae in coelis te elabuntur, quod [illegible] & natura [illegible] orum, & finis ad quem conditi sunt, [illegible] arbitrari.

Neque [illegible] illa Archangelorum nomi[illegible], Gabriel, Raphael, & sic de aliis, si quid nominis habeant, esse nomina [illegible] naturae, proinde notiones duntaxat a[illegible] ellativas, non proprias esse. [illegible] licet vocabulum, *Angelus,* nomen est officii, [illegible] naturae, cùm [illegible] Spiritus, [illegible] per quidem spiritus, [illegible] per Angeli vocari nequ[illegible] quam po[illegible] ut Gregor. hom. 34. in Evang. non [illegible] talia habenda sunt nomina eorum p[illegible] ta, quibus semper vocari possint, de quibus [illegible] S. Greg. l. c. ait. *Ideircò privata nominibus censentur, ut signetur per vocabulum quasi à posteriori etiam in operatione quid valeant. Michael namque,* Quis ut Deus: *Gabriel autem,* [illegible] titudo Dei, *Raphael verò dicitur* Medicina Dei. Ubi, inquit, [illegible] netur per vocabulum, id est privatum cujusvis n[illegible] en in operatione quid valeant, non qui[illegible] operati[illegible] one pr[illegible] prium nomen acci[illegible] alioquin non p[illegible] d[illegible] mina privata, sed essent velut [illegible] habitus in scenam aptus deambulatoria & communia, quae [illegible] huic, m[illegible] alteri Angelo, & per con[illegible] omnibus sine differentia successive [illegible] dem offici[illegible], quod aequè unus ac alter exhibere posset, appropriari nil prohiberet. Sicut itaque certa ratione firmum est, cuilibet spiritui aut peculiarem inesse naturam, aut in[illegible] ividualis praerogativae suae characterem, quo participatae Bonitatis divinae declarat pro[illegible] piam, ut sit non [illegible] lùm vulgariter Dei imago, quid Angelis & hom[illegible] bus c[illegible] mone est, [illegible] alias & alias [illegible] tectiones, in quibus [illegible] Deo assi[illegible] ur, exprimant, ita quoque peculiaria singulis nomina in sui creation indit [illegible] id quod videtur colligi ex Epistola Judae Ap[illegible] stol, quae una est ex Cath[illegible] ubi *dum M[illegible] disputans cum diabolo altercaretur de M[illegible] corpore non ausus fuit judicium inferre blasphemiae,* [illegible] *Imperet tibi Deus.* Suspex [illegible] ael ob reverentiam Dei, naturale[illegible] excellentiam, quae Dei al[illegible] m perfe[illegible] ionem ab illo nobilissi[illegible] atam expre[illegible], & ut Franciscus Venetus [illegible] apud Lerenum l. Trisologutono 5 nomen ei fuit עזאזל Hazazel, hoc est robur seu fortitudo Dei. *Franciscus Venetus.*

Confirmatur ex Luc. 8. v. 3. in facto Christi interrogantis dæmonium in Energumeno, *Quod tibi nomen est,* ubi licèt nom[illegible] hypostaticum nequ[illegible] spiritus nullum dixeri[illegible], ideò tamen haud anonymus fuit, indubiè illud manifestaturus, si de eo iteru[illegible] interrog[illegible] fuisset, alioqui frustrà Dei Eccles[illegible] exemplum Christi inter caeteras caeremonias, quibus curat [illegible] menos, investigare solet nomen daemoni[illegible] frustrà cum tanta [illegible] itudine Exo[illegible] os castigarent silentio, exercerent imperio, ne ut mali spiritus amant, ridicula sibi & lurida nomina attribuant, pro iis, quae in ipsa creatione ipsis imposita sunt, quae quia spectant ad Dei gloriam, cujus sunt capitales inimici, & ad sui confusionem ob principatum amissum, qui in eorum saepe nominibus referatur, non nisi imperio adacti, & alio[illegible] vi coacti edicere solent suppositia ig[illegible] illa porestate in daemones, etsi vaserrimi sint fallendi artifices, & liberales admodum & promptum suo mendaciorum Patre Lucifero ad mentiendum, ita ramen vi exo[illegible] rmorum auctoritate Dei, imò a Deo ipso compelluntur, quando id Ecclesiae Sponsae suae bo[illegible] um postulat, ut numina sua de iis interrogati celare non ausint, adeò ut responsa per ipsos ex energumenis prolata iu publicis tabulis Mater Ecclesia ad doctrinam typis posteritati consigner, quibus si discredere potestati Ecclesiae nefas sit, discredere fas non est. Hujusmodi daemonum nomina auctoritate [illegible] ei ab iisdem ext[illegible] ras sanè significationes, & supra infelicissimam eorum conditi[illegible] nem, quâ modò castigantur, quò [illegible] ublimiu[illegible] & [illegible] ctius impottant, adeò ut sicut supr[illegible] S. [illegible] as ex D. Chrysostomo dicit, *quòd Angeli boni laudent [illegible] eum, quidam ut Majestatem, quidam ut Bonitatem, &c.* Ita Angeli mali etiam invito in naturali sua [illegible] ntia [illegible] ecialem De[illegible] m exprimunt, & quidem [illegible] liqui eorum S[illegible] Trinitatem & numerum Personarum, quidam foecunditatem & oppositionem relativam quidam perfe[illegible] ones attributales, ut po[illegible] am, sapientiam in [illegible] rad[illegible] poculo evibr[illegible] sex classes d[illegible] ex Bucherio Ecc[illegible] recenseutur. Pr[illegible] on[illegible] & refert ea, quae Dei attr[illegible] unt. S[illegible] da, quae numerum [illegible] natum [illegible] iuunt. Tertia, quae foecunditat[illegible] & divinam proc[illegible] nem contingunt. [illegible] quae [illegible] m D[illegible] ad homines. Quinta, quae creaturarum reciprocam relationem ad Deum a[illegible] exte, quae mysterium Eucharistiae c[illegible] unt ut non *Chrysost. Nomina Angelorū vaina nō sunt vocabulorū elementa.*

non [illegible] meritò quis exclamet & obstupescat ejusmodi [illegible] Sapientiæ, quæ ve[illegible] a fine usque ad finem forti[illegible] ter, omnia que [illegible] disponit, si [illegible] bus in[illegible] dita [illegible] & a [illegible] imponi nomina tam [illegible] no [illegible] erat, enim namque O[illegible] poeta, seu nominum impositio [illegible] onem & veritatem [illegible] sit [illegible] nceus opus, & in Cratylo cit. [illegible], id est [illegible] requisitio, [illegible] est, certum est, in [illegible], qui [illegible] men [illegible] ponit, [illegible] m requirit rerum peritiam [illegible] naturarum cognitionem, [illegible] & S. D[illegible] de [illegible] cap. 3 [illegible] gularem [illegible] quando [illegible] dominum auctoritatem, unde *Moysis Bar-cepha* Comment. *de Paradiso* p.1. [illegible]. *Penes quos est*, inquit, *rerum quarundam dominium, [illegible] volunt, nominibus res ejus censent, sicut possessor ea quæ possidet.* Sic quoque Hebræorum doctissimus Philo [illegible] de Opificio mundi, *Nominum*, inquit, *impositio domini signum est*, & præ ipsum quidem, de quo amplius vide possunt loca Scripturæ, Gen.41. 4. Reg. 3. v.34. 4.Reg 14.v.17. Dan.1.v.7. Ex quibus omnibus clare concludendum arbitror, nullum [illegible] Angelorum & Spirituum reperiri posse [illegible] ter præter Conditorem eorum Deum, [illegible] Adam non sibi ipsi, sed Deus illi nomen imposuit, *nesciebat enim*, ait Chrysost. *homo quomodo esset factus, & propterea suam ignorans æstatem*, [illegible] *nomen imposuisset*, & [illegible] era [illegible] [illegible] at, [illegible] Deus omnibus [illegible] id Psal. 46. *Qui numerat multitudinem [illegible], & omnibus eis nomina vocat* [illegible] est [illegible] gend [illegible] & [illegible] os [illegible] Scripturæ [illegible], cum n[illegible] gelorum [illegible] ex [illegible] clesia [illegible] nomina sua [illegible] minat, [illegible] tac[illegible] nt pleraque [illegible] C[illegible] num in [illegible] o[illegible] ta [illegible] Habemus [illegible] Angelicis Sp[illegible] gnific[illegible] non nisi post [illegible] Ecclesiam [illegible] Timo[illegible] cla[illegible] unt, remittet [illegible] cherium, [illegible] & quidem horum quinque ex Seraphinorum ordine.

Prima classis eorum, qui Dei attributa exprimunt ex ordine Seraphin.

רפאים Repharim, *Potentes*, Rophaim, *medentes*.

עירען Eiren, *vigilans oculus*.

עירה [illegible], *vigil Domini*.

עזיה Oz[illegible], *fortis Dominus*, vel fortitudo Domini.

בעל שים [illegible] Baal alim *Dominus pacis*.

Tria Thronorum.

אליה Elia, *Dominus fortis*, vel Deus meus D[illegible].

אליה H[illegible], *Excelsus Dominus*.

אליעז Elih[illegible], *Deus meus fortis*.

Quatuor ex ordine Dominationum.

הללינז Halelugaz, *laudate potentem*.

מלאכ-כל ארץ Malachicon [illegible] Mala [illegible] quod est, *plenus omni sua divitia*.

בעל-עז Ba[illegible]alhaz, *Dominus fortitudinis*.

כלידוד [illegible]dud, vel כליהוד Chele[illegible]ud *tota laus*, [illegible] *perfectio laudis*.

Ex Cherubinorum numero.

עזיהא F[illegible] *fortitudo ipsa*, vel עזיהא Oz[illegible]hu, *fortitudo* [illegible]

שמער [illegible], [illegible], vel שמירער [illegible], *Nomen* [illegible].

Secunda classis [illegible] repræsentans fœcunditatem & oppositionem relativam, adeoque distinctionem [illegible] personarum.

Ex ordine Seraphin.

אביאל A[illegible], *Pater meus Deus*.

Ex [illegible] Cherubin.

אביה A[illegible], *Pater Dominus*.

[illegible] *absconditi*, vel *absconsum*.

בעל [illegible] Bal[illegible], *Dominus* [illegible], [illegible] *imago*.

Ex ordine Thronorum.

פירירם [illegible]arum, *Os* [illegible].

[illegible] ירא [illegible]hu, [illegible] *qui erit*.

ישראל [illegible]

עמיהוא, Emmihu, *vel* [illegible]hu, [illegible]

Ex

Ex ordine Angelorum.

אבירם Abiram, *Pater meus excelsus.*
פיאל Phiel, *Os Dei.*
דור-הגם-עם Dur-hagam, *generatio recreans populum.*
ראה-דר-הרים Ro-dor-harum, *videns generationem excelsi.*
רא-בר-חמי Ro-bar-homi, *videns filium caloris.*

Ecce præter illa tria, quæ Ecclesia colit Archangelorum nomina, nempe Michaelis, quod interpretatur *Quis ut Deus*, & vel Dei essentiam indicat, quasi quis alter Deus, Ens entium, ens à se, cujus inaccessum solium supra astra, id est, ipsos Spiritus cœlestes, Thronos, Cherubin & Seraphin elevatum, ab alio non sedetur, ut frustrà dicas, similis ero Altissimo, vel indicat generatim ipsa infinitâ Dei superemmentiam, ut sit, *Quis ut Deus*, quis talis, qualis est Deus, cui consonat illud Gregor. suprà, *Ex nominibus datur intelligi, quod nullus potest facere, quod facere prævalet Deus.* Sic illud Gabrielis suprà, &c. indubie spectar ad potentiam. Raphael vero, quod est *Medicina Dei*, quo facultas medendi innuitur, ad scientiam, &c. Præter illa tria, inquam, habes & alia hypostatica spirituum nomina, nobis quidem umbrosa, ast minimè vacua vocabulorum elementa, per quæ angelicas, ac suo modo perfectiores cognoscendo creaturas, easque tanta pluralitate distinctas, divinæ perfectiones in iisdem resplendescentes, quæ in Deo realiter unum & simplex sunt in anima nostra multiplicari contingit, ut habet Assertio, & utrique Doctori Angelico & Subtili consona, imò ab omnibus indubitata, ut verissimum dixit S. Doctor suprà in dicto 4. quòd *qui dixerunt, quòd pluralitas rationum attributalium sit tantum ex parte intellectus nostri, vel ex parte effectuum, quodammodo verum dixisse.*

§ III.

Tertiò denique cum S. Thomas dicat tales *quodammodo verum* dixisse, quæritur, quid velit addendo, *quodammodo non* dixisse verum, an pluralitas istarum rationum sit aliquo modo à parte rei, ita ut ex mente D. Thomæ colligi possit, stare à parte rei cum identitate illa reali omnium perfectionum in Deo ab ipso & omnibus Scholis asserta aliquam pluralitatem distinctione seu pluralitate reali minorem, id est, Scoti distinctioné formalē, Sit

ASSERTIO III.

Ex nulla creaturarum diversitate, consequenter nec, esto per nominá angelica distinctè darentur intelligi illorum essentiæ, in quibus velut in speculo divinæ perfectiones sparsim relucent, argui potest distinctio talis in Essentia divina à parte rei, qualis est eorum in anima nostra, multò minus nec distinctio realis Personarum in SS. Trinitate, absolutè tamen à creaturis velut à posteriori in Deo arguitur ordo quidam intelligibilitatis, & præsuppositionis in distinctione fundatus non logica, & se tenente ex parte ratiocinantis nostri intellectus solùm, sed ex natura ipsiusmet objecti divini, seu gratia materiæ.

Sparsa in creaturis, unum sunt in divinis.

Hoc assertum quoad primam partem est fidei in Deo talem distinctionem rejicientis, patet & ratione, quia diversi spiritus, ut supra v.gr. Gabriel, Hazrael, Ezihu, Oziahu, Ozia, &c. eandem nomine tenus manifestant per rationem formaliter indivisibilem perfectionem. Deinde in quibusdam creaturis resplendescit substantia sine vita, in aliis vita sine intellectualitate, in aliis intellectualis vita, sed sine puritate spiritualitatis, cum tamen omnes illi gradus, substantia, spiritus, vita intellectualis, & reliqua prædicata Dei quidditativa, ut opponuntur attributalibus secundum melio es Scotistas ex natura rei formaliter non distinguantur in Deo. ergo sequit ex tali perfectionum in creaturis diversitate concludi distinctio talis à parte rei, unde meritò S. Doctor suprà dicit: *si hæc pluralitas referatur ad causam multiplicitatis quod sit per nostrum intellectum.*

¹ Tom. II. 2. P. Stumebl.

Secunda Scoti pars est prolata Controv. 5. per totum.

Ex creaturis in Deo arguitur ordo præsuppositionis in distinctione fundatus.

Tertia pars probatur, in creatis rerum essentiis v.gr. in Angelis reperiur talis ordo præsuppositionis, id est, & prioritatis, & posterioritatis in intelligendo, quatenus licet in nullo instanti durationis unum sine alio existere possit, non implicet tamen intelligi, imò natum est intelligi secundum naturalem sui exigentiam, ut talis cognitio, quatenus terminat ad ipsum, non necessariò debeat terminari ad posterius, sed quantum est ex se, & natura sua potest perfectè haberi citra cognitionem posterioris, sive divisivè, sive tantum præcisivè, nam ut Doctor Subt. inquit, quodl. 1. art. 2. §. de secundo, qualis esset ordo realis inter aliqua, si essent realiter distincta, talis per secundo est in eis illa correspondens illi distinctioni, quam habent ut pote rationis, si distinguantur ratione, & hoc sive ratione sumpta

præcisivè ex parte rei, sive merè causata per opus intellectus, atqui quòd in Angelis talis sit ordo, rectè arguitur à posteriori talem in Deo reperiri, ut possit naturaliter unum concipi ut unum, non concepto altero, id est, cum ordine prioritatis & posterioritatis, ergo. Maj. prob. ex S. Doctore suprà: *Ideò intellectus noster non potest una conceptione diversos modos perfectionis accipere, quia ex creaturis cognitionem accipit, in quibus sunt diversi modi perfectionum secundùm diversas formas*, sic v. gr. cognoscimus Angelo quasdam perfectiones illi convenire in primo modo dicendi per se, ut prædicata quidditativa, quasdam verò in secundo modo dicendi per se, imò has inter datur ordo aliquis v.gr. inter intellectum & voluntatem, quæ sunt facultates ab eadem natura intellectuali per simplicem emanationem procedentes, quamvis non ordinentur inter se in ratione effectus & causæ, ordinantur tamen ex natura rei in ratione effectus mediatioris, & immediatioris, quatenus à natura spirituali immediatius dimanat intellectus, quàm voluntas, quæ mediante intellectu existit, non quòd ille sit causa existentiæ illius, sed quatenus ille est effectus naturæ immediatior illa. Prob. etiam Minor, per insitam necessitatem omnium sive sint creata, sive increata, essentialia suo modo præcedunt notionalia, Essentia est prior attributis, cùm hæc dependenter, & vi essentiæ, non econtrà, ergo hinc concludimus perfectiones divinas ex modo naturalis exigentiæ ita constitutas, ut quædam pertineant ad ejus esse primarium & primo perseitatis modo, qualia sunt prædicata quidditativa, quædam verò consequantur eum in esse velut secundariò & secundo modo dicendi per se, quales sunt perfectiones attributales, in quo autem sensu sano hæc accipienda sint, diximus Controv.1.q.3.a.4.n.53. & seqq in §.4. hujus Tomi secundi, & alibi frequenter: ergo reperitur in Deo ordo præsuppositionis, & habitudo aliqua prioritatis & posterioritatis ad intelligendum ea, quæ sunt in Deo.

Quarta pars, quòd ille ordo fundetur in distinctione patet, quia ordo est relatio disquiparantiæ, quæ fundatur supra multitudinem, ac proinde super distinctione; sive rationis, si extrema sola ratione distinguantur, sive reali, si extrema sint distincta ex ipsa natura rei, sive solùm formaliter ex natura rei & præcisivè, sive realiter strictè & divisivè, vel saltem exclusivè.

Quinta pars denique, quòd illa distinctio fundans ordinem intelligibilitatis & præsuppositionis non sit purè logica, & ex parte nostri intellectus, sed ex natura rei & gratia materiæ probatur etiam: ipsum objectum secundùm se spectatum v. gr. Essentia divina præbet intellectui fundamentum concipiendi aliqua illius prædicata quidditativa cum tali ordine prioritatis, alia cum ordine posterioritatis, v.gr. attributa, ut verè, & absque fictione intellectus, unum concipi possit ut prius, non concepto altero, & licèt inter divinas perfectiones admitti non possit prioritas naturæ fundata in distinctione reali strictè, vi cujus ut *Philosophus 5. Metaph.* cap.2. t. 16. unum sæpè sine alio, non aliud sine ipso existere potest, attamen si ordo naturæ in Deo attendatur, etiam prius existere nequeat sine posteriori, utrumque enim est necesse esse, adeóque unum cum alio identificatur realiter, utique ex natura rei, & de se adhuc est minor repugnantia, quòd illud quod dicitur prius, esse posset sine alio, nisi hoc aliundè impediretur, quàm econversò; sic nisi obviaret in creaturis identitas realis in tertio, in Deo autem infinitas omnia in Divinis identificans, minus repugnaret Essentiam existere, quantum est de se, sine attributis, quàm econversò, prius enim ut prius, potest esse sine posteriori: ergo quòd de facto unum intelligibiliter sit prius alio, non est à parte nostri intellectus, sed gratia materiæ, & ex natura objecti, & hinc causantur Thomistæ in Divinis statuere distinctionem virtualem, quæ consistat non tantùm in eminentiali congerie omnium creatarum perfectionum continendo consequenter virtute omnem distinctionem earundem quatenus participate possunt de perfectione divina non participando eam totam reali vel intentionali participatione; sed quæ consistat in ipso fundamento eminentialiter multiplici, quod actuali multiplicitate conceptuum fiat multiplex objectivè per rationem, quod tamen ex mente D. Thomæ verisimili distinctio aliqua actualis admittenda fuisset mox in sequentibus hisce quæ suprà dixi in S. Doctoris doctrinalibus verbis velut in thesauro delitescere, prius eruderatis, sit

ASSER-

ASSERTIO IV.

Spectando rationes divi Thomæ, & verba ipsa ex suo fonte hausta verisimilius est, quòd sicut perfectiones divinæ, ut substant actuali conceptuum multiplicitati, undecunq; illa proveniat, sive ab objecto, quod in se unum & simplex est, inadæquatè, ut loquuntur, concepto, sive à creaturis diversis, in quibus illa ut distincta resplendescunt, per rationem fiant objectivè multiplices, quod omnes admittimus, ita ex mente ejusdem ante omnem conceptum creatum, fundamentalem quandam multiplicitatem eo modo, quo illam Doctor Subtilis astruit, ut vere talis simplex multiplicitas ibi sit ex natura rei, in Deo admittendam esse.

Assertio probatur quoad distinctionem ex natura rei formalem inter divina attributa, & essentiam ex mente D. Thomæ.

448. PRimò ex primo Sentent. d. 2. qu. 1. art. 2. in corpore: *Oportet quòd omnes nobilitates omnium creaturarum inveniantur in Deo nobilissimo modo, & sine aliqua imperfectione. & ideò quæ in creaturis sunt diversa, in Deo propter summam simplicitatem sunt unum. Sic ergo dicendum est: Quod in Deo est sapientia, bonitas, & hujusmodi, quarum qualibet est ipsa divina Essentia, & ita omnia sunt unum re, & quia unumquodque eorum est in Deo secundum sui verissimam rationem, & ratio sapientiæ, non est ratio bonitatis, in quantum hujusmodi, relinquitur quòd sunt diversa ratione, non tantùm ex parte ipsius rationis ratiocinantis, sed ex proprietate ipsius rei.* Quod confirmat dist. 22. q. 1. art. 3. ad tertium: *Ex hoc,* inquit, *quod ratio sapientiæ & bonitatis differt in Deo, diversificatur in creatis bonitas & sapientia.* Et ad quartum ibidem: *Dicendum quòd differunt secundùm rationem, non quæ sit in ratiocinante, sed quæ salvatur in ipsa re secundùm veritatem & proprietatem rei.* Et mox: *Unde cùm in creatura ratio sapientiæ non sit ratio bonitatis, oportet quod etiam hoc in Deo sit verum.* Deinde Opusc. 72. respondens ad 1. quæst. *Cùm quæritur,* inquit, *utrum in divina Essentia possit esse pluralitas attributorum, dictum, scilicet* l. c. in primo Sentent *quod diversitas rationis, quæ est in attributis, non est tantùm à parte nostra, sed à proprietate ipsius rei, & hoc verum est.* Et mox: *In eadem verò quæstione dictum est, quòd bonitas & sapientia sunt in Deo secundùm verissimam sui rationem, & ideò bonitas non est ratio sapientiæ, in quantum hujusmodi. Unde concludebatur, quòd absolute sint in Deo secundùm diversam rationem, quæ diversitas non est tantùm apud ratiocinantem, sed apud proprietatem rei.* Hæc omnia apertè sonant Scoticam distinctionem ex natura rei *primò*: quia ait unamquamque illarum perfectionum esse in Deo secundùm propriam & verissimam suam rationem. *Secundò*, unamquamque secundùm hanc distingui, & non secundùm conceptum nostrum extrinsecum, quod perspicuè significant tum hæc verba: *Absolutè sunt in Deo* secundùm diversam rationem, tum illa: *Quæ diversitas non est tantùm, &c. ex proprietate rei* Ergo secundùm S. Thomam habetur in Deo distinctio ex natura rei, & nullatenus in hac Controversia discrepant Doctor Angelicus, & Doctor Subtilis, sed tam unus quàm alter stat pro sola identitate reali, quæ admittit distinctionem ex natura rei formalem. Conseq. prob. Distingui ex proprietate rei, & ex parte ipsius Dei, est distingui ex natura rei; atqui secundùm Sanctum distinguuntur attributa divina ex proprietate rei, & ex parte Dei, & absolutè secundùm diversam rationem, ut suprà relatum est ex ipso Sancto. Ergo & ex natura rei.

Confirmatur ex dictis suis ibi, id est, 1. d. 2. a. 2. in solutione ad primum: *Pluralitas,* inquit, *attributorum, in nullo præjudicat summæ unitati, quia ea, quæ in aliis sunt ut plura, in Deo sunt unum, & remanet pluralitas tantum secundùm rationem, quæ non opponitur summæ unitati in re, sed necessariò ipsam sequitur, si simul adsit perfectio,* id est, si in una & eadem re substat & multiplicetur perfectio. Et art. 3. ad quintum in responsione ait, *rationes attributorum fundari in Essentia divina, quantum ad firmitatem suæ veritatis, & hoc* sicut statim dixit illam pluralitatem non opponi summæ unitati in re, ait: *Non repugnare divinæ simplicitati*: ad quid illa diceret S. Doctor, nisi esset vera aliqua pluralitas & distinctio attributorũ cum identitate reali eorundem: unde & art. 2. in corpore dixit, *In Deo est sapientia, bonitas, & hujusmodi, quarum qualibet est ipsa divina Essentia.* identicè scilicet, & realiter, quia statim subdit: *Et ita omnia sunt unum re, & quia unumquodque eorum est in Deo secundùm sui verissimam, & ratio sapientiæ, non est ratio bonitatis* 449.

S. Doctor proscribit distinctionem rationis inter essentiam & attributa Dei.

tu, in quantum hujusmodi, relinquitur, quod in diversa ratione, non tantùm ex parte ratiocinantis, sed ex proprietate ipsius rei, clarissimè indicant identitatem realem, *sunt unum in re*, & apertè excludunt formalem, *unumquodque est secundùm verissimam sui rationem*, & tamen ratio unius ex rei proprietate non sit ratio alterius. Sic art. 3. quærens, an hæc pluralitas sit solùm in intellectu, an etiam ex parte Dei, respondet: *Dicendum quòd sicut supradictum est, sapientia & bonitas, & omnia hujusmodi sunt omninò unum re in Deo, sed differunt ratione, & hæc ratio non est tantùm ex parte ipsius ratiocinantis, sed ex proprietate ipsius rei*: Vides ne iterum sunt unum in re, id est, realiter, sed differunt ratione, quæ ratio ex proprietate ipsius rei in uno attributo non est formaliter ratio alterius, seu in alio attributo, quia ratio sapientiæ, non est ratio bonitatis, in quantum hujusmodi, igitur in quantum tales ex proprietate ipsius rei, ita sunt diversi, ut ex parte ipsios objecti secundùm se ratio formalis, & objectivus conceptus unius, non sit ratio formalis & objectivus conceptus alterius, id quod ipsemet Doctor amplius declarans ait: *Ratio prout hic sumitur, nihil aliud est, quàm id, quod apprehendit intellectus, de significatione alicujus nominis &c. sic ratio qualitatis est id, quod significatur nomine qualitatis, & hoc est illud, in quo qualitas habet, quòd sit qualitas*, &c. *& sic patet, quod ratio sapientiæ, quæ de Deo dicitur est id, quod concipitur de significatione hujus nominis, quamvis ipsa sapientia divina definiri non possit, nec tamen hoc nomen, ratio, significat ipsam conceptionem, sed intentionem hujus conceptionis*, quid clarius? Ratio sapientiæ v. gr. quæ de Deo dicitur, est id, in quo ratio habet, quòd sit talis ratio, nempe sapientiæ, & non bonitatis, eamque dicit non significare conceptionem, sed intentionem hujus conceptionis, id est, intentionem primam; atqui tales rationes in Deo multas statuit, ait enim ibi esse sapientiam, bonitatem, &c. secundùm verissimam sui rationem, juxta quam una non est alia, ratio sapientiæ, non est ratio bonitatis, sed quælibet earum ratione sua diversa à ratione alterius: seu ut alibi loquitur, *Quæ quidèm omnia unum sunt re, sed differunt ratione, quæ* (id est, illa ratio, quâ differunt) *salvatur* (nota benè) *in proprietate & veritate.* Ergo secundùm sanctum Doctorem esse ratione diversa supponit distinctas ex natura rei formalitates objectivas, ita ut una earum intellectu attingi & concipi possit, altera, quæ illi identificatur, relictâ, idque non ex parte nostri intellectus, sed ex proprietate rei.

Confirmatur secundò: d. c. art. 3. in parte quarta præostenso multiplicationem nominum non synonymorum desumi a multiplicatione rationum dicens, si intellectus noster Deo posset *imponere nomen unum non significaret illud nomen bonitatem tantùm, nec sapientiam tantum, sed significata omnium istorum nominum includeret*, ad quid diceret *significata* pluraliter, isti uni nomini correspondere, non bonitatem tantùm, non sapientiam tantum, si illa secundùm se sint formalissimè una realitas, esto non sit à nobis nisi deficienter & inadæquatè conceptibilis propter identitatem realem omnium in infinitate fundatam, quod ipsemet Sanctus ibi mox infrà ex suis dictis concludens clarissimè ostendit. *Et sic*, inquit, *patet quartum*, quod erat, utrum pluralitas istarum rationum sit tantum ex parte intellectus nostri, & respondet negativè, affirmans econtrà *esse etiam ex parte ipsius Dei in quantum scilicet est aliquid in Deo correspondens omnibus istis conceptionibus*, quod aliquid dicit esse plenam & omnimodam ipsius perfectionem, puta in sensu, quo ex mente S. Doctoris explicavimus illam supra sub Assert. 2. alioqui si plena illa perfectio omnem ex parte Dei proscriberet pluralitatem, non rectè diceretur, quòd pluralitas illa non tantùm sit ex parte nostra, sed etiam ipsius Dei, ut patet consideranti.

450 *Confirmatur* tertiò Opusc. 9. q. 7. art. 6. ubi postquam dixit, non dici sapientem Deum, quòd sapientiam causet *alioquin*, inquit, *diceretur, Deus est cœlum, quia cœlum causat*. Infrà ostendit quamlibet rationem attributalem in Deo (esto nullus conceptus aut intentionalis similitudo referat perfectè rationem attributi) propriam habere conceptibilitatem objectivam, ita ut, quia conceptus objectivus sapientiæ, non potest esse conceptus objectivus bonitatis, ideo nec conceptus formalis unius, possit esse conceptus formalis alterius. Verba S. Thomæ sunt: *Ista multa rationes & diversa habent aliquid respondens in ipso Deo, quod est Deus, cujus omnes istæ conceptiones intellectus sunt similitudines: constat, unius formæ non potest esse nisi una similitudo secundùm speciem, quæ sit ejusdem rationis cum ea tamen possunt esse diversæ similitudines imperfectæ, quarum qualibet à perfecta forma repræsentatione deficiat.* Ubi quod unius formæ non potest esse nisi una similitudo secundùm speciem, perspicuè declarant, quamlibet rationem relictâ alia ut formaliter à se distincta posse fundare & terminare sui conceptibilitatem, ac insuper diversarum rationum seu formalitatum non posse unam esse similitudinem, sed singulas secundùm proprium esse formale, quod habent in Deo, & quod Deus est, se tamen, etsi modo imperfecto, propriam similitudinem intentionalem.

451 Potest idipsum probari secundò ex Opusc. 9. quæst. cum dixisset, ratio lapidis est, quam significat nomen ejus, ad objectionem, quæ erat de inclusione formali ex parte rei, scilicet quòd ratio Bonitatis divinæ verè includeret in se sapientiam divinam, ita respondet: *Quod secundò objicitur, quòd ratio Bonitatis divinæ includit in se sapientiam, quia Bonitas divina est sapientia, non valet, quia Bonitas divina est divina sapientia ex hoc quod est divina, non ex hoc quod est bonitas, neque ex hoc quod est sapientia & bonitas,*

Bonitas divina sapientia est, non quia bonitas est, sed quia divina est.

tas, hoc autem pertinet ad rationem bonitatis & sapientiæ, scilicet bonitati in quantum bonitas est, & sapientiæ, in quantum sapientia est. Non valet, inquit, quòd ratio Bonitatis divinæ, &c. quia Bonitas divina, quà divina est sapientia, non quà Bonitas est, sanè hic loquendi modus exactè continet sensum Doctoris Subtilis, is enim nihil minus, nihil amplius ostendit, quàm sapientiam & bonitatem esse quidem idem ex hoc quòd divinæ sunt, cùm sic omnia in Deo sint unum re, sive idem identitate reali, eâdemque existentiâ existant, non tamen bonitatem esse sapientiam, quatenus bonitas est, quod est dicere, quod dicit Scotus, Bonitatem non esse formaliter sapientiam, ita ut hæc D. Thomæ negativa, *Neque ex hoc quod est sapientia, est bonitas*, ostendat omnes illos Auctores, qui oppositum tenent, & dicunt sapientiam esse formaliter bonitatem, directè tam contra D. Doctorem Angelicum militare, quàm contra Doctorem Subtilem.

452. *Probari* posset tertiò ex Summæ 1.p. qu. 15. art. 1. *Necesse est ponere in mente divina ideas, vel ut sit exemplar ejus, cujus dicitur forma: vel ut sit principium cognitionis ipsius, secundùm quod formæ cognoscibilium dicuntur esse in cognoscente. Et quantum ad utrumque est necesse ponere ideas.* Art. 2 tria decidit de ideis. *Primo*, non obstantibus quatuor rationibus, quas ibi adducit in contrarium (quarum prima quæ ex identitate formali Adversariorum deprompta est, scilicet: *Idea in Deo est ejus essentia, sed essentia Dei est una tantùm: ergo & una idea*) concludit ob auctoritatem S. Augustini in lib 83. q. *Quòd necesse est ponere plures ideas.* Et infrà in corpore, ex eo, quòd in Deo sint omnium rerum rationes, *Sequitur*, inquit, *quòd in mente divina sint plures ideæ.* *Secundò*, quòd illæ juxta Augustinum sint rationes rerum omnium stabiles & incommutabiles. Idem habet S. Doctor 1.p. qu. 44. art. 3. dicens: *Oportet dicere, quòd in divina Sapientia sint rationes omnium rerum, quas suprà* (scilicet qu. 15. art. 1. statim cit.) *diximus ideas, id est, formas exemplares in mente divina existentes, quæ quidem licèt multiplicentur secundùm respectum ad res, tamen non sunt realiter aliud à divina essentia.* Et Opusc. 9. qu 66. quæ item est de ideis: *Et hoc sufficit ad pluralitatem idearum, quæ nihil sunt aliud, quàm rationes rerum, prout sunt intellectæ à Deo.* Et ibidem qu. 67. *Non tamen sequitur quòd aliqua realis distinctio ex ideis sit in Deo, sed quòd plura intelligantur ab ipso.* Tertiò ostendit S. Doctor, & probat ideas non repugnare simplicitati divinæ: *Hoc autem*, inquit, *quomodo divinæ simplicitati non repugnat, facile est videre, si quis consideret ideam operati esse in mente operantis, sicut quod intelligitur, non autem sicut species quà intelligitur.* Et mox ostendens non esse contra simplicitatem divini intellectus, quòd multa intelligat, sed contra simplicitatem ejus esse, si per plures species intellectus informaretur, & constitueretur in actu. Habemus ergo ex mente D. Thomæ *primò* idearum pluralitatem, consequenter aliquam inter illas esse distinctionem, qualiscunque illa demùm sit. Habemus *secundò*, quòd ideæ sint formæ exemplares in mente divina existentes, & quæ sint principium cognitionis, secundùm quod formæ cognoscibilium dicantur esse in cognoscente. *Tertiò*, quòd sint rationes stabiles seu incommutabiles, quæ ipsæ formatæ non sunt, ac per hoc æternæ ac semper eodem modo se habentes, ut expressè qu. 15. art. 2. cum Augustino in lib. 83. qq. consequenter quòd sint aliquid reale, quia causare intellectionem, seu sub ratione ideali esse rationem intelligendi v. gr. lapidem, item verè esse in mente divina, & habere veram similitudinem expressivam nequit quadrare in ens rationis: Igitur ex mente D. Thomæ in Deo sunt plures ideæ ex natura rei distinctæ. Patet Conseq. quia ut expressè ait, quòd illas ipse Deus intelligat ut plura, nam art. 2. ait in responso ad secundum, *Deus*, qui non potest falli intelligendo in se plures rationes, si à parte rei & verè non essent plures, inquit S. Doctor, *non solùm intelligit multas res per essentiam suam, sed etiam intelligit se intelligere multa per essentiam suam. Sed hoc est intelligere plures rationes rerum, vel plures ideas esse in intellectu ejus ut intellectas.* Ergo ideæ divinæ non sunt ex natura rei una indivisibilis realitas, & multiplex solùm ut relata ad plures creaturas, alioqui S. Doctor debebat concludere juxta id, quod est à parte rei, & non dicere ideas, quæ insuper essent formæ æternæ & in mente divina existentes necessariò plures esse, easque non repugnare simplicitati.

Nec obstat, quòd dicat in Responso ad quartum respectus multiplicantes ideas, in Deo non esse respectus reales, quia addit non esse reales, sicut illi, quibus distinguuntur personæ, id est, non sunt realiter distinctæ, sicut relationes distinguentes personas, cum quo stat illas ideas, quas S. Thomas ibi relationes dicit veras esse, utpote quæ sunt pro talibus intellectæ à Deo, qui non fallitur, nec fingit entia rationis. Huic Argumento ex mente D. Thomæ tantam vim attribuit Staudenhecht p. 2. de dist. cap. 2. §. 4. argumento 4. ut putet esse unum è solidissimis, latent tamen aliæ difficultates & modi loquendi de idearum distinctione, hinc ubique in hoc Tomo, ubi se obtulit idearum mentio abstracti ab hac materia mittendo Lectorem ad Tom. 1. ubi ex professo de hoc Controversia instituta legatur Parte secunda.

Probatur distinctio ex natura rei inter Hypostases & Essentiam ex mente Divi Thomæ.

453. *Probatur primò* ex 1. p. Summæ, q. 32. ubi clarè videtur ostendere non solùm discrimen aliquod inter Essentiam & Personas, sed & in ipso Patre, postquàm enim dixit Essentiam significari in Divinis, ut *quid*, Personam ut *quis*, proprietates autem ut *quo*, subdit: unam Personam in Divinis referri ad duas Personas, *scilicet Persona Patris, ad Personam Filii & Spiritus sancti, non autem unâ relatione, quia sic sequeretur quòd etiam Filius & Spiritus sanctus unâ & eâdem relatione referrentur ad Patrem.* & infra: *Filius & Spiritus sanctus non secundùm relationes unius rationis referuntur ad Patrem.* Et mox: *in Patre oportet esse relationem realem, qua refertur ad Filium & Spiritum sanctum, unde secundùm duas relationes in Filio & Spiritu sancto, quibus referuntur ad Patrem, oportet intelligi duas relationes in Patre, quibus referatur ad Filium & Spiritum sanctum.* De fide est, Essentiam in omnibus Personis esse ejusdem rationis, secundùm S. Thomam relationes in Filio & Spiritu sancto non sunt ejusdem rationis, id est, formalitatis, ergo non sunt formaliter ipsa Essentia. *In Patre,* inquit, *oportet intelligi duas relationes,* & art. 2. in fine cap. *Communis spiratio non est proprietas, quia convenit duabus Personis.* Et in responsione ad 3. *Dicendum quòd cùm sola oppositio relativa faciat pluralitatem realem in Divinis, plures proprietates unius Personæ, cùm non opponantur ad invicem relativè differunt realiter, nec tamen de invicem prædicantur, quia significantur ut diversæ rationes Personarum,* ecce statuit duas relationes in Patre: item quarum una est, alia non est proprietas personalis, ergo statuit ut distinctas, non realiter, ut mox dixit, ergo formaliter. Una de altera prædicari nequit, & aliter non significantur, quàm rationes formaliter diversæ, quid ergo restat ad demonstrandum ad mentem D. Thomæ distinctionem aliquam ex natura rei, quæ non sit realis? nihil, nisi quis à bono Thomista expectet desuper, id est, horum verborum conformem nostræ opinioni interpretationem, adest egregius & Interpretum D. Thomæ Princeps, Cardinalis *Cajetanus* in Comment. ad art. 2. §. Ad primum dubium, ubi sic: *quoniam Persona Patris habet relationes duas, sic quod unaquaque vendicat sibi propria, ac si essent sensim actualiter duæ in re, ideo oportet duas relationes in abstracto tanquam duas Patris notiones ponere. Alioqui respondere non posset quærenti, quo Pater, & quo spirator, cùm constet Patrem ad Filium, spiratorem verò ad Spiritum sanctum: verum tamen sufficeret affirmare, quod distinguantur formaliter.* Ita Cajet. quod distingui formaliter hic Thomistæ intelligant & explicent, ut ut velint, sufficit D. Thomas, qui duas ponit & distinctas rationes formales.

Cajetanus videtur abire in Scotistarum opinionem.

454. *Probatur* secundò ex 1. d. 34. q. 1. art. 1. ubi quærit, num Persona & Essentia in Divinis sint idem, ad secundum Argumentum pro negativâ ita discurrit: *Affirmatio & negatio nunquam verificantur de eodem, verificantur autem de Essentia & Persona, quia Essentia non est distincta, Persona est distincta, ergo Persona & Essentia non sunt idem.* Respondet autem ad quæsitum principale: *dicendum quòd Persona & Essentia omninò re in divinis non distinguuntur.* Et infra iterum: *oportet quòd omnino eadem sint re Essentia & Persona,* solum statuit ecce S. Doctor identitatem realem seu secundùm rem. & paucis interjectis: *nihilominus tamen Essentia & Persona distinguuntur secundùm rationem, cui tamen rationi veritas rei pro fundamento substat,* accipias itaque & intelligas ly *secundùm rationem* pro intellectu distinguente illa tanquam duas res, sic verè dicit distingui secundùm rationem, accipias autem prout illi rationi fundamentum veritas rei substat, etiam distinguuntur secundùm rationem, sed formalem, id est, secundùm diversitatem non rei & rei, sed formalitatum: hunc autem sensum intendi art. 2. cùm dixisset proprietates à Persona differre secundùm modum significandi, hisce explicat: *Nec modus significandi diversus veritatem, sed vanitatem haberet, nisi esset alia ratio proprietatis & Personæ, cui respondet aliquid in re, & ideo dicimus, quod proprietates & Persona sint eadem re, sed differant ratione,* ergo habetur ex mente D. Thomæ Personam & proprietates personales ita differre ratione, ut in re aliquid respondeat conceptui Personæ quantum ad Essentiam, quod non respondet conceptui personalitatis, quantum ad proprietatem, quæ est ipsissima doctrina Doctoris Subtilis. Huic conformiter art. 1. ostendit in persona Patris duas rationes formales, unam communem Essentiæ subsistentis, alteram propriam scilicet ipsam relationem Paternitatis incommunicabilem & distinguentem Patrem à Filio; verba illius hæc sunt: *In Divinis invenimus aliquid commune secundùm rem & aliquid proprium; si ergo ratio Personæ duo includit in Divinis: nomine ergo personæ significatur Deus ut subsistens & proprium, sed nomine Essentiæ significatur ut simpliciter, non autem ut subsistens, & significatur ut commune, sed nomine Paternitatis non significatur ut subsistens, sed ut proprium, non quidem ut distinctum, sed ut distinguens. Et sic patet, quod Persona re ab Essentia & proprietate non differt, sed secundùm rationem tantum, per quam utrumque significatur, ut formale respectu personæ, quantum ad duo, quæ sunt de intellectu personæ, quia Essentia significatur ut forma ejus, in quantum est subsistens & proprietas ut forma ejus,* in quantum est proprium vel incommunicabile: igitur secundum S. Thomam in Personis est aliquid commune secundum quod conveniunt, & aliquid quo distinguuntur, consequenter ut alibi dictum, & unum aliquid & aliquid in natura rei non sit

In divinis aliquid correspondet conceptui Essentiæ, quod non correspondet proprietati.

prot-

prorsus una eademque ratio formalis, restat distinctio formalis unius ab alio.

455. *Confirmatur* amplius ex Responso S. Doctoris ad secundum Argumentum, ubi admittit contradictoria verificari posse de Essentia & Persona secundùm illas rationes, in quibus distinguuntur: *Ad secundum, inquit, dicendum, quod de eodem secundùm quod idem est, impossibile est aliquid idem affirmare & negare: sed si in aliquo distinguantur, affirmationes & negationes pertinentes ad illam distinctionem de ipso verificari poterunt, quia omnis distinctio sive rei, sive rationis fundatur in affirmatione & negatione, sicut patet etiam in synonymis. Tunica enim & vestis eandem rem significant, tamen nomina sunt diversa, & similiter indumentum, unde affirmationes & negationes, quæ pertinent ad rem non possunt verificari, ut dicatur tunica est alba, indumentum non est album: sed affirmationes & negationes, quæ pertinent ad ipsa nomina possunt verificari, ut dicatur indumentum est neutri generis, vestis est neutri generis. Ita etiam cum Persona & Essentia sint idem secundum rem, nihil quod ad Naturam pertinet, quod prædicatur de Essentia, potest negari de Persona, ut dicatur Essentia est increata: Essentia est Deus, & Persona non est Deus, vel aliquid hujusmodi. Sed quia ratione distinguuntur, quidquid pertinet ad rationem illam, in qua distinguuntur, quod prædicatur de uno, potest negari de altero, ut dicatur, quod Essentia est communis, Persona non est communis, Persona generat, Essentia non generat.* Ex quibus cum verè sit Paternitas in Patre aliqua ratio, quæ non sit Essentia, & vicissim, ideoque sine contradictione contradictoria à parte rei secundum quod secundùm veritatem in Deo reperiantur verificari valeant, absolutè convincitur ex mente D. *Thomæ* complera aliqua & vera distinctio in ipsa re, quæ sit exempta ab omni intellectus fabrica.

456. Iterum confirmatur ex eadem q. 33. art. 1. *ad ultimum*, vult Personas divinas ita esse in substantiæ genere, ut sint etiam in genere relationis. At tributa verò ita esse in genere substantiæ, ut sint in genere qualitatis. *Unde, inquit, ita in Divinis est alia ratio scientia & qualitatis, quod non est simpliciter aliud, & ideò sicut in creaturis dicitur, quod eodem est qualis & sciens; ita in Divinis dicitur, quod eodem est substantia & sciens, non tamen quod eodem sit substantia & Pater:* Ecce *non eodem* dicit: ergo inter Essentiam & Personalitatem est aliqua vera non identitas formalis, cùm aliàs tum *eò* Deus *quo* Pater, & *eò* Pater, *quo* Deus esset. Quomodo autem hæc veritas ex *Augustino* deprompta non infirmat distinctionem Scoti inter Attributa & Essentiam. Vide supra q. 2. art. 3. n. 418. & seq ubi de S. Augustino tractatur.

Probatur quartò ex 1. p. quæst. 28. art. 2. & in Conclusione, & in corp. ait: *Manifestum est, quòd relatio realiter in Deo existens idem est Essentiæ secundùm rem, non differt autem, nisi secundùm intelligentiæ rationem, prout in relatione importatur respectus ad suum oppositum, qui non importatur in nomine Essentiæ:* & infra in Responso ad primum, ubi ex illo *Aug.* l. 7. de *Trinit.* omnis res quæ relativè dicitur, est etiam aliquid excepto relativo inferebatur Essentiam esse aliquid aliud secundùm rem præter relationes ait, illa verba nun pertinere *ad hoc, quòd Paternitas secundùm esse suum in Deo non sit id quod divina Essentia, sed quod non prædicatur secundùm modum substantiæ ut existens in eo de quo dicatur, sed ut alterum se habens,* & mox in Responso ad secund. im: *quod sicut in creatis in illo quod dicitur relativè non solum est invenire respectum ad alterum, sed etiam absolutum ita in Deo* illo excepto, quòd id quod in creatura invenitur sub significatione nominis relativi sit alia res, secus in Deo ubi est una eademque res cum Essentia, in omnibus his nullam aliam exprimit identitatem, quam illam quæ est secundùm rem, quacum, cùm dicat non importari per nomen Essentiæ respectum ad oppositum qui indubiè realis, cùm utrumque in Deo invenìatur, nec ècontra per nomen respectus Essentiam, item illa non eodem modo prædicari, cum tamen verè prædicentur infallibiliter, stabit relationem secundùm proprii generis rationem formaliter distingui, & ex natura rei aliam esse ab Essentiæ ratione. Nec obstat, quòd Sanctus ibi dicat ad secundū: *non sequitur quòd in Deo præter relationem sit aliquid aliud secundum rem, sed solùm considerata nominum ratione,* quia non vult ibi esse vel casta, vel nomina synonyma tantùm, sicut vestis & indumentum idem, non solùm secundùm rem, sed & secundùm eandem prorsus rationem formalem significantia, illius enim omninò & ubique & clarissime in ipso contrarium vidimus, sed uti habet q. 13. (quæ in margine citatur) art. 2. *quod hujusmodi nomina quidem significent substantiam divinam, & prædicentur de Deo substantialiter, sed deficiant à repræsentatione ipsius, quid sit Pater.* Ergo significant ita unam eandemque rem, ut tamen secundùm aliam & aliam rationem in illa re repertam, ratio hæc non sit formaliter ista, nec ècontra conceptus objectivus hujus, sit conceptus objectivus alterius.

Idem Intentum probari posset generatim argumento ad hominem, ratione non contemnenda.

457. *Distinctio cum fundamento in re &* Hactenus dicta pro utraque parte, tam quoad probandam distinctionem inter Essentiam & Attributa, quam inter Hypostases & Attributa robur obtinent ex ipsa doctrina & Distinctione Thomistica, quæ non fit mitur ex operatione nostri intellectûs præcisè, sed cum fundamento in re: atqui, ut plurimi docent Auctores, hoc ipsum fundamentum *Scotica coincidunt secundùm aliquos.*

rum fundans distinctionem est formalium rationum in Deo repertarum simplex multiplicitas, quæ exprimit distinctionem ex natura formalem, ergo. Min. prob. oppositum distinctionis fundat unica simplex & indivisibilia aliqua formalitas, ergo fundamentum distinctionis erit aliqua multiplicitas, & huc videtur respexisse Javellus Comm. in 1. p. D. Thomæ q. 28. art. 2. dicens: *distinctionem Scotisticam secundo sensu concedimus, eamque vocat D. Thomas in 1. d. 3. distinctionem rationis ex natura rei rationabilis.* quod idem est ac distinctionem esse fundatam *in natura rei* non solùm inchoativè, quatenus res eadem intellectui objecta præstat occasionem ob ejus eminentiam ac illimitationem quandam distinguendi in ipsa plures perfectiones per plures conceptus inadæquatos, ut loquuntur, f[...] c[...]tive, ut vere in re ante opus intellectus multiplicitas formalium rationum reperiatur, quarum una secundùm se non est alia, adeoque [e]x tali diversitate actualis habeatur & co[m]pleta distinctio in ipsa rei natura fundata. Verum quidem est distinctionem esse ratiocinabilem ex natura rei & inchoativè solum, accepta in objecto distinguibilitate rationum formalium quasi in plura ad modum pluralitatis, quæ est & relucet inter conceptus nostr[o]s, quia sic verè non sunt plura in Divina Essen[tia], secus est accepta multiplicitate, in quam immediatè & directè fertur cognitio.

Expenduntur & solvuntur rationes in oppositum produci solitæ ex D. Thoma primò contra Distinctionem formalem inter Essentiam & Attributa.

458. PRimo 1. p. Summæ q. 3. art. 3, cui titulus est, *Utrum sit idem Deus, quod sua Sapientia vel Natura.* Ubi S. Doctor in fine corp. sic ait: *Oportet quod Deus sit sua Deitas sua vita, & quidquid aliud sic de Deo prædicatur: Quod ergo dicitur Deitas vel vita, vel aliquid ejusmodi esse in Deo, referendum est ad diversitatem, quæ est in acceptione nostri intellectus, & non ad aliquam diversitatem rei.*

Secundo, adducunt omnia ea loca à nobis supra allata à n. 448. per totum usque ad n. 455. eò quòd ibi dicatur, illa differre ratione vel secundùm rationem, &c.

Tertio, varia loca producunt, quibus docet S. Doctor causam multiplic[itati]s & distinctionis eorum, quæ in Deo sunt unum, esse ex parte nostri intellectus, qui non po[t]est Deum apprehendere, ut in se est, sed velut per partes ad modum quo diversæ perfectiones creaturarum apprehenduntur.

Quarto iterum ex 1. p. q. 1[3]. art. 1. & 4. nomina significare res me[di]ante conceptione intellectus, adeoque primò, & per se significare nostros conceptus formales & per hos objecta, consequenter divinæ perfectiones non distinguuntur primò & per se in seipsis, sed extrinsece duntaxat & per conceptus nostros.

Ex D. Thoma contra Distinctionem inter Essentiam & Hypostases.

459. QUinto similiter afferunt ea loca supra adducta n. 454. & seq. per totum, quibus docetur, quòd Essentia & Persona sint unum re, sed distinguuntur ratione, aut secundùm intelligentiæ rationem, &c.

Sextò, 1. p. q. 3. art. 1. in corp. *Respondeo*, inquit, *quod considerantibus* divinam simplicitatem quæstio ista in manifesto habet veritatem; ostensum est enim supra (id est, ut in margine habetur, q. 3. art. 3.) *quod divina simplicitas hoc requirit, quod in Deo sit idem Divina Essentia & suppositum*, &c. & infra: *Ex quo sequitur, quod in Deo non sit aliud Essentia, quam Persona secundùm rem, & tamen quod Persona realiter ab invicem distinguantur, persona enim ut supra dictum est* (puta q. 29. art. 4.) *significat relationem prout est subsistens in Natura divina. Relatio autem ad Essentiam comparata non differt re[...], sed ratione tantùm.*

Septimò, in eadem parte q. 40. art. 3. ait: *Paternitas est ipse Pater*, &c.

460. Respondetur *ad primum* concedendo, quòd Deitas sit sua vita, & quòd distinctio, quæ ad Deitatis vel vitæ aut hujusmodi Essent[ia]lia spectat prædicata, referen[d]a sit ad diversitatem, quæ est in acceptione nostri intellectus, ratio est, quia necessariò eadem realitas correspondet conceptui Deitatis & vitæ, & aliorum prædicatorum essentialium, cùm alioqui vel istæ non essent infinitæ, vel Deitas non esset prima entitas, nam si quodlibet prædicatum essentiale præ se ferret propriam & distinctam ex natura rei formalitatem, deberent illam mutuare ab Essentia, quia omnes realitates absolutæ in Deo infi[nit]ate[m] suam radicalem habent ab Essentia Divin[a] velut fonte & pelago omnium perfectionum [o]riginativo, ut docet *Scotus Quodl. 1.* sed hoc e[sse] non posset, quin potius è contra [...] infinitatem haberet ab illis, cùm constituti[v]um Essentiæ, & sic non foret prima entitas, sed illæ essent priores, eâ saltem prioritate, qua prædicata constituentia præintelliguntur constitutis. Vide Tomum primum Cont. 10 q 2 per totum, hic satis est, allatam auctoritatem non esse ad propositum aut contra nostram Thesin.

Transeamus itaque ad alia, quæ omnia ut patet ex co[r]p. hujus q. unica respons[io]ne dispûguntur, nimirum S. Doctorem intelligendum secundum explicationem & doctrinam

ibi

ſbi datam, unde non eſt ut reſpondeamus ad id, cujus [illegible] o loco mentio fiebat.

Ad tertium dico S. Doct[illegible]m potius in eo eſſe q[illegible] variæ rationes de Deo concipimus, & v[illegible] ſ[illegible]nificamus nomin[illegible]us, ſint in Deo ut in *radice verificante has conceptiones*, quare dicendo cauſam diverſitatis nominum [illegible] ex [illegible] intellectus, non exclu[illegible] diverſitatem [illegible] quam ex natura rei [illegible] verè in objecto reper[illegible]m, in quam im[illegible] erat[illegible] in [illegible] ut [illegible] unt, ſe[illegible] imper[illegible] per ſpecies a[illegible] [illegible] d in [illegible], quo res creatas apprehendit & c[illegible].

Ad quartum ([illegible] ujus [illegible] ontio maxim[illegible] dependet a [illegible] q[illegible] on[illegible] voces pr[illegible] res, an conc[illegible] p[illegible] is [illegible], d[illegible] q[illegible] h[illegible] c [illegible] oci non eſt di[illegible] ut [illegible] *reſpondeo* [illegible] an[illegible] um ibi ſolu[illegible] v[illegible], [illegible] u[illegible] i [illegible] ne[illegible] nomi[illegible] a rebus, d[illegible] ic [illegible] p[illegible] e co[illegible] ception[illegible] cu c[illegible] s, & ideo nomi[illegible] a [illegible] dùm ea[illegible] n, qua[illegible] le [illegible] ber[illegible] co[illegible] mus, [illegible] ut [illegible] v[illegible] us, quib[illegible] & [illegible] rat[illegible] c[illegible] [illegible] p[illegible] a[illegible] q[illegible] uenimus, [illegible] ta [illegible] m[illegible] u d[illegible] iju que [illegible] u[illegible] q[illegible] u[illegible] e[illegible] tio [illegible] p[illegible] & [illegible] ſt, ſignificent [illegible] us [illegible] qu[illegible] p[illegible] fectiones [illegible] nas p[illegible] s, q[illegible] m exiri[illegible] in [illegible] bus.

Ad quintum, q[illegible] ctio[illegible] nem ex [illegible] Hypoſta[illegible]

ſes, patet ex corp. Quæſtionis n. 453. & [illegible] per extenſum.

Ad ſextum ſimiliter patet, ibi nihil dici de identi[illegible] te for[illegible] ntre c[illegible] m Per[illegible], ſed S. Doctor, ubi [illegible] culcat ſolam identitat[illegible] rea[illegible] lem, *relatio*, [illegible] q[illegible] it, *ad* [illegible] *entiam comparata, non differt re*, [illegible] id [illegible] ex[illegible] re Divinam Simp[illegible] itat[illegible] [illegible] *ſed ratione* [illegible] connotante & ſupponen[illegible] e[illegible] iam & ali[illegible] m ratio[illegible] n formalem [illegible] o[illegible] j[illegible] o, quæ non eſt à ratio[illegible] d[illegible] ctio, ſe[illegible] p[illegible] te rei ut ſæp[illegible] lan[illegible] s D[illegible] ors.

A[illegible] timum denique [illegible] um [illegible] ſt, S[illegible] um eſſe int[illegible] li[illegible] n ſuum de [illegible] ecu[illegible] ùm rem [illegible] ute[illegible] q[illegible] P[illegible] a [illegible] at[illegible] n[illegible] conſtat ex una [illegible] n[illegible] litate, [illegible] d ex ipſ[illegible] [illegible] nria & proprietate, qu[illegible] em q[illegible] idem dem ſunt, non ta[illegible] alit[illegible] uia ut 1. d. 3. art. 2 *non veritatem* [illegible] *l vanitatem haberet*, &c. *niſi eſſet a* [illegible] *proprietatis & Perſona, cui reſpondet a*[illegible] *ju*[illegible] *in re, & ideo* [illegible] *mus, quòd proprietate* [illegible] *ona ſint idem re,* [illegible] *ed d*[illegible] *rant ratione* [illegible] ce c[illegible] ondet aliquid in re [illegible] bet [illegible] *ratione ſecundum rationem* ita [illegible] gi[illegible] c[illegible], ne[illegible] videatur [illegible] ontr[illegible] d[illegible] al[illegible] o. In[illegible] ben[illegible] tur [illegible] q. 40. [illegible] 3. in [illegible] t, quod de ſola [illegible] te [illegible] ibi loquitur dicens. *non enim proprietates perſonales intelliguntur advenire Hypoſtaſibus divinis ſicut forma* [illegible] *jecto præexiſtenti* ubi realem [illegible] [illegible] m exterminat diſt[illegible] n[illegible] onem, qualis eſt inter formam [illegible] ctò advenientem. Videatur S. *Doctor* in fonte.

Tandem ex his [illegible] pr[illegible] conſenſu utriu[illegible] Do[illegible] ris Angelici cum [illegible] ubt[illegible] li, Subtilis cum Angelico.

46[illegible] H[illegible]Is ex D. Thom[illegible] Ar[illegible] enns & auct[illegible] ri[illegible] [illegible] s [illegible] renti[illegible] o per[illegible] n [illegible] pe[illegible] um eſt, [illegible] itur [illegible] e in[illegible] ive ſecundum r[illegible] onem [illegible] D[illegible] vinas, no[illegible] poni[illegible] e d con[illegible] d[illegible] dinctio[illegible], cùm [illegible] d[illegible] te[illegible] em, q[illegible] n S. Do[illegible] um præte[illegible], [illegible] utraque di[illegible] v[illegible] u[illegible] q[illegible] rmas ut [illegible] appellat, quæ [illegible] nullam[illegible] in [illegible] u [illegible] s & [illegible] nes reales [illegible] q[illegible] nque[illegible] unt d[illegible] q[illegible] od ſint [illegible] *rationi*[illegible] *um* [illegible] *ouens, intelligentia rationum*, [illegible] d[illegible] s [illegible] tivas à p[illegible] x natura [illegible] te [illegible] tus [illegible] v[illegible] concipere [illegible] at[illegible] n[illegible] tione[illegible] [illegible] us, [illegible] & qui[illegible] n[illegible] con[illegible] cipitur, a[illegible] al[illegible] a[illegible] ta, ita [illegible] ſecun[illegible] q[illegible] ſt, [illegible] illi[illegible] n [illegible] q[illegible] hac [illegible] p[illegible] a [illegible] c[illegible] s [illegible] & in hæc [illegible] alitates in objecto,

Diſtinguuntur ſecundum rationem ex mente D. Thomæ eſt diſtinctio formarum ex natura rei.

ctò, ut ſubſtant hujuſmodi conceptibus u[illegible] am [illegible] al[illegible] tem ſuperuenientibus vocantur funda[illegible] n[illegible] u in [illegible] uperioribus D. Thom. au[illegible] [illegible] unde omninò patet D[illegible] Subtili in tantum [illegible] Controverſia, ſicut di[illegible] *Ricciolius* allata [illegible] 17. [illegible] h [illegible] o[illegible] *formæ ex natura* [illegible] *rei* [illegible] *inter* [illegible] *ac Perſonas divinas* [illegible] *a aut facta per intellectum* [illegible] *Thomæ* [illegible] bent [illegible] ru[illegible] ptu [illegible] us tor[illegible] [illegible] ale[illegible] ut al[illegible] [illegible] loco [illegible] [illegible] b[illegible] repert[illegible] o[illegible] [illegible] pro divinas perfect[illegible] re, mul[illegible] iten[illegible] [illegible] & [illegible] pro d[illegible] ſun[illegible] [illegible] n[illegible] q[illegible] rmarum [illegible] n[illegible] unde [illegible] ari & [illegible] gari poſſit aliquo

Ricciolius

„que [illegible] que ulpiam *sanctus* Tho-
„*mas* doc[illegible] harum rationum formalium non
„ident [illegible] repugnare simplicitati divinæ
„contentus identitate reali [illegible] & ne Deus sit
„compositus ex forma & materia, ex actu &
„potentia, ex genere univoco & differentia, ex
„subjecto & accidentibus, & ex [illegible] us [illegible]
titativis. Hæc ille. Quæ utique veritati [illegible]
na esse, vel inde elucet, quod ipsa loca quæ à
parte adversâ adduci solent, nihil aliud evin-
cant prætendantque.

QUÆSTIO VI.

Quid tandem de identitate & distinctione in Divinis docuerit S. Bonaventura.

SVMMARIVM.

1. *Bonaventura inter Doctores Doctor Seraphicus, ignem cum lumine spargit. n.463.*
2. *Bonaventura Scoti Doctrinæ non præjudicat. n.464.*
3. *Simp[illegible] itatis qualis officiat vel non officiat pluralitas ibid. & n. 465*
4. *Simi[illegible] tas duplex compositioni opposita. ibid.*
5. *Duplex unitas in Deo diversi[illegible] infert realitates. n.468.*
6. Unum *in neutro, &* unu[illegible] *masculine, qui de Deo verificentur, & pro dist[illegible] ex natura rei suppo[illegible] ibid.*
7. Numeralia duo *aut tres dicuntur positivè de Deo. n.470.*
8. *Voluntas divina tenet à parte rei & appellat conceptum proprium, qui non sit formaliter Natura Divina. n.471*
9. *Fallacia figuræ dictionis in Divinis quomodo committitur, & quid innuat. n 470. & 472.*
10. *Doctor Seraphicus videtur astruere distinctionem inter Essentiam & proprietates relativas mediam quæ realis strictè non est, nec rationis. n.472.*
11. *Imago in Divinis, item æqualitas [illegible] similitudo secundum relationem dicuntur. n 4[illegible]3*
12. *Realitas indivisi[illegible] ilis necessario exprimitur tota totaliter n.474.*
13. *Doctor Seraphicus iterum quantum ad rem ipsam confirmat distinctionem [illegible] n.4[illegible]5*
14. *[illegible]ur extremum d[illegible] inctionis formalis nihil addat rei cujus est, ubi doctrina notabilis de distinctione Antiquorum. n.476.*
15. *In Seraphici Doctoris doctrina delitescit optime Scoti. n.477.*
16. *Persona de Natura in Deo sola prædicatur prædicatione identica, formalis vero communis & Essentialis de proprio. n.479.*

463. *S. Bonaventura Doctor Seraphicus incendium Theologorum.* QUæritur quid tandem? Scotus tibi adhuc tenebræ sunt? igitur ut accedat, oportet ad totius [illegible] ontove sit caput arde[illegible] mum illud & luminosissimum Theologorum incendium [illegible] us Bonave[illegible] ur inter Angelicos, Subtiles, [illegible] efragabiles, Venerabiles, Resolutos, Acutos ac illuminatos Doctor Seraphicus, ut in supremo potius Scoticam doctrinam, quæ ob subtilitatem multis tenebræ sunt, seu velut lux divina in tenebris lucet, expandat ignem cum lumine, quo & [illegible] ebras ex alto dispergat, & Adversan[illegible] un[illegible] s ad Scoticæ subtilitatis amorem abunda[illegible] accendat. Verum enim est, quod infra à nobis asseri vides.

ASSERTIO.

Nullum omninò præjudicium Doctrinæ Subtilis Doctoris p[illegible] ctrina Doctoris Seraphici, quin potius econtra illam mul[illegible] in [illegible] h[illegible] obscur[illegible] indigi[illegible] t, & [illegible] in termini[illegible] non r[illegible] a[illegible], utpote quæ ante Scotum innominata manebat, attamen c[illegible] identitate reali in Divinis congeneam esse, implicit[illegible] & [illegible] v[illegible] t.

Probatur primò, quòd Distinctio *Subtilis* non præ[illegible] et Simplicitati divinæ ex mente Doctoris Seraphici.

464. I[illegible] ud [illegible] omnia pr[illegible] b[illegible] um, ad adi[illegible] A[illegible] er[illegible] upulum, quo [illegible] nullam [illegible] compositionem aut umbram simplicitati contrariam, & quidem probatur pri[illegible] titulus, *An Deus [illegible] summe sim[illegible]* [illegible] gregie pr[illegible] a[illegible] gument is [illegible] po[illegible] nem & dependentiam ab alio, à Deo excludunt,

dunt, secundo loco proponit objectiones, tertio loco discutit objectionem, quæ erat contra diversitatem in Unitate divina, & est secunda, item aliam quæ est contra pluralitatem in unitate, & est tertia: *Ad illud, inquit, quod objicitur, quod major est simplicitas ubi nulla diversitas, dicendum, quòd diversitas dupliciter potest venire: vel ex additione, vel ex origine.* Hæc ultima est de emanatione Personarum, de qua vide Parte prima, *Controversia prima*, quæstione secunda in *Dices & Responso*, &c. alia quæ est ex additione & ad nostrum propositum facit, sic ait *Ex additione, cùm est diversitas in proprietatibus absolutis, quæ diversa sunt in diversis, ut albedo in Petro, & Paulo, & Gregorio, & hæc privat simplicitate, quia ponit compositionem.* Ubi quam excludat Sanctus diversitatem ex ipso audis exemplo, nimirum quæ unam compositionis constituit conditionem, ut sic ex additione se habeat, ut non sit realiter id, cui additur, id quod in Responso ad *quartam* objectionem, qua dicebatur esse majorem simplicitatem, ubi non tantùm subjectum, sed etiam proprietas est eadem cum proprietate, amplius explanat sic *Dicendum, inquit, quòd proprietas à proprietate differt tripliciter: aut respectu objecti, ut subjectum comparetur pluribus, & hoc modo, inquit, non ponitur compositio, sed distinctio.* exemplum dat de puncto, qui est principium & finis respectu diversarum linearum, *hoc modo*, inquit, *est differentia proprietatum in Divinis.* Secundo *respectu subjecti, quia causantur ex diversis naturis in ipso repertis*, ecce diversas naturas; & ideo rectè ait, quod compositionem inducunt. Tertiù *respectu sui, & sic ponit similiter compositionem, quia ponit subjectum subesse pluribus* & hac ex parte posset alicui videri quod opinio nostra ex mente *sancti Bonaventuræ* officiat simplicitati, sed minimè ita est, quia loquitur ibi non solùm de pluribus realiter à subjecto & inter se distinctis, ut patet ex illo quod subdit: *Sic*, inquit, differt Musica & *Grammatica in Petro*, sed insuper de pluribus, in quibus differt, *quo est*, & *quod est*, & in quibus est actus cum possibili, quo etsi capax sit, & quasi potentiale ad illud, caret, vel carere potest, hinc quæstione secunda cui titulus est, *An soli Deo conveniat summè simplicem esse*, statim in principio ostendit simplicitatem soli Deo proprium esse, quia *in omni creatura est actus cum possibili*, quod longè abest à pluribus respectu sui, quæ in Deo realiter unum & in ultima sunt actualitate, quæ ob suam infinitatem nullâ carent aut carere possunt perfectione possibili, etiam sub latitudine entis, ita ut ne, quà ens sunt, aliquam capacitatem habeant ad perfectionem, quam illa non dicant, vel realiter vel formaliter.

A Divinis excluditur compositio, & qualiter ibi salvetur simplicitas ex mente Doctoris Seraphici salva distinctione Scoti.

Confirmatur quæstione secunda citata concludit, *quòd simplicitas Divinæ Essentiæ privat compositionem & privat essentialem differentiam, sive multiplicitatem, unde simplex est, quod non habet compositionem partium, nec multiplicitatem actionum sive formarum. In solo autem Deo est privatio compositionis & differentiæ sive multiplicitatis: ideo simplicitas est in Deo essentialiter.* Et infra: *Si ergo dicatur simplicitas per privationem compositionis, sic proprium est solius Dei in ratione substantiæ, quia nulla alia est substantia, quæ non habet compositionem ex possibili & actuali saltem.* quod paragrapho sequenti, *Aliter potest dici*, explicat nullam esse creaturam, *quæ non sit vel cum aliis, vel ex aliquibus, seu ex aliis composita*, ita ut verbi gratia, ex participante & participato, vel saltem ex actu & potentia objectiva, id est, ex actuali sua entitate & non repugnantia ad non esse, omne enim limitatum, seu caren aliquâ perfectione potest non esse, quoniam resolvitur in ens finitum tanquam principium sui, à quo possit accipere esse & non accipere. Verissimum ergo quod *sanctus Doctor* ait: nullam aliam esse præter Deum substantiam, quæ non habeat compositionem ex possibili & actuali, item non esse creaturam, quæ non, aut sit principium, & ita componibile aliis, aut principiatum, & sic compositum ex aliis, superius verò ante §. *Aliter* ita pergit: *Si autem simplicitas dicat privationem essentialis differentiæ & dependentiæ, ita quòd in Essentia nulla sit diversitas nec dependentia, est proprium Dei, quia nullum aliud ens est, in quod cadat diversitas vel dependentia.* Hanc autem essentialem differentiam, quæ multiplicitatem compositionis affert, per tria distinguit: *Similiter*, inquit, *est considerare triplicem differentiam in creaturis. Prima est substantiæ virtutis & operationis, sive substantiæ & accidentis.* Eamque superius sub conclusione sua vocat multiplicitatem actionum seu formarum, & *hæc*, ait, *differentia est in omni subjecto, quoniam esse subjectum habet esse mixtum. ideo non agit ex se toto: & ideo differt in eo quo agit, & quod agit, & actio sive subjecti proprietas.* Causa ergo illius multiplicitatis in subjecto est, quia habet esse mixtum, scilicet potentialitatis & actus, ad quem subjectum propriè dictum ordinatur, & principii ad producendam actionem à se realiter distinctam, quia principium non est realiter sua actio in creaturis, neque actio seu proprietas, ut hic capitur, est realiter subjectum, ideoque dicit hâc esse differentiam substantiæ & accidentis, compertum autem est, in via Doctoris *Subtilis* hujusmodi differentiæ multiplicitatem non reperiri in Deo, cum ille agat ex se toto, quodlibet enim eorum quæ in Deo sunt, sunt ipse Deus, & Deus est illa essentialiter, consequenter non differt in eo quo agit, & quod agit, non ergo cadit in doctrinam *Scoti* hujus differentiæ multiplicitas. *Secunda differentia*, quam assignat S. Doctor, *est*, ait, *in omni individuo, quia omne individuum habet esse limitatum,*

Scoti doctrina ex S.Bonav. stabilitur, & vindicatur à calumniis adversantium.

quia ideò in [illegible] in aliquo differt cum alio. & ideo in omni individuo differt Essentia & suppositum, nisi 1 licatur enim Essentia in supposito. Et hæc differentia nihil ad rem, quia sic non multiplicantur Attributa, ut mox intra ad alteram objectionem, quam duas esse tertiam. *Tertia* differentia, quæ similiter non est ad propositum, *est*, inquit, *in omni creato & concretato: quia omne, quod est præter Deum, accipit esse aliunde, sive sit principium, sive sit principiatum, ideo nihil est suum esse, sicut lux non est suum lucere*, id est, illuminare; distinguuntur siquidem lux & lumen seu illuminatio realiter sicut causa & effectus, &c. Hujus ergo differentiæ multiplicitas, ubi nihil dicitur suum esse, præter Deum, non cadit in multiplicitatem illam in Deo assertam à Scoto, quin potius est ipse Deus, & ipsa simplicitas, qua privat omnem compositionem & omnem essentialem differentiam, &, ut loquitur Sanctus, multiplicitatem actuum & formarum, quæ non essent Deus: ergo ex mente Doctoris Seraphici, Simplicitas divina non præjudicat doctrinæ Subtilis *Scoti*, quia ut loquit, in fine corporis quæstione secunda ante responsum ad primum, *Divina Simplicitas attenditur, prout est rei proprietas* per privationem, videlicet utriusque compositionis, id est, substantialis vel accidentalis, ut patet ibi.

Habemus itaque, in quo sensu verum falsumve sit, ibi esse majorem simplicitatem, ubi nulla datur diversitas. Transeamus itaque ad Responsum tertiæ objectionis quâ dicitur, quòd major sit simplicitas, ubi nulla est pluralitas, quæ vix differt à prima, quia utraque agit de pluralitate & de diversitate suppositorum, quâ occasione S.Doctor transit ad diversitatem & pluralitatem simplicitati inimicam, quam utraque objectio ibi concludit: secunda autem compositionem ex hoc, quòd numerus dicat aliquo modo compositionem, respectu cujus unitas est simplex. Itaque ad hanc tertiam *Dicendum*, inquit, *quod duplex est pluralitas: quædam, in qua plus est in duobus, quàm in uno: ut in duobus hominibus plus est de bonitate, quàm in uno, & ista pluralitas repugnat simplicitati, quia unitas addit supra unitatem*, hæc pluralitas consistit in additione vel ablatione, qualem cogitare in Deo nefas est *Quædam est pluralitas, in qua tantum est in pluribus quantum in uno, & hæc est in Divinis: quia tantum de esse & bonitate & virtute est in una Persona, quantum in pluribus, & ista pluralitas nihil addit ad unitatem, & ideò nullam omninò ponit compositionem, nec privat simplicitatem.* Manifestum proinde pluralitatem illam, quæ stat cum identitate reali, non officere simplicitati, sed talem, quæ ponit compositionem & additionem unius ad aliud, quod non sit realiter illud, consequenter sine aliquo præjudicio in opinione Doctoris *Subtilis* salvatur eadem simplicitas, quam adstruit in Deo Doctor *Seraphicus*.

Quod reapse cum *Scoto* teneat; esto in terminis distinctè eam distinctionem non ponat: Probatur primò ex 1. d. 5. art. 1. q. 1.

466. HAc quæstione, cui titulus, *An Essentia generet*, concludit: *Dicere, quòd Essentia generet, est sermo improprius & negandus: qui si ubi legatur, pie interpretandus est*, quod addit propter Sanctos, qui quandoque ad confutandas hæreses expressius loquuntur, quam proprietas sermonis sustineat, de quibus vide Controversiam seq. quæst. 1 art. 3. per totum. Rationes potiò, quas Sanctus hic adducit, quarum duæ primæ sunt Magistri, implicitè concludunt distinctionem ex natura rei inter Essentiam & Personam. Prima ratio hæc est: Generare dicit relationem, ergo cui convenit generare, convenit referri: sed Essentiæ non convenit referri, ergo nec generare. Tertia ratio, omissâ secundâ, hæc est: generare dicit actionem personalem: ergo de illo solo dicitur, quod significat Personam, vel supponit Personam: *sed Essentia non supponit Personam, cùm sit communis: nec Personam significat*, cùm sit omninò abstractum, ergo, &c. Pro minori in corpore docet tres in Divinis esse nominum differentias, scilicet nomen concretum, quod supponit pro Persona propriè: v.g. Deus generat, & nomen medium seu medio aliquo modo significari, quod supponit partim propriè, partim impropriè, ut sapientia generat, de sapientia, quæ, inquit, nominis differentia est sustinenda: deinde nomen absolutum, quod non nisi impropriè pro Persona imponit, ut Essentia generat, est omninò impropria: ex mente S. *Bonaventura* igitur Essentia non supponit pro Persona, & non ideo solùm, quòd illa purè per rationem abstrahatur ab altera, sed quia illa à parte rei verè communis est, Persona non, id quod cófirmat statim ratione quarta à proprietate, quæ est in Persona & non est in Essentia, scilicet *generare* est proprietas Personæ, communicabilitas Essentiæ: ergo sicut se habet communicabilitas ad Personam, ita proprietas personalis ad Essentiam: sed communicabilitas nunquam est Personæ, quia hæc est falsa: Pater est communis [illegible] ergo nec proprietas personalis erit Essentiæ: ergo nec generare cum sit Personæ. Hæc est ipsa ratio, qua per legem contradictionis [illegible] um suam probant *Scotistæ* opinionem, & ipse Doctor sanctus confirmat in Responso ad primum, ubi ad hoc, quòd sum[illegible] io est affirmationis & negationis: [illegible]que magis differant Essentia & Persona, quam Persona & Persona [illegible] de contradictione [illegible], *ubi negatio nihil ponit, sicut inter aliquid & nihil*, [illegible] illum esse, *ubi ponit extrema, ibi minima potest esse, & exurgit ex*

Essentia non supponit pro Persona.

Quantulacunque parva differentia inter duo extrema positiva, quam S. Bonav. asserit, Scoti distinctio est.

ex *quantulacunque parva differentia sive rei sive rationis*; quibus verbis reapse nostram esto illi insolitam & suo tempore innotam innuit distinctionem: ponit inter duo extrema realia aliquam minimam & qoantulamcunque parvam differennam *sive rei*, inquit, non prout res opponitur rei, quarum quælibet proptiam & distinctam babet existennam, quia talis res erat extra suum propositum, cùm agat de Persona & Essentia, quæ sunt una res; sed rei, i.e. in una re aliquarum differentia formalitatum, ut hic Essentiæ & proprietatum personaliû quæ sunt una res: ponit ergo *Sanctus* quantulamcunque parvam differentiam, quæ non est rationis, & hæc quantulacunque parva est distinctio Scotica.

467. Confirmatur eadem dist. art. 2. q. 1. cui titulus, *An substantia vel essentia generetur*, definit, quod non generetur, si pro Essenna & forma intelligatur: sed quòd generetur suppositum vel Persona, ubi particula adversativa *sed*, quia nimium in Divinis, ut ibi ait generatio secundùm productionem terminetur solum ad Personam, propter quod & hæc non recipitur: *Essentia generatur*, arguit ex natura rei majorem differenoiam, quàm puræ rationis, quod iterum deducitur ex secundo Responso: *posset*, inquit, *aliter dici, quòd non generetur commune, nisi in hoc; & hoc verum est, etiam in Divinis, commune autem in hoc, non significatur in abstractione, sed in concretione*, &c. excludit ecce differentiam rationis, quia commune, id est, Essentia divina significatur in concretione: hoc supposito concedit commune generari *ut in hoc*: sed si nulla foret distinctio seu sint Persona & Essentia, unica prorsus & eadem formalissimè realitas, malè diceretur Essentiam generari in Persona ut in hoc, quia sensus esset *hanc Essentiam generari in hac Essentia*, ablatâ siquidem abstractione mentis, una realitas sibi relicta, nihil est nisi ipsa.

Confirmatur secundò ex tota Controversia sequenti, ubi de hoc argumento ex professo tractabitur.

Secundò ex 1. d. 24. Art. 1. Q. 2.

468. EX citatâ quæstinne, cui titulus est: *An unum in Divinis secundùm substantiam vel secundùm relationem dicatur*, & concludit tam posse dici secundùm substantiam, si cum Essentia concipiatur, quàm secundùm relanonem, si cum Persona intelligatur. & in corpore: *necesse est in Divinis & ponere Unitatem essentialem & Personalem*. Ad objectionem autem quod secundùm substannam tantùm dicatur, nimirum quia ens & unum convertuntur, sed ens dicitur secundùm substanniam, igitur & unum; respondet in corpore: si unum in neutro genere & sub indistinctione accipiatur, quod tunc convenienter sit appropriatum unitati essentiali, non relativæ & personali. Si accipiatur in masculino, quia tunc insuper importat suppositum sic appropriatum unitati personali non essentiali; *& ideo patet*, inquit, *quòd sic non accipitur ut ens, neque ut convertibile cum eo: sed solum in neutro.* Quis non videt eum hic innuere, quod quærimus, distinctas scilicet rationes objectivas, quarum quælibet formaliter sumpta non est nisi ipsa, ita ut quælibet sola verè de se affirmari possit, cætera verò quæ non sunt ipsa negari, & in hoc sensu, sicut *Avicenna* ait, *equinitas est tantùm equinitas*, & albedo est tantùm albedo, & non ens, quia albedo, qua talis, non est ratio formalis entis, alioqui omne ens esset albedo, & albedo esset omne ens, ita *unus* masculine, ut importat suppositum, significat tantùm suppositum, non essentiam, non ens, non idem formaliter, quod unum in neutro; ideoque suppositum de se fundat unitatem personalem, non essentialem, & vicissim Essentia per *unum* importata, essentialem non personalem. In proposito autem videtur infundatum dicere, quod fundat diversas unitates, quatenus illæ rationes diversificantur in esse intentionali per diversos & imperfectos nostros conceptus, nam etsi hoc verum sit, si sumantur seorsim ut res & res ad modum, quo relucent in anima, quomodo *sanctus Doctor* hìc dicit, *quoniam Persona non est alia ab Essentia, unitas Essentiæ & Personæ non sunt duæ unitates secundùm rem, sed ratione differens*, quia tamen suppositum & Essentia, non fundant illas unitates ut conceptæ à nobis, sed ut verè à parte rei sunt, & insuper sicut quando dicimus lac esse album per albedinem, non per dulcedinem: & hominem esse discursivum, non quatenus animal, sed quatenus est rationalis: & globum non esse sphæricum, vel cylindrum non esse rotundum formaliter per candorem, sed per figuram circularem, intendimus significare id quod propriè ac distinctum in re seu in objecto est ratio formalis aut causa per se alicujus prædicati, & non illud quod cum illo aut realiter aut accidentaliter unum est, ita cùm dicimus *unum* in Deo non quatenus est suppositum, sed quatenus essentia est, fundat unitatem essentialem, & iterum fundat unitatem relativam, non quatenus Essentia, sed quatenus suppositum, ad modum quo S. Augustinus, Anselmus & alii Patres non semel dicunt, non eâ ratione Patrem aut Filium esse, qua Deum, assignamus alias & alias à parte rei rationes formales, alioqui unitates illæ non essent ab alia & alia causa, sed ab alio & alio conceptu, quod est falsum.

Diversæ unitates in Deo non multiplicantur ab esse intentionali per imperfectos nostros conceptus.

469. *Confirmari* posset ex eo quod S. *Doctor* subdit, quòd ex mutatione illius termini *unus* committatur fallacia figuræ dictionis. *Quamvis enim*, inquit, *non varietur significatio per* substantivationem (puta in neutro genere) *potest tamen nihilominus diversificari modus supponendi*, atqui non diversificatur supponendi mo-

Fallacia figuræ dictionis quid hic operetur.

modus per fallaciam futuræ dictionis, de qua hic agitur, nisi quando sub uno termino supponente pro hoc, subsumitur similis terminus supponens pro alio, ergo quando tenetur terminus substantivè, & subsumitur adjectivè, seu quando sub termino *unum* in neutro genere & sub indistinctione sumpto, subsumitur terminus *unus* masculinè, ut fit talis fallacia, ut vult S. Doctor, non sufficit solus modus significandi masculinè, aut in neutro genere, sed oportet quòd pro quopiam alio supponat terminus secundus, pro quo non supponebat primus, ideoque non ait diversificari modum significandi, sed supponendi, quatenus videlicet in præsenti diversificatur quale quid & commutabile, pro quo supponebat *unum* in hoc aliquid & incommunicabile, pro quo supponit *unus*, habetur itaque non esse à parte rei unum utriusque in objecto significatum Essentiæ, quod Relationis in Deo quod infra ex dist. 26. q. 1. mox infra num. 470. pluribus confirmat.

Confirmari posset secundò articulo 2. ejusdem dist. quæstione 1. ubi docet numeralia, ut *duo* & *tres* positivè de Deo dici, ut numerum ponunt, sed non ut talem numerum, scilicet qui inducit aggregationis compositionem & divisionem substantialem: sed nec talem, nec aliam quamcunque compositionem, nec divisionem substantialem inducit distinctio formalis: ergo cùm illa etiam sit fundata in hoc ipso Mysterio, nullum est inconveniens, quin illam in Divinis asseramus. Pro hoc vide acta *Tomi 1. Controversia quinta, quæstione tertia, paragrapho secundo, numero centesimo decimo septimo, & sequent.* ubi diximus: etsi termini numerales in Deo non dicant simpliciter numerum, revera tamen dicant aliquid positivum, quòd scilicet non sit ipsa formalissimè Essentia Divina, si assumatur terminus numeralis *tres*; neque sint ipsæ Relationes divinæ, si audiatur terminus numeralis *unus*, ut ibi fusius deductum. 470.

Tertiò ex 1. d. 13. art. 1. quæst. 3.

471. Ibi concludit generationem & processionem non tantum differre secundùm rationem dicendi, sed etiam secundùm differentiam originis & habitudinis, *quia*, inquit, *diversus est modus se habendi, & differens modus originis*: sed diversus modus habendi non est formaliter ab Essentia, ergo à formaliter distincto ab illa. *Secundò* ibidem circa Quæstionis minorem, expressè distinguit conceptum objectivum voluntatis divinæ, à conceptu objectivo Naturæ seu intellectûs, dicens: *secundùm rem & veritatem aliquorum est principium divina substantia, ut voluntas, quorum non est principium ut Natura, sicut patet, quia creatura sunt à Deo agente per modum voluntatis, non per modum Naturæ*, quod infra solvens objectionem secundam, quâ dicebatur in Deo idem esse voluntatem & Naturam explicat, quod etsi in Deo sint idem, *tamen*, inquit, *respicit voluntas ut voluntas* per modum principii, *quod non respicit Natura ut Natura*, ubi expressè vides per illa verba, voluntas ut voluntas, intellectus, qui ibi per Naturam intelligitur, ut intellectus, ita proprium cujuslibet appellari conceptum, ut quodlibet illorum formaliter, per modum veluti differentiæ, & secundùm quod in actu exercito propriam exprimit formalitatem seu rationem formalem, secundùm quam exercet distinctionem ab altero, eique velut opponitur in ratione principii ab altero distinctum intelligatur, eâ nimirum ratione probat processionem, quæ est per voluntatem & generationem, quæ est per Naturam realiter distingui, quæ ratio si distinguerentur solum illa principia, ut intellectui subjiciuntur, & quatenus conceptus ille explicitus, quo distinguuntur & in quo veluti opponuntur, non ex natura rei, sed à negotiatione nostri intellectus habeatur, nihil valeret, neque *secundùm rem & veritatem* esset principium Spiritus sancti divina substantia, ut voluntas; secundùm rem enim & veritatem Natura esset de formali conceptu voluntatis, ita cum omni veritate non solùm realiter & identicè posset dici Naturam & voluntatem, sed formaliter unum & esse idem principium, adeoque cum à parte rei non haberetur occasio proxima formandi tales conceptus explicitos principiorum distinctivos præter intellectum illa actualiter distinguentem, sequeretur verbum produci per voluntatem, & Spiritus sanctus per Naturam, quod hic S. *Doctor* ad distinguendam generationem à processione improbat, & *Concilia* damnant. De hoc tamen redibit quæstio alibi, &c.

A quo discrimine sumatur discrimen processionis à generatione.

Quartò ex 1. d. 26. q. 1.

472. Hoc loco totus est in eo, ut ostendat falsum esse aliquid constitui in esse personali & proprio distincto, ab esse personali alterius per id formaliter, in quo & per quod est omninò unum, & non nisi voce, seu in modo loquendi distinctum ab illo, unde contra tales, qui ex eo, quod eadem in divina Persona tenenda simplicitas, quæ in Essentia posuerunt, quod sicut illa omninò est idem *quo est*, & *quod est*, ita in Persona idem sit, *qui* distinguitur & *quo*, consequenter suppositum & proprietas omninò idem esse & differentia solo modo loquendi, sicut si dicatur: *Rogo te benignum, vel benignatem*

sum suam. Contra tales, inquam, qui ita sentiebant, concludit ibi dicens: *Ista positio stare non potest, sed proprietates personales, non solum secundùm vocem in Divinis, sed realiter à se invicem & Personis* aliquo modo *sunt differentes*, id quod ad initium quæstionis & auctoritate & ratione probat, & in corpore iterum hisce: *Videmus*, inquit, *quod uno modo una Persona comparatur ad unam, ut Pater ad Filium, & videmus unam Personam uno modo sive unâ habitudine comparari ad plures, ut Spiritus S. ad Patrem & Filium, & iterum unam Personam pluribus modis comparari ad plures, ut Filius ad Patrem & Spiritum sanctum: similiter videmus plures Personas eodem modo comparari ad unam, ut Pater & Filius ad Spiritum sanctum. ergo unitas habitudinis non potest accipi à parte Essentiæ: certum est nec à parte Personæ quæ refertur, nec ex parte Personæ, ad quam refertur. Restat ergo quòd sit alius modus dicendi à parte rei sumptus. Et ideo nunc communis opinio tenet in Divinis esse proprietates Personarum realiter differentes à se invicem, & per hoc etiam differentes à Personis aliquo modo*, ubi videtur quasi clarè, id est, reapse differentiam ponere, quæ non est realis, qualis est inter proprietates ad se comparatas, nec solius rationis, quia mox pergit; sicut enim, quia in una Essentia non plurificata plures ponimus Personas, modo dicendi essentialiter & personaliter differunt, non solùm differentia sumpta à parte nostra, sed etiam à parte rei: sic supra post initium quæstionis, *tam generatio*, inquit, *quàm spiratio est in una Persona non multiplicata, ut est in Persona Patris: ergo cùm Persona sit realiter una & proprietates plures, ergo est ponere proprietates realiter in Divinis differentes: sed non differentia essentiali, nec Personali; quia sunt in eadem Persona, ergo notionali*. Ecce ex hoc quòd Persona sit realiter una, & proprietates plures, item in Essentia non plurificata sint plures Personæ, differentiam statuit, ne per illam eandem prorsus rationem formalem, per quam formaliter sunt plura, sint etiam non plura & indistincta, sive in eo, in quo sunt plura & distincta imbibant indistinctionem, seu rationem formaliter indistinguentem, quod amplius exprimens ibi subdit: *Et ideo distinguunt Magistri tres modos dicendi in Divinis, qui sunt à parte rei, scilicet Essentialem, Personalem, & notionalem*. Et statim: *Dicitur communiter quòd tres sint modi significandi in Divinis, scilicet in quid, in quis, & in qua, sive in quo modo se habet, & incidit in peccatum, scilicet figuram dictionis ex commixtione horum modorum, sicut in creaturis ex commutatione prædicamentorum*, sumitum sicut quando sub distributivo alicujus prædicamenti subsumitur terminus alterius prædicamenti, vel sub distributivo unius speciei subsumitur terminus alterius speciei ejusdem prædicamenti, fallacia committitur figuræ dictionis, ita quia, ut ibi in corpore ante responsionem ad primum ait: *Sicut in Divinis vera est Essentia, & vera sunt Personæ, ita vera sunt proprietates*, quando prædicatum in *quid* quod significat Essentiam, mutatur in prædicatum *quis*, quod significat suppositum, aut in prædicatum *quo modo*, quo explicatur & significatur proprietas, contingit esse fallaciam figuræ dictionis, quia in primo transitu à *quid* ad *quis*, mutatur terminus significans rem suam per modum substantiæ communicabilis in terminum, qui significat hoc aliquid & incommunicabile; in secundo autem à *quis* ad *quo modo* fit transitus quasi à prædicamento substantiæ ad terminum de prædicamento quasi relationis; cùm autem nequeat esse transitus ab uno extraneo, vel quasi extraneo ad aliud sine medio, nihil quippe transit & mutatur à seipso ad formaliter seipsum; ergo requiritur intrinseca aliqua distinctio unius ab altero, seu talis quæ non sit ab intellectu: Consequentia probatur ex iis, quæ respondet *Sanctus* ibi ad secundam objectionem ex *Damasceno* desumptam, nimirum *differre ratione dici tripliciter: uno modo à parte nostra apprehensionis, sic differunt in Deo bonitas & magnitudo*, hancque differentiam dicit esse minimam, cui nihil respondeat à parte rei, adeoque vult illam Attributis esse planè extrinsecam, seu cujus actualitas & complementum est ab operatione intellectûs, esto bonitas & cætera Attributa in Deo possint esse fundamentum, ut sic ratione distingui possint. *Alio modo differre ratione est secundùm differentiam attributionis, quia aliquis modus ponitur circa unum, vel attribuitur uni, qui non attribuitur alteri, & sic differunt ratione Essentia, Persona & Notio*. Ubi, quomodo patet ex propriis suis verbis, quæ adducta sunt ex ipso, non intelligit de modis diversis, qui illis extrinsecè solùm per intellectum attribuuntur, sed qui secundùm diversas formalitates, quas in objecto connotant, diversas verasque prædicationes fundant, ut quod inde patet, quia alioqui hæc secunda differentia coincideret cum prima, & perperam superius dixisset: quòd in una Persona & una Essentia non multiplicata sint ponendæ proprietates plures, & sic in Divinis differentes, ut tamen non differant essentialiter nec personaliter; sed notionaliter, id est, distinctione non strictè reali, sicut rei & rei, sed diversarum in una re formalitatum, quæ à parte rei sunt, non tamen à parte rei formaliter idem, sed ut sæpius repetit Doctor *aliquo modo*, id est, mediâ aliquâ distinctione, inter realem strictè & rationis sumpta, *non à parte nostra, sed etiam ex parte rei* se ita habentis, ut suppositum v. g. Patris, non sit formaliter ipsa Essentia, & vicissim. Tandem *tertio*, ait, *modo differre ratione, est differre secundùm pluralitatem distinctionis, quæ non inducit diversitatem in Es-*

Varii modi ad explicandum divina.

sentia vel in Natura, tamen tantam inducit differentiam, quod unum non dicitur de altero, & sic [illegible] ratione Persona à Persona, & proprietas à proprietate. Mediam itaque posuit illam inter hanc ultimam, quæ est realis, & primam, quæ est rationis, non tantùm ratiocinantis, cùm habeat fundamentum in re, ut patet in exemplo ibi allato, frustra enim poneret aliam differentiam inter Essentiam & proprietates, quàm inter bonitatem & magnitudinem aliaque Attributa, quæ sanctus Doctor solâ ratione ratiocinatâ distinguere videtur, ut patet ex illis, quæ dicit ad quartam objectionem, quæ erat: *ita simplex est Persona sicut Essentia, sed proprietates Essentiæ non differunt, nisi solo modo loquendi, non secundùm rem: ergo similiter proprietate Persona.* Ad quod, *quia* [illegible] *proprietates essentiales sunt abs*[illegible]*uta non p*[illegible] *unt dicere realem differentiam, nisi essentia* [illegible] *habeant, ideo solo modo loquendi di*[illegible]*rant. Non sic proprietates personales, unde p*[illegible]*prietates essentiales omnino transeunt in Essentiam, sed Personales non.* Dicat aliquis, quomodo personales non transeant in Essentiam? certum est enim quod transeant in illam realiter, cùm sint realiter Essentia: non tra[illegible]seunt ergo in illam à parte r[illegible] formaliter, sicut proprietates essentiales, ergo *sanctus Bonaventura* admittit inter realem & rationis distinctionem, mediam inter Essentiam & personales proprietates, quas quæstione sequenti dicit esse relationes & quid incommutabile.

Quinto ex 1. d. 31.

473. *Æqualitas & imago in Deo secundùm Relationem dicuntur.*

POstquam determinavit 1. disputatione vigesima sexta, quæstione prima proprietates p[illegible]onales nõ solùm secundùm vocem, sed verè ac à parte rei in Deo reperiri, easque ut habet quæstione tertia, esse veras rationes distinguendi infra disputatione vigesima prima, parte primâ q[illegible]æri[illegible], an æqualitas & similitudo secundùm substantiam, vel secundùm Relationem in divinis dicantur. Parte secundâ ejusdem distinctionis autem, an Imago in divinis secundùm substantiam, vel secundùm relationem dicatur, & pro primo hanc dat resolutionem: *æqualitas & similitudo dicuntur in Divinis secundùm Relationem formaliter.* Similiter pro secundo resolvit: quòd *Imago in Divinis accepta dicatur secundùm relationem Personæ ad Personam*, quæ singula non solùm in [illegible]a interrogatione supponunt substantiam & Relationem, prout in se sunt, verè esse aliquid & aliquid, sed manifestè tam in responsionibus, quàm in utriusque probatione, & quoad ultimum de Imagine, probat auctoritate & ratione, prima quidem auctoritas, quam ex *Augustino* libro septimo de *Trinitate* affert, & supra quæstione secunda, articulo 403. à nobis relata id clarè ostendit: *quid enim*, ait, *absurdius*, quàm Imaginem dici ad se: *ergo*, infert sanctus Bonaventura, *non dicitur secundùm substantiam.* Similiter secunda ex *Hilario* libro quarto de Trinitate: *Imago sola non est, ergo*, infert, *Imago in Divinis est cum alio, sed Essentia non est cum alio, ergo*, &c. illud cum alio, est dicere, quod sit respectus ad alterum, adeoque illam non dici secundùm substantiam, sed secundùm aliquid aliud, quod est Relatio, non substantia, non solum prout est in intellectu nostro, sed prout verè & à parte rei est in Deo, seu proprietas c[illegible]nst[illegible]utiva, & ratio dist[illegible]ndi Per[illegible]nam à Persona, qualis sane non est, p[illegible] est in nostro intellectu, quomod[illegible] perperam no[illegible] ult a[illegible] hoc, ut defendant t[illegible]ilius de proprietate & Essentia, non verificari contradi[illegible] ante mentis operationem, cont[illegible] ntes, quorum doctrina si peni[illegible] consideretur, videtur approximari ad opini[illegible]n *Præpositivi* & *Gregorii Ariminensis*, sim[illegible]ter negantium, quòd à parte rei in Deo darentur hujusmodi proprietates distinctivæ Personarum. Sed

474. *Confirmatur.* Sanctus Doctor supra [illegible] citato in concl[illegible]sione ad primum quæsitum, ita innuit ide[illegible]em realem substantiæ & Relation[illegible] in Divinis, ut simul exprimat aliquam di[illegible]nctionem, qua unum ante mentis operam, formaliter non sit aliud. *Quia*, inquit, *distinctio Personarum spectat ad modum dicendi secundùm Re[illegible]ationem, unitas essendi ad modum dicendi secundùm substantiam, ideo hujusmodi nomina, nec om[illegible]inò dicuntur secundùm substantiam, nec omninò secundùm Relationem, sed quodam modo secundùm substantiam, & quodam modo secundùm Relationem*, hæc l[illegible]cutio, si san[illegible]is Pater judicasset substan[illegible]iam & Relation[illegible]m præter realem identitatem, qua unum [illegible]t, insuper formaliter idem esse, lo[illegible] [illegible]n haberet, sequela probatur, una e[illegible]m indivisibilis formali[illegible] necessariò tota totalit[illegible] & omnimodò per nomen [illegible]citur, aut non illa, sed alia subroganda erit in locum [illegible]ius, [illegible] e quo verificentur nomina diversa, [illegible]n synonyma, quæ tamen non omni[illegible] secu[illegible] hanc rationem, nec omninò [illegible]undum [illegible]liam dicantur, quod est absurdum dicere de Divinis.

Sexto

Sextò, ex 1. d. 33. art. 1. q. 1.

475 Titulus citatæ Quæstion. est: *An proprietas sit persona*, & concludit affirmativè, *quòd proprietas sit persona, & in persona*, cum additio tamen, quòd in modo se habendi differant, quod ut melius explicet, refert duas opiniones oppositas Gilberti scilicet, qui volebat proprietates non esse personas, nec in personis, sed assistentes personis, de quo Tract. 1. Controv. 4. & *Præpositivi*, qui dicebat proprietates esse omninò ipsas personas, & non distingui à personis, nisi in modo loquendi, inter se autem personas differre seipsis, utramque ostendit reprobatam, & contra illam Præpositivi hîc & d. 26. hanc adducit rationem, *quia una persona plures habet relationes, quæ sunt veræ relationes, & plures personæ habent unam proprietatem: & una persona alio & alio modo se habet ad Filium, & ad Spiritum sanctum, etiam secundum rem, Ex quo necessariò sequitur, quòd realiter aliquo modo differt proprietas à persona, & non solùm in modo loquendi, ut dicebat Magister Præpositivus.* & infrà in Responso ad primam rationem, quam urfit Gilbertus, & quæ erat: Ubicunque est verè determinans & determinatum secundùm rem, ibi determinans differt à determinato; nam si non differt, non est determinans verè, sed totum determinatum: sed Persona in Divinis est verè determinatum, *& proprietas verè determinans*, respondet: *quia aliquantulam habent differentiam proprietas & persona, ideo proprietas verè determinat, & distinguit* [illegible] quantula differentia, qui statim dixit supra, proprietatem *realiter aliquo modo differre* à persona, non implicitè commendat [illegible] illam Sco[illegible], ut aliis loquentis [illegible] ex ratione præferatur, sed &, ni fallor, sermo [illegible] videtur coincidere, nam intendit comparationem sententiæ Gilbertinæ, q[illegible] facit cum altera *Præpositivi*. *Et propter hoc*, inquit, *intelligendum, quod utraque istarum propositionum aliquid veri dicat, in aliquo defecit. Nam prima, quæ dicebat, quod proprietates aliquo modo differant à personis, verum dixit*, loquitur de differentia ex natura rei desumpta [illegible] de illa extrinseca, quam exclusit omnino positio Gilbertina, *sed in hoc malè, quod dixit simpliciter differre*, ecce exterminata distinctione rationis exterminat insuper [illegible] realem [illegible] malè asserui Gilbertus, *sequens, quæ dixit, quod proprietates sint personæ, verum dixit*: & in hoc [illegible] conveniunt *sed in hoc excessit, quod dixit, quod nullo modo differunt à personis*, scilicet nullo modo ex natura rei, seu ut loquitur Sanctus, in modo se habendi, excedunt itaque, qui illas distinguunt [illegible] modo loquendi, unde & pergit: *Ideo ex his duabus conflatur una vera, & communis positio, quam tenent modo Magistri communiter, quod proprietates sint personæ & in personis, tamen aliquo modo differunt à personis. & quod ista positio sit conveniens, patet si quis inspiciat naturam proprietatum.* Per omnia itaque tota hæc doctrina consonat Doctori Subtili, & differt in hoc solum, quòd Subtilis perspicuitati consulere volens, clarè & in terminis vocet suam distinctionem *formalem ex natura rei*, ex qua similiter illam implicitè saltem innuit Doctor Seraphicus, etsi aliter & aliter, *nam relatio*, inquit, *ratione comparationis, quam habet ad subjectum, transit in substantiam in Divinis*. Quare in Divinis? nisi quia per infinitatem omnia in realem identitatem coeunt; *& ideò de suo subjecto verè prædicatur, ut: Pater est paternitas; ratione verò comparationis, quam habet ad objectum manet verissimè in Divinis, & habet quodammodo differentiam à persona. Nec facit secundum hanc compositionem, sed distinctionem respectu objecti*, non quòd ista distinctio sit quodammodo transitiva ultrà & extra suppositum, quasi distinguat illud mediante aliquo tertio, quod non est ipsa relatio, quam vocant nonnulli ex Neotericis distinctionem realem mediatam & inadæquatam, de qua alibi Tom. 1. Controv. 2. qu. 3. per totum, sed ab ipso, ut ait, modo habendi, quem modum dicit intransitivè & participaliter ipsa relatio distinguens.

Beati distinctio clarè innuitur.

Doctor Seraphicus Subtili consonat.

476 *Confirmatur*, quæst. 2. ibidem, cui titulus *An proprietas sit essentia*, clarissimè concludit, quòd essentia & proprietas habeant diversum modum se habendi, quia essentia dicit absolutum, proprietas vero respectum ad terminum: & mox in corpore repetitò ut quæst. 1. refert, *quòd relatio ratione comparationis ad subjectum transit in substantiam, & ideò proprietas est divina substantia, ratione verò comparationis ad terminum sive objectum, remanet, & quantum ad hoc est distincta, & differt ab essentia, non quia dicat aliam essentiam, sed alium modum se habendi, qui per comparationem ad essentiam solum dicit modum nihil addens*, intellige ly nihil addens, ut Sanctus ibidem additione, quæ aliam essentiam dicat, seu quid realiter extraneum illi, quod necessariò subverteret Dei simplicitatem; benè tamen id addens, quo habet, ut sit proprietas seu relatio importans modum se habendi relativè ad objectum, & ideò notanter postquam dixit relationem respectu subjecti transire in substantiam, subdit respectu termini vel objecti *remanet, & quantum ad hoc esse distinctam*, quid est ibi *remanet*, nisi quod de transitu in substantiam per identitatem realem, non transit in illam per identitatem formalem? ergo formaliter remanet distincta proprietas ab essentia. Conseq. patet in terminis ad ultimam objectionem, quæ erat: Si proprietas est divina Essentia, cùm divina Essentia vel substantia sit creatrix & creet, ergo proprietas creat, quod non conceditur, sic respondet: *Ad illud, quod ultimò objicitur, quod si essentia creat & proprietas. Dicendum ad hoc, quòd quamvis proprietas*

sit essentia, tamen essentia non supponit proprietatem, nec econversò, unde non sequitur, quòd illud, quod convenit essentiæ, conveniat personæ, nec econversò. Et statim: *Notandum, quòd quædam dicuntur de divina Essentia in se, ut puta illa, quæ dicuntur in oppositione ad creaturam, ut immensa, increata, & hujusmodi, & hæc dicuntur etiam de proprietatibus. Aliqua dicuntur de divina Essentia, ut in personis* (ecce loquitur de essentia, primò intentionaliter, & non prout est fabricata ab intellectu) *ut esse communicabilem, & esse in tribus unam. Talia conveniunt essentiæ, & habent rationem formæ, & in hoc differt ratio essentiæ & proprietatis, & talia non dicuntur de proprietatibus.* Et mox in fine: *Notandum, quòd adjectiva essentialia, quæ essentiam in se respiciunt ut diversam à creatura, dicuntur de proprietatibus, quæ autem de ipsa formaliter, sive ut est forma & principium, non dicuntur, & sic patet ad quæsita.* Quid clariùs dici posset? Reverà Doctor Subtilis, quoad rem ipsam, nihil dicit amplius, nihil minus (quamvis, ut ibi ad marginem habetur, Scotus dissentire censeatur à S. Bonaventura, etiam quoad distinctionem emanationum) nam dicere essentiam, quæ verè aliquid est, non supponere proprietatem, quæ etiam verè aliquid est, nec econversò proprietatem supponere essentiam. Alia item contradictoriè dici à parte rei de essentia & proprietatibus, id est aliqua, affirmari verè de essentia, quæ verè negantur de proprietatibus, indispensabiliter ex lege contradictionis realis, est esse formali ex distincta, seu esse non eandem formaliter ex natura rei formalitatem, proinde S. Bonaventuræ Marginista rigorosè nimis accipit illud *nihil addens*, cùm ibi, ut ex omnibus patet, loquuntur de sola additione propria & reali, non formali, de qua quia nondum erat inter veteres Doctores, & priscos Scholasticos disceptatio, ita loqui oportebat, cùm enim apud ipsos distinctio bimembris solùm esset, omnem distinctionem ex natura rei, quæ realis non sit, ita sub distinctione rationis comprehendebant, ut non assererent statim omnia, quæ distinguuntur ratione, distingui sola operatione intellectûs, sed quædam sola, quædam ex ipsa etiam rerum proprietate & conditione naturæ, unde eorum distinctio rationis altera ceu ex fundamento nascitur, rectè dicebant talis distinctionis extremum, qualis est proprietas sive relatio, nihil addere rei, quia illud additum statim fuisset extractum ab extremis, quæ continentur intra distinctionem rationis eorum, consequenter fuisset additio realis, quæ meritò, cùm compositionem, quæ officit simplicitati, indicat, eliminatur à divinis. Et quia hæc doctrina magnum lumen affert præsenti Controversiæ, ex ipsa probatur.

Marginista S. Bonaventura non attendit ad veterum loquendi modū & conditionem proprietatis rerum.

Septimò, ex 1. d. 34. art. 1. q. 1.

477. IN hac Quæst. quærit: *An in Divinis res natura addat supra naturam*, quod ille aliis terminis explicat, *utrùm sit ponere in Divinis additionem*, & resolvit quod persona sive res naturæ nihil omnino addat secundùm rem supra naturam, id est, ut habet in responso ad quintum, *non per additionem realem*, seu rei & rei, duplicem enim conformiter ad opinionem Scholasticorum sui temporis de duplici distinctione constituit additionem, nempe quantum ad rem seu realem, & quantum ad intellectum, *circa intellectum*, inquit, *compositio est & additio.* Et mox: *Constans est, quod quantum ad intellectum addit persona supra naturam.* Subdit: *Ille autem intellectus falsus non est*, ubi an non Scoti doctrina delitescat, videamus: Nam quæret aliquis, si circa intellectum compositio est & additio, seu persona addit supra naturam, quomodo ille intellectus falsus non est, cassus & vanus, cum in re aliqua duo sibi non respondeant? ad hoc declarandum, duo, cur non sit falsus intellectus, reponit. *Primum est, quia*, inquit, *naturam non distinguit à secundum*, quia *nec personam componit, nec ei aliquid*, quod benè notandum, *quòd non sit in ipsa, imponit*, probatque dicens. *hoc patet, quia intellectus sanus & fidelis intelligit & credit personam esse simplicissimam, intelligit eam nihilominus esse perfectissimam.* Quid hic indicet, audi: *Unde sicut circa essentiam, propter hoc quòd perfectissima est, intelligit omnes conditiones nobilitatis, & verè, quia ibi sunt, & tamen illas conditiones quamvis intelligat ut multas, scilicet potentiam, sapientiam, & bonitatem, cùm credit, & scit omnia hæc in Deo unum esse, intellectus nec est falsus, nec vanus, quia non ponit in Deo, quod non sit, nec componit Deum. Per hunc modum se habet circa intellectum persona, unde ipsum dicit simplicem, quia quamvis ipsa dicat naturam esse & verè naturam & suppositum, quod est verè suppositum & proprietatem, quæ est verè proprietas, tamen dicit hæc omnia esse unum, & unum esse alterum: re ergo existente simplicissima verè est additio & compositio circa intellectum sine vanitate & falsitate.* Hæc Sanctus tria dicens, quibus firmat nostram doctrinam: *Primò*, Naturam & proprietatem in intellectu relucere quasi duo, quia persona addit supra naturam, ideòque circa illum addere & componere. *Secundò*, intellectum tamen nihil Naturæ divinæ imponere, quod non sit in ipsa, sed sicut verè natura est, ita verè proprietas est, &c. *Tertiò*, hæc omnia unam & simplicissimam rem esse, in qua circa intellectum absque compositio & additio esse posset sine falsitate & vanitate; tribus his observatis, progrediamur ad alterum, quod reponit, cur non sit falsus ille intellectus, *Quia*, inquit, *Naturam*

Doctrina S. Bonav. Scotum redolet, & propinquū Scotus esse.

turam non distinguit, quid intelligis, per *non distinguit?* Ego intelligo, quod non distinguat realiter & physicè, tu quoque, quia vis, interpretaris, quod non distinguat Scoticè, seu ex natura rei formaliter, ut minimè ex mente S. Bonaventuræ, *Quoniam*, inquit, *etsi addat supra intellectum naturæ proprietatem, non tamen addit in recto, ut intelligas naturam esse proprietate distinctam, sed in obliquo est intelligendum, personam esse suppositum rationalis naturæ distinctum, sive quod est hypostasis distincta, & ideò non ponit distinctionem circa naturam, nec intelligit eam distingui*, quid est dicere, etsi addat naturæ proprietatem, non tamen addit in recto; statim dixit, verè in Deo esse Naturam divinam, verè & in recto, ibi esse proprietatem identicè, & realiter, ut suprà, hasque verissimas: Natura divina est proprietas, proprietas divina est Natura, est Essentia, &c. itaque non negat illam esse ibi in recto realiter, sed negat in recto addi tanquam aliquid à Natura realiter distinctum, seu in Natura per se in recto consistere, sed in possessivo casu, & in obliquo posito velut proprietatem attribui, ideòque dicit proprietatem, quatenus cum essentia personam constituit, esse suppositum rationalis naturæ in obliquo, & non ipsam naturam formaliter, quæ etsi verè ibi est, non tamen est suppositum in tribus distinctum, consequenter non ponit distinctionem circa naturam, nec intelligit eam (etsi non sit illa formaliter) distingui realiter, quia cùm illa realiter unum est. Et hic est succus & sanguis hujus quæstionis dist. 34. in primo, & genuina mens S. Bonaventuræ.

478. *Confirmatur* ex Responsis ad rationes & authoritates in oppositum, quæ distinctionem realem suadere videbantur: Primò ad illam Hilarii dicentis, aliud esse naturam, aliud esse res naturæ, & Boëtii de duabus Naturis, & una Persona Christi dicentis, Naturam & personam non habere eandem rationem, respondet, & illam rationis diversitatem, ad distinctionem realem reducit, eamque non fundari super absolutum, sed super respectivum, quia diversitas realis & personalis uni essentiæ repugnat, quia autem similiter repugnat unitati proprietatum Trinitas, necessariò, & ex ipsa natura rei delitescit inter tres proprietates & Naturam illis realiter identificatam distinctio confusionem personarum removens, unde & rectè S. Doctor ad hoc quòd affirmatio & negatio non est simul vera de eodem in responso ad quintum, ait, sufficere quantulamcunque differentiam rationis ad affirmationem & negationem, ubi re ipsâ non loquitur in rigore de differentia, quæ purè est à ratione, cui in objecto nihil respondeat, sed de quantulacunque differentia rationis formalis, id est, quæ sit non rei & rei, sed formalitatum: & patet, quia talis esset falsa & vana differentia impertinens ad hoc, ut contradictoria verè & à parte rei in Divinis verificentur, si enim, ut suprà intellectus ille falsus non est, qui ex pluribus intellectibus componitur, eò quòd naturam non distinguat, non componat, nec imponat, quod ibi non est, econtrariò falsa erit illa differentia puræ & putæ rationis, cùm enim contradictoria non dicantur de intellectibus & conceptibus nostris, sed de iis, circa quæ in objecto intellectus versatur, jam si contradictoriè enunciarentur natura & proprietates, in virtute talis differentiæ, aut erunt contradictoria de eodem, quod est contra primum principium, aut ab iis distinguit naturam, à quibus distincta non est, & sic imponit & componit circa rem, de qua fiunt contradictoria, non circa intellectum, consequenter erit falsa differentia, & manet vis argumenti, quòd contradictoria enuncientur de eodem, quod est impossibile.

Minima distinctio contradictionem tollit.

Confirmatur 2. ex Quæst. 2. ejusdem dist. 34. ubi concludit expressè, hasce propositiones: *Pater est essentia*, & econversò, *Essentia est Pater*, veras esse in solo sensu reali & prædicatione identica, *Dicendum*, inquit, *quòd est prædicatio per identitatem, ut cùm dicitur, Pater est generatio, prædicatio autem per identitatem est reperire in Deo propriissimè propter ipsius rei qualitatem, quoniam ibi est summa identitas, unde omnes locutiones, importantes unitatem ibi sunt verissima.* Ecce ait summam identitatem esse illam realem, quæ fundat prædicationem identicam, & mox infrà: *Omnia quæ in Deo sunt realiter habent modum substantiæ*, id est, sunt realiter substantia sive Essentia divina: ergo ex mente S. Bonaventuræ, non sunt essentia formaliter, à primo ergo ad ultimum, esto in terminis non exprimat aliam distinctionem, quàm rationis & realis, cùm usque ad tempora Scoti in ipsis objectis, illa ex natura rei formalis delituerit, & quasi sepulta manserit, quando tamen ad contradictoria in Divinis ventum, quomodo hîc de communicabilitate & incommunicabilitate, respondet personam & essentiam se habere, sicut quæ habent & non habent proprietatem, *Quia enim*, inquit, *persona habet proprietatem relativam, ideò distinguitur, & est ratio incommunicabilis: sed quia essentia caret illa proprietate, ideo communis est.* Ubi re ipsâ imbibitur aliqua distinctio inter essentiam & proprietatem, quæ tamen non est realis, nec purè rationis, atque ita, quando antiqui Scholastici utuntur nomine distinctionis rationis, quæ non fuerit merè fictitia, intelligebant & implicitè coassumebant aliquam distinctionem acceptam ex proprietate rei, quæ verè esset negatio identitatis ex natura rei, id est, ex intrinseca rei conditione inter rationes formales ejusdem rei.

CON-

CONTROVERSIA NONA DE SACRIS CONCILIIS,

Quà tangunt Controversiam de distinctione & identitate in Divinis.

SVMMARIVM.

1. *Quid Concilia in speciali decreverint in præsentem Controversiam. n.*
2. *Quid Lateranense? Qu.1.*
3. *Quid reliqua Concilia. Q.2.*

QUÆSTIO I.

Quid decernat Concilium Lateranense.

SVMMARIVM.

1. *Error Joachimi quis damnatur. num. 480. & seq.*
2. *Propositiones ista: Essentia generat, Essentia generatur, non tollerari, & auctoritate & ratione ostenditur. n.483.& seq.*
3. *Rationes pro Assertione 1. ex ipso mysterio SS. Trinitatis hauriuntur. n.486.*
4. *A generatione pro productione viventis in natura specifica. n.487.*
5. *De subjectis ultimæ abstractionis, quare non sit prædicatio nisi formalis. n.488.& seq.*
6. *SS.Patres catervatim in oppositum Assertionis primæ afferuntur. n.490.*
7. *Terminorum γεννητὸς, ἀγένητος per simplex ν. distinctio à γεννητὸς & ἀγέννητος per duplex νν distinctio, ubi de Arianorum dolo. num. 491.*
8. *SS.Patres explicantur, & Concilio Lateranensi conciliantur. à num. 492. usque ad num. 496.*
9. *Ista vocula* realiter *quid valeat in hac: Essentia generat. n 496.*
10. *Essentiam esse realiter incommunicabilem, Paternitatem realiter communicabilem reprobatur. n.497.*
11. *Identitas realis infert unitatem essendi non communicandi. n.490.& 520.*
12. *Nec ullatenus admittenda sunt: Essentia divina realiter generat, realiter generatur. n. 501.& seq. usq; ad n.512.*
13. *Unde originatus error Joachimi Abbatis. n. 500.*
14. Hæc: Essentia est Pater, *ly Pater adjectivè sumendo, falsa est, & formaliter, & identice, & quare. n.488.& 502.*
15. *Prædicatum,* generat, genitum, *natum est prædicari formaliter, proinde hæc: Essentia realiter generat, imbibit sensum formalem. n.502.& 488.*
16. *Per nullam commutationem propositionum destruitur veritas propositionum consistens in conformitate & dependentia actus judicativi cum objecto secundum se spectato. n.506. usq; ad art.6.*
17. *Substitutitia illa n.504. nec tuta sunt, nec contradictionis ictum elidunt. n.507. usque ad n. 510. generatim & speciatim multis ostenditur argumentis.*
18. *Principium* quod *&* quo *in Deo quid sunt. n.513.*
19. *Genitum assimilatur generanti secundùm principium formale seu quo. n.514. Principium* quo *&* quod *spectat ad idem genus principii. n.515.*
20. *Essentia ut Paternitati identificata est adiaphora ad actum notionalem hunc vel illum. n.515.*
21. *Malignitas particulæ negativæ* non *quantum operetur. n.518.*

22.Com-

22. *Communicationi respondet in termino identitas, productioni realis distinctio, unde illud, omnia sunt in Divinis unum, ubi non obviat relationis oppositio.* n. 521.

23. *Ista: Essentia non generat, Paternitas generat: Essentia communicatur, Paternitas non communicatur, fide credenda statuitur.* nu. 524.

24. *Concludunt distinctionem essentiam inter & Paternitatem.* n. 526.

ARTICULUS I.

In quo
Error Ioachimi refertur à Concilio, damnatur, quidque tenendum sancitur; & status Quæstionis explicatur.

480. *Concilii Lateran: 1283. Patrum sub Innoc. III.* EX ipsis fidei fontibus, & Conciliorum definitionibus Scotistæ suam plausibiliter firmant sententiam, imprimis autem ex magno illo & Oecumenico Concilio Lateranensi IV. quod celebratum fuit Anno Domini 1215. Præsidente & approbante Innocentio III. cui interfuerunt Patres 1283. & in eo definitum est, quòd *Essentia non est generans, neq; genita, neq; procedens, sed est Pater qui generat, Filius qui gignitur, & Spiritus sanctus qui procedit*; unde, si, ut vult Schola Adversantium, proprietates relativæ formaliter, & intrinsecè sint ipsa Essentia, Scotistæ ab illis audire desiderant, quod desit Essentiæ, ut non sit & generans, & genita, & procedens; ipsæ enim proprietates sunt ipsa essentia nihil distinctum superaddentes, & vicissim essentia est ipsæ proprietates formaliter & nihil aliud; aut quid assignaturi sint quod præter essentiam in Patre concurrat ad generandum, in Filio ad generari, in Spiritu sancto ad procedere? si assignent Paternitatem, Filiationem, & spirationem passivam, arguunt Scotistæ ex propria Adversantium doctrina, quòd eo ipso ipsissimam assignent essentiam contra Concilium, quia essentia est formaliter quod ipsæ proprietates, hoc argumentum an plenè evincat, infrà per extensum producamus pro majori soliditate ipsum Caput *Damnamus*, quod habetur lib. 1. Decret. tit. 1. cap. 2. *Quid in illo definitum.*

Error Joachimi damnatum. *Damnamus ergo, & reprobamus libellum sive Tractatum, quem Abbas Joachim edidit, contra Magistrum Petrum Lombardum de Unitate seu Essentia Trinitatis, appellans ipsum hæreticum & insanum, pro eo quòd in suis dixit sententiis, quomodo quadam summa res est Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, & illa non est generans, neq; genita, neq; procedens. Unde asserit, quòd illa non tam Trinitatem, quàm quaternitatem astruebat in Deo; videlicet tres personas, & illam communem essentiam quasi quartam manifestè protestans, quòd nulla res est, quæ sit Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, nec est essentia, nec substantia, nec Natura: quamvis concedat quòd Pater, & Filius, & Spiritus S. sunt una Essentia, una substantia, unaque Natura. Verùm unitatem hujusmodi non veram & propriam, sed quasi collectivam & similitudinariam esse fatetur, quemadmodum dicuntur multi homines unus populus, & multi fideles Ecclesia.* En quàm disertis verbis adducit doctrinam Lombardi, & errorem Joachimi, quem mox condemnat, eoque damnato insuper contraponit, ac quid fide tenendum, proponit his verbis:

481. *Lombardi doctrina approbatur.* *Nos autem sacro & universali Concilio approbante credimus & confitemur cum Petro, quòd una quadam summa res est, incomprehensibilis quidem & ineffabilis, quæ veraciter est Pater, & Filius, & Spiritus S. tres simul Personæ, ac singillatim quælibet earundem: & ideo in Deo Trinitas est solummodo, non quaternitas, quia quælibet trium Personarum est illa res, videlicet substantia, Essentia, vel Natura divina, quæ sola est universorum principium, præter quod aliud inveniri non potest, & illa res* non est generans, neque genita, neque procedens; *sed est Pater, qui generat, Filius qui gignitur, & Spiritus S. qui procedit, ut distinctiones sint in personis, & unitas in Natura. Licèt igitur alius sit Pater, alius Filius, alius Spiritus S. non tamen aliud; sed id quod est Pater, est Filius, & Spiritus sanctus. Idem omnino, ut secundùm orthodoxam & Catholicam fidem consubstantiales esse credantur.* Et infrà: *Patet ergo, quod sine ulla diminutione Filius nascendo substantiam Patris accepit, & sic eadem res est Pater, & Filius, nec non & Spiritus S. ab utroq; procedens.* Postremò in fine ejusdem cap. secundi Concilium concludit: *Si quis igitur sententiam sive doctrinam præfati Joachim in hac parte defendere vel approbare præsumpserit, tanquam hæreticus ab omnibus confutetur.*

His relatis, principalis punctus, unde pendet resolutio totius Quæstionis, in eo consistit, num hæc definitio Concilii: *Substantia seu Essentia divina non est generans, neq; genita, neq; procedens; sed est Pater, qui generat, Filius qui gignitur, & Spiritus S. qui procedit*, sit articulus fidei, ubi, quia plurima in oppositum congeruntur, ne prolixitas pariat confusionem, placet pro rei amplitudine, ut clarius procedamus, Quæstionem ad sequentes Articulos extendere.

ARTICULUS II.

An post Concilii determinationem, hæ propositiones tolerari possint: *Essentia generat, essentia generatur*, & hujusmodi

482. AGnoverunt multi, evinci ex illa absoluta Concilii determinatione, necessariò aliquam distinctionem inter Essentiam & proprietates relativas independenter ab intellectu operâ, cùm enim illæ propositiones in Divinis veræ sint independenter ab intellectu, non autem possint verificari duo contradictoria contra primum principium: *Impossibile est idem esse, & non esse*, necesse est deducere veram aliquam identitatis negationem inter Essentiam & Paternitatem, alioqui dictæ propositiones, una affirmans, altera negans non essent veræ, hinc qui Scoti distinctionem non perceperunt, causantur contendere, nihil ibi decerni à Concilio quantum ad has propositiones, quòd sit de fide, sed admitti posse, quòd Essentia ut est in Patre, generet; ut est in Filio, generetur, idque multa probant tum authoritate, tum etiam ratione, ut infrà patebit, sit

ASSERTIO I.

Post Concilii Lateranensis Decretum, non sunt tolerandæ hujusmodi propositiones: *Essentia generat, essentia generatur*, &c. accipiendo essentiam abstractè, seu quatenus talis est, & personis communis, sed absolutè tenendum est: Essentia divina non generat, neque generatur, neque procedit.

483. HAnc ante Scholam Scoti, imò ante tempora Petri Lombardi Sententiarum Magistri, qui obiit 1164. omnes fermè Scholastici docuerunt, eodem Petro teste in 1.d.5. qu. [illegible] ita cum iisdem concludente: *Catholicis tractatoribus consentientes dicimus, quòd nec Pater divinam Essentiam, nec divina Essentia genuit Filium, nec divina Essentia genuit Essentiam. Hic autem nomine divina Essentia intelligimus divinam Naturam, quæ communis est tribus Personis, & tota in singulis.* Et posteà iterùm: *Non est dicendum, quòd divina Essentia genuit Filium, quia cum Filius sit divina Essentia, jam esset Filius res, à qua generatur, & ita eadem res seipsum generaret. Ita etiam dicimus, quòd divina Essentia non genuit Essentiam. Cùm enim una & summa quadam res sit divina Essentia, si divina Essentia Essentiam genuit, eadem res seipsam genuit, quod omnino esse non potest, sed Pater solus genuit Filium, & à Patre, & Filio procedit Spiritus sanctus.*

Lombardi doctrina catholica.

Post Lombardi tempora eam similiter tenuerunt, & secuti sunt Scholastici, *nemine*, ut ait Ruiz [illegible] de Trinit. [illegible] o. sect. 3. *contradicente*, enumeratque multos ibidem, & Joannes Th[illegible]logus in Concilio Florent. sess. 19. col. 3. non [illegible] [illegible] annorum di[illegible] esse communem Doctorum his verbis. *Propterea communis Doctorum sententia divina substantia generat.* Idem ten[illegible] etiam D. Thom[illegible] in eandem distinct. [illegible] primo qu. 1. art. 1 ubi *ad tertium*, inquit, non oportet, quòd fiat hoc modo conversio: *Ergo Filius, est Filius essentiæ, sed: ergo Filius est Filius Patris, qui est Essentia.* Et ad quartum, *Cùm dicitur: Essentia est res generans, ly Res potest supponere Essentiam vel Personam; si Essentiam, sic falsa est, quia sic adjectivum poneret formam suam circa Essentiam; si Personam, sic vera est, & tunc non sequitur, ergo Essentia est generans, quia tunc non circa idem ponitur forma adjectiva.* Igitur secundùm D. Thomam persona generans non est formaliter Essentia, neque Essentia quà talis formaliter generat. Item S. Bonaventura, ut suprà vidimus Quæst. 6. n. 46. cum Aureolo & Marsilio docet Essentiam divinam communicari Filio, & Spiritui sancto, non verò se [illegible] communicare activè. Scholam nostram quod attinet, totus Scotistarum cœtus, qui hanc Quæstionem tractant cum Magi[illegible]o & Doctore suo absolutè negant conformiter ad Decretum La[illegible]eranensis Synodi E[illegible] m divinam præci[illegible] spectatam generare activè, aut gene[illegible]ar[illegible] passivè.

Denique post & extra Scoti Scholam quàm plurimi tenent esse d[illegible] fide, ut [illegible]arez lib. 6. de Trinit. cap. 7. num. 10. Vasqu[illegible]z & Molinam [illegible] part. D. [illegible]hom. qu. 19 [illegible]rt. 3. Alarcon de Trinit. cap. 14 n. 5. & f[illegible]lsa, ait, *est hæc propositio in quocunq; sensu, quia non potest esse alius, nisi formalis: Essentia generat.* Ric[illegible]us in Appendice 2. ad c[illegible] 24. de distinct[illegible]bus, nu. 520. cum *Argentina* & *Canariensi*, *Standenbecht* parte 2. de dist. cap. 2. se[illegible]t. 3. §. 3. argum. 3.

gum 3. id supponit tanquam certum & indubitatum. Rosmer idem tenet Tract. de Deo disput. 1. art. 3. circa finem in responsione ad objectionem. Eam prætereà docent Bellarminus Tom. 1. lib. 2. de Christo, cap. 7. Antonius Perez de Trinit. disp. 1. cap. 2. Petavius Tom. 2. Theologicorum dogmatum, lib. 5, cap. 1. & lib. 6. cap. 10, 11. & 12. qui omnes tenent simpliciter falsas esse has propositiones: *Essentia generat, vel Essentia generatur, & cætera hujusmodi.* Ruiz sect. 4. insuper ait illas propositiones esse temerarias, periculosas, & errori proximas.

484. *Probatur* 1. per expressam Concilii definitionem: *Substantia, Essentia, vel Natura divina, &c. non est generans, neq; genita, neq; procedens.* Secundo ex Concilio Toletano I. in confessione fidei: *Si quis dixerit Deitatem nascibilem esse, anathema sit.*

485. Deinde authoritate SS. Patrum, qui expressè nostram probant sententiam, ut *Athanas.* Athanasius Dialogo 2. p. 160. Patrem, & Filium dicit ἀγέννητα, puta secundùm essentiam, secundùm quam volebat Anomœus Patrem Ingenitum. Deinde p. 160. expresse dicit γεννητὸν non declarare essentiam, sicut neque ἀγέννητον. Horum explicationem terminorum, quos refero, ut jacent in S. Athanasio, habes infrà nu. 491. deinde id iterùm repetit p. 168. dicens: *Ostendimus ἀγέννητον non esse essentiam, nam si τὸ ἀγέννητον esset quædam Natura, τὸ γεννητὸν quoque Natura esset;* & mox ad objectionem Anomœi ait: *Eandem naturam esse genitam, & ἀγέννητον nemo dicit, siquidem ostensum est, neque ἀγέννητον neque γεννητὸν esse essentiam.* Non itaque Essentia generat, aut generatur. Secundò, ex aliis Patribus quos refert Ricciolius loc. cit. num. 485. ut *Basilius.* Basilium dicentem lib. 5. contra Eunomium: *Ingeniti appellatio significat quomodo se habeat substantia Dei, & quid ipsa non sit.* *Ephrem Syrus.* Ephrem Syr. serm. de Pœnit. *Unam consubstantialem Trinitatis Naturam ingenitam appella*. *Faustus Reginensis* Faustum Reginensem epist. 16. in 5. Tom. Bibl. PP. *Ingenitus ergo & genitus, & ex utroq; procedens Personas indigitat non Naturam.* *Fulgentius.* Fulgentium lib. 2. ad Thrasimundum. *Quod enim dicitur genitus, non hoc est nomen Divinitatis in Filio sed nomen est Nativitatis in Deo.* *Maximus* Maximum Taurinensem homilia de Symbolo, ubi in primum illum Articulum: Credo in Deum Patrem omnipotentem, inquit, in Deo *Natura inenarrabilis est, in Patre Unigeniti veritas, in omnipotente plenitudo virtutis ostenditur, est namq; per ingenitam Deitatem omnipotens.* Et denique Euthymium parte 1. Panopliæ tit. 7. ubi gigni, inquit, *non est Natura, sed Hypostaseos, nam si esset Natura, neutiquam in eadem natura genitum considerare mus & ingenitum.* Ex his nescio, quomodo Richardus, de quo infra num. 498. ne unum viderit, [illegible] quod dicat, *ad id quod ipsi dicunt,* [illegible] ita essentiam non esse genitam, *authoritatem afferre non possunt: afferant si possunt autho-*

ritatem, non dicam plures, sed saltem unam, quæ neget substantiam gignere substantiam. Habes ecce plures, quibus & unam addamus, quæ sit plurium instar, imò pro mille erit, quia est Augustini quem nostrum esse ostendemus. *Augustin.* Is lib. 1. de Trinit. cap. 1. nonnullis rectè objurgatis, quòd immaturo & perverso rationis amore metirentur Dei Naturam per imperfectiones creaturæ corporalis aut spiritualis, ut quòd Deum opinarentur nunc obliviscentem, nunc recordantem, mox expressè Essentiam divinam, ait, non generare seipsam: *Qui autem,* inquit, *putat ejus esse potentia Deum, ut seipsum ipse genuerit, eò plus errant, quod non solùm Deus ita non est, sed nec spiritualis, nec corporalis creatura. Nulla enim res est, quæ seipsam omnino gignat ut sit.* Si autem Essentia divina nequeat generare seipsam, simpliciter generare non potest, nisi blasphemè quis dicat Essentiam generare aliam Essentiam, adeòque alterum Deum.

Probatur secundò ex lib. 5. cap. 3. de geniti & ingeniti vocabulis disputans cum Arianis, illos proprio jugulat argumento, quo dicebant Ingenitum Patri & genitum esse Filio, esse secundum substantiam, diversum autem esse genitum & ingenitum, quibus respondens, inquit, Si quidquid de Deo dicitur, secundùm substantiam dicitur: ergo quod dictum est: Ego & Pater unum sumus, secundùm substantiam dictum est. Et statim: *Aut si hoc non secundùm substantiam dictum est, dicitur ergo aliquid de Deo, non secundùm substantiam, & ideò jam non cogimur secundùm substantiam intelligere ingenitum & genitum.* Et mox: *Admittant ergo, non secundùm substantiam dici ingenitum, & genitum.* Sicut ergo hoc prædicatum, *Ingenitus,* in persona Patris, non secundùm substantiam dicitur, ita neque Filius ex mente Augustini secundùm Essentiæ divinæ substantiam est genitus.

Probatur tertiò ex lib. 6. de Trinit. cap. 2. ubi quidem ait sapientiam esse de sapientia, & lumen de lumine, sed quòd non accipiat in abstracto, sed concretè, perspicuum est in iis, quæ sequuntur: *nec enim* simul ambo Deus de Deo, sed solus Filius de Deo, scilicet Patre, nec ambo simul lumen de lumine, sed solus Filius de lumine Patre.

Quartò, hoc eodem modo lib. 7. de Trin. cap. 3. ait de Filio: Sicut lumen Dei de Patre lumine, & fons vitæ apud Deum Patrem utique fontem vitæ, ubi iterùm manifestè patet, quòd lumen concretum accipiat.

Probatur denique rationibus, & ex ipso SS. Trinitatis mysterio: Prima affertur à S. Bonaventura, & Magistro Sentent. generare importat distinctionem: Cui convenit generari, convenit & distingui: ex quo sic arguitur in forma: Si Essentia divina generaret Filium, & Essentia divina Filii generaretur, nec salvaretur unitas numerica, nec Personarum Trinitas. Se[illegible] prob. quoad primam 486. *S. Bonav. Magister Sentent.*

partem, nam ex hypothesi verè produceret, & produceretur, ideoque esset oppositio relativa inter essentiam generantem, & Essentiam generatam, & sic, ut ait præfatus Sanctus, plures sunt essentiæ, quod est contra fidem; quia sic necessariò generaret alterum numero Deum, proinde Pater, & Filius non essent unus numero Deus, sicut nec una numero Deitas, sed plures, una producens, altera producta, & hinc rationi insistens Joannes Theologus in Concilio Florentino sess. 19. col. 3. dixit: *Quoniam divina substantia nomen abstractum existit, idcircò generatio ei non potest attribui. Namque cum una numero sit, siquidem generare posset, procul dubio in Divinis esset distinctio, quandoquidem non seipsam, verùm quidquam aliud generaret.* Illud aliud autem esset alius indubiè Deus. *Antecedens principale*, quoad secundam partem, quòd nec posset salvari Personarum Trinitas, etiam dato per impossibile, quod Essentia divina generaret Essentiam divinam, salvâ identitate numericâ Naturæ divinæ, Personis duntaxat multiplicatis, probatur: Tota totaliter Essentia, quæ est in Patre, est eadem in Filio: ergo supposito quòd Essentia generet, cùm sit omnis ratio & conditio principiandi in illo & Spiritu sancto, jam Filii, & Spiritus sancti Essentia esset generativa alterius Filii, & alterius Spiritus sancti, uterque enim habet omnia essentialia, quæ habet Pater, consequenter in propagatione personarum divinarum procedetur in infinitum, quæ sunt absurda.

Joannes Theolog.

487. Secundò: Generatio, productio, &c. viventis, de qua est sermo, esse posset in proposito, vel accipitur propriè pro productione viventis secundum similitudinem in natura specifica, vel communiter, id est, pro qualibet productione viventis, quo pacto Spiritus sanctus posset dici genitus, id est, productus; vel accipitur extensive, & communissimè pro communicatione viventis, sed nullo ex his modo essentia dicitur propriè genita; non primo & secundo; quia jam Essentia secundùm se, & propriam rationem suam, esset capax productionis, proinde non esset eis à se, & improducibilis, quod est contra lumen naturale & fidei. Non tertio modo, quia hoc nihil est aliud, quàm essentiam esse communicatam: atqui esse communicatum non importat, ut patet, aliquam productionem ex specificatis, de quibus hic agitur: ergo essentia nullo modo propriè est genita vel producta. Min. prob. Nam ut quidpiam alicui dicatur communicatum, non requiritur distinctio realis ab eo, cui communicatur, cùm possit Pater Essentiam numericè eandem communicare, ut autem quidpiam producat aliquid, ut esse est, ipsum à producto realiter distingui: & ideò illa est vera: *Essentia est Filio & Spiritui S. communicata*, & altera hæc, falsa est: *Essentia est spirata, genita, &c.*

488. Aliter probari potest ex Scoto l. c. q. 1. n. 5.

Scotus.

ratione logicâ, nimirùm: quandocunque subjectum est abstractum ultima abstractione, & prædicatum ex ratione sua formali non potest prædicari nisi formaliter, non potest propositio esse vera, nisi verificetur in primo modo dicendi per se, sed subjectum hoc Deitas, Essentia, &c. est abstractum ultimata abstractione, & prædicatum hoc generans vel genita, spirans vel spirata seu procedens de ratione sua, non est natum prædicari nisi formaliter: ergo propositio hæc, Deitas vel Essentia est generans vel genita, &c. non potest esse vera, nisi talis sit per se primo modo; quo pacto verum esse non posse, patet: quia prædicatum non est de per se intellectu subjecti, quia notionale est relativum, & essentia quid absolutum, relatio autem non est intra conceptum, seu de per se intellectu absoluti. Hujus syllogismi majorem sic declarat Doctor ibi sub nu. 6. ubi duo promittit: *Primò*, quòd quidditas substantialis, non nisi una abstractione est abstrahibilis, scilicet à supposito, accidens autem absolutum vel relativum, quantò plura potest concernere, tantò plures posse fieri abstractiones, ut à supposito, ab individuo, &c. *Secundò*, adjectiva non posse alio modo prædicari, quàm formaliter, quia ut habet num. 7. adjectiva formam significant per modum informantis, & ideò, inquit, de nullo dicuntur verè, nisi ad quod se habent per modum informantis, de quo videlicet formaliter dicuntur. Hisq; intellectis Majorē probat ita: Quando aliquod prædicatum est abstractum ultimatâ abstractione, ita quod est abstractum ab omni eo quod est extra rationem ejus, & prædicatum ejus non prædicatur de aliquo, nisi formaliter, non est unio vera talium extremorum, nisi sit formalis, & per se primo modo, & de per se intellectu subjecti, quia istud prædicatum præcisè natum est prædicari formaliter, ideò non potest salvari veritas per identitatem tantùm cum subjecto à quo prædicatum est summâ abstractione abstractum, quâ ratione non potest stare pro aliquo qualitercunque alio à se, sed præcisè pro se formaliter, ideòque oporteret ad hoc, ut prædicatum illi subjecto conveniret in primo modo dicendi per se, ut ratio subjecti præcisè & formaliter esset eadem illi prædicato, quod non posset esse, nisi illa ratio præcisa prædicatum includeret. Patet igitur illa Major. Hactenus secundùm literam Doctoris. Minorem probat similiter ex prima suppositione, quia cùm Deitas vel Essentia sit substantiale abstractum à supposito, & non datur ulterior abstractio in substantiis, hinc in hac: Essentia generat, est genita, &c. subjectum est ultima abstractione abstractum, ut habet Minor argumenti. Quæ autem est ratio harum *Essentia vel Deitas generat aut spirat*, est & istarum *Essentia vel Deitas generatur aut spiratur*.

Relatio non est de per se intellectu absoluti.

Plura

Plura de his & solutionem eorum, quæ opponuntur, videre licet apud Scoti Commentatores Lychetum præsertim & Poncium hîc supra literam Doctoris, q. 11. n. 7. *Pon* putat nô esse necesse, ut ad tot recurratur abstractiones in argumento; eo enim Summa illius in eo consistat, quòd Essentia divina concepta, ut significatur per nomen, Essentia, dicat ipsaminet Essentiam secundùm se consideratam, ut abstrahit à personalitatibus & Personis divinis, unde qui ipsam ita concipit, non habet objective sibi propositam ullam personã aut personalitatem, sed ipsam Essentiam, secundùm quod esset in casu quo per impossibile nulla daretur persona, & propterea ut sic nequit supponere pro personâ, nec aliquid quod non potest competere, nisi personæ, potest verificari de illa ut sic concepta. Ad hanc considerationem *Ruiz* disp. 80. sect. 4. respexisse videtur dum dicit temerarias esse, periculosas, de errore proximè suspectas hasce propositiones: *Essentia generat, Essentia generatur.* Si enim tam in rigore sumentur, inquit, ait, si essentia supponat pro persona quia, inquit, Concilium ignorare non potuit opinionem Richardi, verum [illegible] in rigore sumpta nunquam supponit pro persona, quid obstat tales propositiones dici errori proximas, ctiõ Concilium non potuerit ignorare opinionem Richardi, quod [illegible] tam illam opinionem damnavit, ut ex effectibus a Actio declarabitur. Ex hoc porrò, quòd essentia in rigore nunquam supponit pro persona, *Poncius* dat disparitatem, cur hæc admitti debeat: *Deus generat,* Non illa: *Essentia generat.* Quia, inquit, hoc nomen *Deus,* ex communi loquendi modo est indifferenter impositum ad significandum suppositum divinum quodcunque; cùm autem verum sit, quòd generet unum suppositum in illa propositione subjectum supponit pro persona generante, sicut in propositione, quã dicitur, homo currit, supponit pro homine illo, qui currit; nomen essentiæ verò ex communi loquendi modo non est impositum ad significandum suppositum divinum, unde si dicatur *Essentia generat,* non intelligitur per hoc, suppositum aliquod divinum generare, non potest proinde supponere pro supposito, et itaque talis propositio falsa. Ubi advertas, non velle *Poncium,* quòd nomen *Deus* in dicta propositione ita significet personam indefinitè & confusè, quasi illi hoc prædicatum, *generat,* non conveniat, quatenus per se supponit pro subsistente absolutè in hac Deitate, cujus oppositum docet Scotus d. 7. q. 1. §. *Quia autem:* sed cùm personalitas fit conditio cum essentia constituens principium *quod* generationis, indicat hoc prædicatum convenire personæ habenti Deitatem de qua solùm verificatur, quod generat. & sic dicit, *Cum autem verum sit, quòd generet unum suppositum, in illa propositione subjectum supponit pro persona generante,* eodem prorsus modo, quo hoc nomen, *spirator,* supponit quidem pro subsistente in hac virtute spirandi quod tamen in re non est aliud, quam Pater, & Filius, unde & rectè de illo concreto prædicatur, quòd spiret, quia actiones sunt suppositorum vel subsistentium.

489. (margin: *Ruiz.*; *Poncius.*)

ARTICULUS III.

Num ex SS. Patribus probari possit supradictas propositiones non refragari fidei?

490. Auctoritates apparenter in oppositum nostræ doctrinæ in immensum congeruntur, passim apud Auctores, qui de hoc agunt, ut propterea *Richardus* à *Victore* lib. 5. de Trinit. cap. 22. præ cæteris animosius scribit contra illos, qui contendunt non esse dicendum, quòd substantia gignat substantiam, Essentia essentiam, Sapientia sapientiam, imò quasi exprobrando contrariæ opinionis Auctoribus ait, ut refert Scotus 1. d. 5. q. 1. *Multi temporibus nostris surrexêre, qui non audent dicere, substantiam genitam, qui potius, quod est periculosius, & contra Sanctorum auctoritate, audent negare, & modo omnibus rejicere, quòd substantia gignat substantiam, pertinaciter negantes, quod omnes Sancti affirmant. Ad illud quod ipsi dicunt, auctoritatem invenire non possunt: ad hoc quod dicimus, auctoritates multas etiam ipsi adducunt, in medium Golia, &c. & addit: Bene dicunt Patres, quòd substantia substantiam gignit; vestra autem expositio ad hoc contendit, quòd credamus, quòd substantia substantiam gignat. Talis expositio & omni acceptione digna, quia hos quod Patres clamant, contendit falsum esse, & quod nemo Sanctorum asserit, contendit verum esse.* Hæc ille, quibus, ait, *Scotus. Videtur expressè loqui contra Magistrum Sententiarum, & quia Magister exponit illas auctoritates, quas adducit contra se videtur deridere Magistrum, qui contra intentionem Patrum exponit auctoritates.* Ubi quod ait Scotus, Richardum loqui contra Magistrum, & videri deridere Magistrum, fortè intelligendum est de Magistri sententia, non de persona, cui ad Argumenta, pro negativa parte respondet: *Sicut supra captum intellectus humani est, quod unica substantia sit in pluralitate Personarum, & tamen creduntur, ita credendum est, licet non intelligatur, quòd eadem essentia generet & generetur.* Quòd vero Richardus taliter loquitur, videtur sumpsisse principium

(margin: *Richard. Victorinus.*; *Quibus verbis Richard.*)

Primò ex illis Patribus, qui Patrem divinum

num, enim, esse principium, fontem, & originem Deitatis: censent ergo Deitatem posse dici originatam & productam. Sic . August. lib. 4. de Trinit. cap. 20. Patrem appellat *principium totius Divinitatis*, vel, *si melius dicitur, Deitatis, quia ipse a nullo est*. Et ante Augustinum *Dionysius cap. 2. de divin. Nominib.* Et Athanasius *Orat. de dicto*, Deus ex Deo. Et Concilia *Toletanum VI. in confessione fidei*: & *VVormatiense* Patrem vocant *principium, fontem, & originem divinitatis*, ideò non solum personæ habentis originem in divinis, sed & essentiæ.

August. — Dionysius — Conc. Tol. VI. — Concil. VVormatiense.

Secundò, Patres vel simpliciter, aiunt, Essentiam esse genitam, vel esse ex vel de substantia Dei natam, vel denique substantiam gignere Filium. Sic S. Ignatius epist. 3. quæ est ad Magnesianos de Verbo: *Est operatio Deitatis, Essentia scilicet genita*. Et Athanasius serm 3. Gestorum Nicænæ Synodi, Filium inducit sic loquentem: *Ex tua Essentia, quam in me genuisti, Spiritum sanctum do eis*. Et epist. ad Serapionem: *Essentiam suam in seipso Genitor retinens, totam in Filio inenarrabiliter genuit*. Et mox: *Eandem Naturam genuit in Filio*, spirantem Spiritum vivum. Damascenus lib. 1. de fide cap. 8. *Ex ipsa*, ait, *substantiâ Patris astruimus Filii generationem*. Et Concil. Toletanum III. & XI. in confessione fidei, ait: *Filium non ex nihilo aut ex alia substantia, sed ex utero Patris, id est, ex substantia genitum credendum est*. Concilium Hispalense II. cap. 13. Concil. Nicænum in confessione fidei, & Concilium Ephesinum in Epist. ad Nestorium: *Credimus*, inquiunt, *in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei natum ex Patre, hoc est ex substantia Patris, Deum de Deo*. Cyrillus Alexandrinus lib. 4. Dialogorum de Trinit. *Natura divina gignitur, non sicut nos, sed sicut ipse novit, & nata est*. Et lib. 2. Thesauri cap. 1. *Divina substantia ineffabili quadam Natura constituta, Filium ex Patris hypostasi genuit*. Et Epiphanius hær. [illegible] 6. *Ingenitam Naturam esse causam ad unigenitum genimen dixit*. Hilarius lib. 4. de Trinit. ait: Filium nihil habere nisi natum. Et lib. de Synodis ad Can IV. *Quæ ex Patre generata est essentia*. Et ibidem: *Nec dissimilem sui edidit Natura Naturam*. Similiter ad Anathematismum quartum: *Quod enim in utroque vita est, id in utroque significatur Essentia, & vita quæ generatur ex vita, id est Essentia*. Et lib. 9. de Trinit. loquens de Filio: *Ex eo ejusdem generis genitam in se Naturam naturaliter ex gignentem se habuisse Naturam*. Et lib. [illegible] de T[illegible] *Pater Deo Filio, & Nativitatis ejus Deus est, & Natura Pater est*. Et ad Canonem XXVI Synodi Syrmiensis: *Filius ideirco Deus, quia ex innascibili Essentia natus existit*. Gregorius Nyssenus frater B[illegible] lib. 2. contra Eunomium, *generationem* [illegible] *entia* admisit ipse quoque B[illegible], quem sicut & Ath[illegible], Cyrillum D. Thomas Opusc. 1. contra errores Græcorum, cap. 4. refert dicentes: *quòd Essentia sit genita in Filio, & spirata in Spiritu sancto*. Et in fine refert eundem Cyrillum sic exponentem: *Pater de se vita vivente, & de Essentia veraciter existente, tanquam à vera radice generando Filium, dat ei naturaliter suam totam vitam & Essentiam*. Augustinus autem ut citatur ex lib. 3. contra Maximinum, [illegible] p 14. reprehendit Arianos, *quia substantiam Dei de se ipsa gignere posse Filium non putabant*. Et lib. de Trinit. ubi in id Sap. 7. *Candor est enim lucis æternæ*, ait: *Quid aliud dictum est, quàm lux est lucis æternæ, candor quippe lucis quid nisi lux, & ideò coæterna luci, de qua lux est*. Quibus videtur innuere Essentiam esse de Essentia, cùm mox subdat, *quòd lux illa istam genuit*. cavendum *non erat*, inquit, *ne minor lux illa putaretur, quæ istam genuit, hoc enim nullus hæreticorum est ausus dicere: illi cogitationi occurrit Scriptura, quæ posset videri obscurior lux ista, quæ manat, quam illa de qua manat*, &c. quam suspicionem *tulit, cum ait, candor est illius, id est, lucis æternæ, atq; ita ostendit æqualem*. Et mox: *Si autem major est, non ex ea manat, non enim vinceret, de qua genita est*. Vult ergo Essentiam manare & gigni de Essentia. Et lib. 7. de Trinit. cap. 2. hunc locum afferunt: Verbum & Sapientiam esse, sed non Verbum, quo Sapientia; mox subdit: *Id dici accipiamus, cum dicitur Verbum*, ac si nata dicatur Sapientia; atqui Sapientia est Essentia, ergo Essentia est nata. Et lib. 7. de Trinit. cap. 1. *Magnus est, non nisi eâ quam genuit magnitudine, ita & est non nisi ex quam genuit Essentia*. Et cap. 2. *Pater & Filius una sapientia, quia una Essentia, & sigillatim sapientia de sapientia, sicut Essentia de Essentia*. Ibidem iterum. *Illa Natura quæ semper genita manet ex Patre, nostram naturam suscepit*. Et lib. de fide & Symbolo, cap. [illegible] *Deus cum Verbum genuit, id quod est, ipse genuit*. Fulgentius lib. de fide ad Petrum, cap. 2. *Substantiam de substantia, & Naturam genitam* appellat. Anselmus in Monol cap. 43. ait. *Natam Essentiam de Patris Essentia*. Idatius in Præfatione libri contra Varimadum. *Naturam de se Filium generare* asserit. Julianus Toletanus apud Petavium Tom 2. p. 812. dixit. *Filius igitur Dei de Essentia Patris natus est, Essentia de Essentia, sicut Natura de Natura, & substantia de substantia, & tamen nec duæ Essentiæ, nec duæ Naturæ, nec duæ Substantiæ possunt dici; sed una Essentia, Natura, & substantia*. Item Spiritum [illegible] um est. voluntatem de volunt[illegible] est in Concilio Toletano XV. item e[illegible] n[illegible], lumen de lumine, ut c[illegible] in hymno ad Laudes [illegible] II S[illegible] paternæ gloriæ, de luce lucem proferens, lux lucis, & [illegible] luminis. Idem [illegible] Hymno matutino [illegible] ræ III. & Symbolo Ni[illegible]

Ignatius. — Athanas. — Damascen. — Conc. Tolet. III. & XI. — Conc. Hispalense. — Conc. Nicænum. — Concil. Ephes. — Cyrillus Alexand. — Epiphan. — Nyssenus. — Basilius. — D. Thom. — Augustin. — Fulgent. — Anselmus. — Idatius. — Julianus Toletan.

Ad hæc & similia frustrà respondetur ex D.Thoma 1.p.qu.39.art.5. ad 1. in hujusmodi locutionibus Patres vel usurpare abstracta pro concretis,ita ut cum Augustino v. gr. ait Filium Dei esse Sapientiam de Sapientia,ut sensus sit,quòd sapiens sit de sapiente,& Deus de Deo, hæc Responsio non subsistit, quia est extorta, & contra communem loquendi modum, quàm sermo sustineat, quo SS. Patres prorsus abusivè locuti fuissent utendo abstractis pro concretis, perinde ac si quis diceret: albedinem esse parietem, pro hoc quòd album sit paries. His non obstantibus,sit

ASSERTIO II.

Auctoritates allatæ,etsi secundùm corticem verborum contradictoriè videantur repugnare doctrinæ à nobis propugnatæ, à parte rei tamen nihil habent contra illam,quo tamen gratis dato, cùm SS. Patres extra Concilium non sint infallibilis Regula fidei, si ad meliorem sensum redigi non possint; corrigendi: si possint, congrua interpretatione cum Concilio Oecumenico Lateranensi conciliandi sunt.

ASsertionis prima pars generatim patet ex Patribus adductis, ad quorum explicationem lege quæ ex Damasceno, lib. 1. fidei, cap. 9. & Athanasio infrà cit. hoc afferimus de Arianorum technis, & fallacia tuendi suam hæresin.

Arianorum lusus & abusus circa terminos γενητὸς & ἀγένητος per simplex ν. & γεννητὸς, & ἀγέννητος per duplex νν. & qualiter sancti Patres sub terminis abstractis ad explicatiorem expressionem consubstantialitatis Filii cum Patre,eorum perfidiæ occurrerunt.

491. *Dolus hæresi congenitus.* QUia æquivocorum distinctio,sophismatum ex iis conflatorum, solutio est, secundùm Arianos impiè & blasphemè, apud vulgus præsertim etiam literatorum inferioris classis mangonisasse causam suæ nequitiæ in his terminis γενητὸς id est, factus, & ἀγένητος, id est,non factus, non creatus, per unicum ν. à verbo γίγνομαι vel γίνομαι,quod significat fio, aut in lucem editum cum initio existendi, seu de non extantibus, sive illud sit ποιητὸν id est factum, sive κτιστὸν id est creatum, item in his γεννητὸς id est genitus, & ἀγέννητος id est ingenitus, per duplex νν. à verbo γεννάομαι,id est nascor, sive γεννάω genero, produco, edo in lucem generatione pressè sumptà,eà ratione Athanasius Dialog. 1. de SS.Trinit.p.153. Tomi secundi Operum Athan.impress. *Officina Commeliana* sciscitanti Anomœo, unum ergo dicis ἀγεννησίαν,respondet ἀγένητον, id est, non factum quidem etiam dico Filium: ἀγέννητον autem id est ingenitum, nequaquam: replicante iterum Anomœo, estne igitur illud ἀγέννητον aliud & aliud ἀγέννητον, respondet: si τὸ γέννητον illud est, quod est ex hypostasi & utero,jam illud est ἀγέννητον, quod non est ex utero & hypostasi, & si τὸ γενητὸν illud est, quod est ex potestate secundum mandatum, tunc τὸ ἀγένητον illud est, quod non existit ex mandato,vel auctorem & causam non habet,vel ex hypostasi τοῦ ἀγεννήτου, id est, quod non est genitum; & mox quærenti Anomœo,an duo ergo diceret ἀγέννητα? Respondet, ego Patrem,& Filium, & Spiritum sanctum dico esse ἀγένητα, nequaquam verò tria ἀπάτορα, neque ἄναρχα id est Patris & principii expertia, id quod posteà repetit Dialog.2.de Trinit.p.160. & 166. Nos, inquit, dicimus Filium γεννητὸν genitum, non autem γενητὸν id est factum, genitum enim est, quod Patrem habet; factum verò quod opificem habet, hàc terminorum fallaci usurpatione propter vulgi applausum non solùm deterruerunt quosdam Patres ab his vocabulis ut Dionysium Alexandrinum, ut videre est in sua epistola ad Paulum Samosatanum, imò ipsum Athanasium incit. Dial. p.149. & Dial.2.p.160. & 161. ubi negat probari posse τὸ ἀγέννητον ingenitum, & τὸ ἀγγένητον, id est,non factum esse proprium Patri, & quòd ἀγένητον appellare non magis sit opus, quàm vocare ἄθεον eò quòd sit sine Deo. Et denique Basilium, qui eandem vocem suspectam habuit lib.2. contra Eunomium. & Nazianz.Orat.39. Ambrosio item ea vocabula displicuerunt lib.de Dom.Incar.Sacram. cap. 8.& 9. & Idacio Claro ad Varimundum;sed & quia Catholici admitterent Filium Dei reverà esse genitum, blasphemè contendebant hoc argumento Filium non esse Deum Patri homoúsion seu consubstantialem, nimirùm argumentabantur: *In quo est diversa substan-* *Patres aliqui cur terminos illos suspectos habuerunt contra communem loquendi usum.*

tia, non potest esse alteri consubstantialis. sed in Filio est diversa substantia: ergo. Pro Minori, ut habet interpres Dial. Athan. in præfatione malitiosè ludebant vocabulis ἀγένητον quod scriptum per unum ν, & ἀγέννητον, per duplex νν. hinc SS. Patres ad exprimendam melius & explicatius consubstantialitatem Filii cum Patre contra proprietatem sermonis adegerunt pro nominibus personarũ ut uterentur terminis abstractis, qui videbantur expressiùs denotare essentialem Trinitatis unitatem, uti rectè notat Albertus p.p. Summæ Qu.30. membro 3. art.1. ubi dicit: *Propter hæreticos præcipuè Arianos & Nestorianos, qui dixerunt Patrem, & Filium esse diversa substantia, & tunc Sancti occurrentes illi errori in oppositum extendendo locutionem dixerunt, Essentia de Essentia*, intelligendo, non quatenus talis est abstractionis, sed concretim, ut affecta proprietate personali. Porrò, quia à tempore Concilii Lateranensis hujusmodi terriculamenta cessant, quilibet facilè expediet hæreticorum cavillationes, tenendo Deum in primo sensu ingenitum esse, id est, increatum, non factum, nunquam de non extantibus productum, nihilominus in secundo sensu accipiendo ἀγέννητον per duplex νν. in aliqua sua persona verè & propriè juxta alterum sensum genitum esse à Patre ab æterno productum. Quomodò Ecclesia in Symbolo *genitum, non factum* confitetur.

492. *Callidâ* hàc Arianorum machinatione ostensâ, clarum est per allata suprà n. 490. nihil evinci contra nostram doctrinam, sanctosque Patres totos fuisse in eo, ut & perfidiam destruerent hæreticorum, & consubstantialitatem Filii cum Patre, quam illi negabant, assererent; ideòque, ut inculcarent identitatem personarum in eadem substantia, essentia, voluntate, & quacunque alia perfectione absoluta, prudenter existimârunt, dum astruebant originem Personarum, abstractis loquendi modis potiùs utendum contra hæreticos consubstantialitatem negantes, quàm concretis: ea ratione *primò* dicebant Filium esse sapientem de Sapientia, Essentiam de Essentia, voluntatem de voluntate, lucem lucis, lumen de lumine. *secundo*, quòd substantia ineffabili quâdam ratione gignat substantiam, Filium esse de substantia Patris, Naturam divinam gigni, ingenitam Naturam esse causam ad unigenitum genimen, ut habent Ignatius, Athanasius, Damasc. Cyrillus, Epiphanius, &c. urgendo substantiam Patris esse productivam Filii, & Filium *ex*, & *de* Patris essentia. *Tertiò* denique dicebant Patrem esse *principium, fontem*, & *originem* Deitatis.

493. Quoad primum loquendi modum, licèt sit abstractus, itaque dicendum, quòd Patres non usurpârunt terminum Essentiæ in abstracto formaliter ut est talis & quasi præcisa à supposito, sed materialiter, ut affecta proprietate, & ut est Persona, quæ est principium *quod generat*, & terminus proprius qui generatur: ad ostendendã ergo indistinctionem Essentiæ Filii, cum Essentia Patris, perinde locuti sunt Patres, ac si dixissent: Pater *Essentiam suam communicando generat, Filius generatur ex essentia*, quod non dissonat Concilio dicenti: *Sed est Pater qui generat, Filius qui gignitur*. Et hoc modo August. n. 490. suprà, si non, ut ibid. truncatè refertur, explicat seipsũ, nam in primo loco, ubi ait Filium esse lucem lucis æternæ, ne illa lux videretur a se accipi in abstracto pro essentia Patris & seorsim a Paternitate, mox subdit duo; 1. *Ab illo*, inquit, *itaq; mittitur, à quo emanat*: atqui non ab essentia seorsim, sed à Patre missus est Filius, juxta id: *Pater qui misit me*, &c. *Secundò*, inquit, *sicut ergo Pater genuit, Filius genitus est; ita Pater misit, Filius missus est, ita & qui misit & qui missus est, unum sunt; quia Pater, & Filius unum sunt.* Quibus apertè designat generationem, emanationem & missionem esse à Deo Patre in concreto, non ab essentia Patris seorsim intellecta in abstracto. Ex quo patet ad primum locum Augustini in oppositum.

Ad secundum, qui locus similiter truncatè refertur, patet ibi etiam conformiter ad datam explicationem, quia illis verbis *ac si dicatur nata sapientia* immediatè subjungit: *ut sit & Filius, & Imago: & hæc duo cum dicuntur, id est nata sapientia in uno eorum, quòd nata est & Filius, & Imago intelligatur, & in his omnibus nominibus non ostendatur essentia, quia relativè dicuntur.* Quid clarius? eadem prorsus ratione lib. 15. de Trinit. cap. 13. in fine ait: *Quod natum est de Patris Essentia, tale est ac si dicerem, de Patris scientia, de Patris sapientia, vel quod est expressius* (ecce quàm rotundè seipsum explicat, hæc in concreto intelligenda) *de Patre scientia, de Patre sapientia, Verbum ergo Dei Patris, Unigenitus Dei Filius, per omnia Patri similis & æqualis, Deus de Deo, lumen de lumine, Sapientia de Sapientia, Essentia de Essentia, est hoc omninò quod Pater, non tamen Pater, quia iste Filius, ille Pater.* Responsio ad SS. Patres qui explicantur modus.

Unde elucet perperam in fine num. cit. dici, quòd hujusmodi responsio sit extorta, & SS. Patres abusivè locutos fuisse utendo abstractis pro concretis, quia licèt sit contra communem loquendi usum, jam tamen quia didicisti, quare illo modo utendum judicârint, vides non esse extortam responsionem; nec Patres fuisse abusivè locutos vides itaquam ex adjunctis, ex materia subjecta, cui subfuit ratiò, cur ita loqui oportebat.

Quantum ad secundum loquendi modum 494.
per particulas *de*, & *ex* quo dicitur Filius esse de substantia, ex utero Patris, & quando Augustinus reprehendit Arianos, quia substantiam Dei de seipsa gignere posse Filium, non putabant, nihil aliud intendunt Sancti, quàm indicare, tum originem Filii à Patre, cum etiam consubstantialitatem Filii cum Patre, quia est de substantia Patris, tanquam de principio formali communicato, hinc Doctor Subtilis 1. d. 5. qu. 2. ostendens per illam partem

Doctoris Subtilis explicatio

cidam *de* non significari materiam vel quasi materiam, simpliciter tamen generari de substantia Patris docet ly *de* denotare originationem à Patre & consubstantialitatem cum eo, ac hujus sermonis *Filius est de substantia Patris*, non alium esse intellectum, quàm quòd Filius sit originatus à Patre, ut consubstantialis, de quo videri potest etiam S. *Bonavent.* in eadem dist. art. 1. q. 2. quare hac loquendi ratione iterum voluerunt prodere & probare summam Unitatem Essentiæ in Patre & Filio, cùm tamen, si v. g. id Epiphanii *Ingenitam Naturam esse causam ad Unigenitum geminen*, idem est de aliis, accipiatur sic, ut Natura sit principium productivum alterius, adeoque illa producat Filium, necessariò erit inter substantiam Patris & Filii distinctio realis: Igitur substantiam, quæ est principium productivum alterius, rectè dici illud alterum producere, intellige verum esse, non quomodocunque, sed de principio non constituente productum, secus dè constituente illud, tunc enim nequit distingui ab illo adæquatè spectato, adeòque nequit esse illius principium *quod*.

Quando denique vocabant Patres Divinum Patrem esse *principium, fontem & originem* Deitatis, exponendi sunt eos velle, quòd Pater sit primum principium, non producēs, sed communicans Deitatem, qua ratione rectè dicitur: Deitas est communicata; secus est generata. Sic ad illud, quod specialiter ex Hilario afferebatur, *Filium nihil habere nisi natum*, respondetur Filium nihil habere nisi natum, vel propriè, id est, ipsum esse Filii vel natum & genitum largissimè, quod est esse communicatum communicatione passiva, per quam à Patre communicatur Essentia Filio, & ab utroque Spiritui sancto, quomodo etiam seipsum explicavit S. *Anselmus* supra, & S. *Hilarius* lib. de Synodis ad Canonem sextum explicans illud *Joannis* Sicut Pater habet vitam in semetipso, &c. *In vita*, inquit, *Natura & Essentia significata est, quæ sicut habetur, ita data esse docetur ad habendum.* Et Basilius lib. 1. contra *Eunomium*, *Pater Filio Naturam communicat*, quòd autem Essentia non communicet se ipsam activè, vide apud S. Bonavent. l. c. apud Smising Tom.

Anselmus. Hilarius.

2. de Deo Trino d. 5. q. 5. n. 63. Aureolum d. 5 art 4. & ipsum Scotum ibidem q. 1. §. *Ad Argumentum* n. 9. Ex quo vel solo disces communicari non esse generari, neque importare relationem realem, in eo quod communicatur, sed concomitari generationem.

Ex his patet juxta ultimam Assertionis partem, quomodo plerique Patres cum Concilio Lateranensi conciliari possint & valeant, debeantque.

Secunda pars, quod ècontra, si qui non possent exponi, aut congruâ interpretatione ad sanum sensum reduci, quâ contradictionè Concilii Decreto repugnant, corrigendi sint, patet, signanter quoad auctoritatem Richardi ejusque censuram, de qua, si Magistrum vel doctrinam illius percellere voluit, quoad punctum, de quo agitur, rectè *Scotus* ait, damnatam esse tam *Richardi*, quàm *Joachimi* sententiam, indubiè tamen, si post Concilium scripsisset, ipsemet propter Concilii auctoritatem correxisset errorem suum; scripsit autem ante Lateranense Concilium annis plus quàm 42. floruit siquidem, ut putat Smising Tom. 2. de Deo Trino dist 5. q 3. n. 57. circa annum millesimum centesimum trigesimum; Petrus Lombardus Magister verò circa annum millesimum centesimum quadragesimum quintum: adeoque etsi Magister scripserit post Richardum, tamen cùm non sit tanta inter eos distantia, alter alterius scripta videre potuerit. Ita ille. Sed verisimilius est, quod refertur apud Ricciolium in Appendice 2. ad cap. 24. de dist. n. 319. ante Richardum floruisse & scripsisse Magistrum, utpote qui obiit 1164. & Richardus Victorinus anno 1173. vivente adhuc Joachimo Abbate Florensi: sed quidquid de hoc sit, certum est Richardum in suis scriptis excessisse, tum quia falsum est, quod omnes Sancti affirment Essentiam gignere aut gigni, cùm hoc, ut supra n. 485. vidimus à pluribus negetur, uti & à cit. Primo Concilio Toletano, tum quia non est revelatum Essentiam divinam gignere aut gigni, imò ex revelatis à Deo, & ex Mysterio SS. Trinitatis oppositum deducitur ut scitè advertit Ricciol. loc. cit. n. 321. in fine.

495. *Confutatio Scoti in doctrinam Richardi.*

Lombardus & Richardus quasi coætanei.

ARTICULUS IV.

An Patres cum Concilio Lateranensi aliis modis conciliari, & contradictoria evitari possint, dicendo v g. *Essentia divina realiter generat*, aut *realiter generatur*, ubi an rectè dicatur: *Essentia Divina est realiter incommunicabilis*, *Paternitas est realiter communicabilis.*

496. ILlud hic considerandum præmitto, quod τὸ *realiter*, de quo vide Tom, 1. Controv. 8. q. 4. n. 231. 232. possit accipi semel generaliter, ut significet idem quod veraciter, & re ipsâ, græcè τῷ πράγματι seu ὄντως tale est, in *fatti* italicè, *deveras* vel *con realdad* hispanicè, ut distinguitur contra fictionem intellectus *nel* [illegible], & contra fictionem juris, quo pacto dicimus aliquem realiter virtuosum esse, qui verè probus est, & non apparenter solùm, ut

hypocrita, & dicimus realiter doctum, qui scientiâ verâ imbutus, & solidâ doctrinâ præditus est, non phantasticè & inani spiritus aut linguæ præsumptione sibi cornua & ungulas fingens, ut Sciolus. De hac acceptione termini realiter vide *Scotum* 1. d. 30. qu. 2. in fine, dicens, *quòd realitas aliquando determinet compositionem, & tunc nihil aliud est, quàm illud quod verè est: sicut ista propositio est realiter falsa, hoc est, verè est falsa.* Secundò specialiter accipi potest, ut distinguitur contra ly *formaliter*, cum addito termini *idem*, seu ut ly *realiter* importat identitatem solùm realem contra ly *formaliter*, quod dicit identitatem ex natura rei formalem. Sive autem sic vel sic capiatur, nunquam subterfugere potest, quin importet suo modo veritatem in significando, sic v.g. ut distinguitur contra modum rei, seu contra *formaliter*, additum termino *idem*, importat veram identitatem realem; *rò formaliter* è contra illi termino, post, aut præfixum, identitatem formalem unius extremi cum alio, & in primo sensu, ut importat identitatem realem, accipiunt in præsenti *realiter* & dicunt, quòd sicut Essentia divina est *realiter* idem cum Patre generante, ita & Essentiam realiter generare & generari, ut sibi subterfugiant duas hasce contradictorias. *Pater generat, Essentia non generat. Essentia communicatur, Relatio non communicatur*, ne cogantur admittere distinctionem ante intellectûs operam inter Essentiam & Paternitatem, dicuntque illas cum veritate enunciari non posse, & substituunt alias, ut est videre apud *Mastrium Tom.1 d.2. de Divinis Attributis* q. 4. art. 2. n. 22 & infra art. 5. n. 504. quamvis severa non est de hoc multum altercandum, quia patet ex Decreto *Concilii*, utramque propositionem, non obstantibus quibuscunque aliis propositionibus suppositiis, in suo manere vigore, adeoque cum utraque vera sit, ne sint contradictoriæ, manere quoque veram aliquam distinctionem inter Essentiam & Paternitatem, hoc pacto, cùm distinctio ex natura rei supponat identitatem extremorum realem, proinde de se non impediat communicationem realem unius cum alio, concedunt etiam ex Scotistis aliqui, quantum est vi distinctionis illius, ob identitatem realem, has permitti posse: *Essentia realiter generat, Paternitas est realiter communicabilis, Essentia est realiter incommunicabilis.* Sic expressè *Lychetus* noster 1. d. 2. q. 7. in Comm. n. 30. benè, inquit, sequitur, quòd sicut Essentia est realiter communicabilis, quòd etiam Paternitas sit realiter communicabilis, cùm sit una res realiter: non tamen sequitur, quòd Paternitas sit formaliter communicabilis, & Essentia formaliter incommunicabilis, cùm non sint una formalitas; quod tamen sequeretur, si essent una formaliter: sicut etiam sequitur in nobis: homo est realiter capax beatitudinis, & similiter risibile, sive relatio creaturæ ad Deum, cùm sint una res realiter: non tamen sequitur, homo est formaliter capax beatitudinis, ergo & relatio ipsius ad Deum, sunt enim distinctæ formalitates: concedit itaque posse admitti Paternitatem esse realiter communicabilem, quod n. 31, confirmat dicens: accipiendo *realiter* ut distinguitur contra *formaliter*, quod *Essentia est realiter incommunicabilis*, quia ut sic est ipsa res realiter, quæ Paternitas, & similiter *Paternitas est realiter communicabilis*, quia ut sic est realiter res, quæ est Essentia. Ita *Lychetus*. Similiter *Mastrius* in Logica disp. 1. q. 5. art. 2. n. 75. & in Metaph. d. 8. n. 139. p. 125. expressè dicit: in Divinis verum est, in sensu identico, *Essentiam esse incommunicabilem*, quatenus est una res cum Paternitate, quæ est incommunicabilis. ubi vides, eàdem facilitate, quâ concedunt supradictas propositiones, & has concedent: *Essentia realiter generat, & generatur*, &c. Ex hoc, secundò observandum præmitto: duplicem esse communicationem: una de qua in puncto primo, propter identitatem realem, v.g. Paternitatis cum Deitate, estque impropria. Alia est communicatio in sensu proprio & formali, vi cujus fieri deberent Patris & Filii una Persona in plures Personas indivisibilis, & hoc sensu aiunt, non communicat suam Paternitatem Filio, sed communicat solùm Paternitatem, accipiendo Paternitatem pro realitate Patris, vi cujus fit, quòd Pater & Filius sunt unus Deus. His præmissis, sit

ASSERTIO III.

Identitas realis, quæ est inter Patris Deitatem & Paternitatem, non sufficit, ut communicatio Deitatis, possit verè dici realiter communicatio Paternitatis, neque ut non communicatio Paternitatis, possit dici realiter non communicatio Deitatis.

477. SEnsus, quem Auctores adversæ opinionis prætendunt, non est, quòd Pater communicaverit Filio entitatem illam, quæ realiter est Paternitas, hoc enim verum est, ut infra, sed sicut formaliter Filiô communicata est Essentia, ita verè realiter, seu ob identitatem realem etiam sit illi communicata Paternitas, ut talis, contra quod Assertio

Probatur primò. Hæc propositio: *Pater non communicat Filio suam Paternitatem*, est absolutè vera: ergo falsa hæc: *Pater communicat realiter Filio suam Paternitatem*, antecedens patet, consequen. probatur: implicat duas contradictorias esse simul veras, juxta primum principium, *impossibile est idem esse & non esse*: atqui

atqui illa vocula, *realiter*, constituit alteram propositionem directè contradictoriam primæ, ergo, Min. prob. *τὸ realiter*, ut supra, etiam ut sumitur contra *τὸ formaliter*, significat idem, quod verè & re ipsâ ab identitate reali fatum, & non per fictionem intellectûs tale est; atqui Paternitas verè & re ipsâ non communicatur Filio: ergo nec ob identitatem realem realiter, prout distinguitur contra *formaliter*, min. prob. tum ex eo, quòd particula negativa *non*, est malignantis naturæ, simpliciter negans Paternitatem esse communicabilem; de quo vide infra n. 516. tum ex hoc: quia Paternitas est relatio realiter & formaliter Filio opposita, ergo nequit realiter illi communicari, consequentia patet, quia nec realis identitas Deitatis cum Paternitate, nec realis unitas numerica Essentiæ divinæ efficiunt, ut Paternitas non sit realiter relatio opposita filiationi, consequenter per illam non stat, Paternitatem realiter communicari Filio, ergo modus ille communicandi, significatus per adverbium *realiter* sumptum à reali identitate Paternitatis cum Deitate, cùm in Divinis nihil est communicabile, secundùm quod realiter distinguuntur & relativè opponuntur, est arbitrarius & nullus. Antecedens patet, conseq. prob. non idem realiter, multò magis realiter oppositum alicui, non potest esse illi realiter idem, ratione ejusdem: sed si Paternitas realiter distincta à Filio, etiam realiter Filio communicaretur, non idem realiter, esset ratione ejusdem, idem realiter; ergo *Major* est evidens, *seq. min.* prob. realiter communicari idem est, ac realiter identificari, cùm talis communicatio nequeat deponere identitatem realem, atqui Paternitas, in quantum distinguitur à Filio, realiter non identificatur Filio: *ergo* idem realiter, non esset idem realiter, & Paternitas Filio opposita, etiam non esset opposita: quæ dicunt implicantiam. Quidquid respondeas, verb. gratiâ, Argumentum procedere de communicatione in sensu proprio & formali, non in sensu reali ac improprio, unde neg. minor, quod vocula *realiter*, alteram constituat contradictoriam primæ: nam affirmatio & negatio communicabilitatis enunciantur de Paternitate, semel in sensu proprio & formali, & semel in sensu reali: quidquid, inquam, responderis, necesse est ex tua doctrina, ut independenter ab intellectu; & nemine cogitante conveniat Naturæ prædicatum communicabilitatis & nemine cogitante non conveniat Paternitati, quia secundùm veritatem nemine cogitante & independenter ab omni intellectu convenit Naturæ in sensu proprio communicari, & nō convenit Pa[illegible]itati in sensu proprio cōmunicari, quando c[illegible] municari realiter Paternitatē, ob identitatē E[illegible]entiæ formaliter communicatæ, & tamen Pater[illegible]tatem non communicari in se[illegible] & formali, id verè continet tua doc[illegible], quod verè & propriè communicetur Natura, quæ est idem realiter cum Paternitate, cum quo tamen sint non

Independenter ab omni intellectu Natura communicatur, Relatio non communicatur.

communicari in illo sensu formali Paternitatem: ergo convenit aliquod prædicatum Deitati, quod non convenit Pat[illegible]nitati, nempe communicatio formalis; *atqui* hoc ipso, neque convenit Paternitati communicatio realis: ergo. prob. assumpt. quia talis foret hæc communicatio, vi cujus, sicut si esset in sensu formali, fieret verè & propriè Persona Patris & Filii una Persona, ita in sensu reali, Persona Patris fiet una Persona cum Persona Filii: atqui Pater & Filius, tam parum in sensu reali, quàm in sensu formali, sunt una Persona: ergo Paternitati tam parum convenit communicatio in sensu reali, quàm in sensu proprio & formali; ergo absolutè vocula *realiter*, constituit alteram propositionem contradictoriam primæ. *Min.* patet, *maj.* prob. quia nullum prorsus esset verificativum hujus propositionis: *Pater non est Filius*: atqui tale verificativum debet ostendi, cùm sit de fide, Patrem & Filium distingui realiter. Seq. maj. prob. quia tale verificativum esset prædicatum conveniens Paternitati, quod in sensu reali non conveniret Filio: atqui si Filio realiter communicetur Paternitas, non esset tale prædicatum conveniens Paternitati, quod non realiter etiam conveniret Filio: ergo ut salvetur Mysterium hoc, & ne contradictoria affirmentur simul esse vera, dicendum Paternitatem non communicari realiter.

Confirmatur & probatur Assertio ex his secundò: si hæc est vera: *Paternitas realiter communicatur Filio*, quia identificatur cum Essentia, quæ communicatur Filio; *primò* erit & hæc vera: *Filius realiter est Pater*, quia Pater realiter identificatur cum Essentia, quæ communicatur Filio, adeoque *secundò* Filius realiter habet cum virtute gerundivi fœcunditatem inclusam in Paternitate ad generandum alium Filium, quod ultimum est erroneum in fide. 49[illegible]
Primum sapit Sabellianismum. *seq.* quoad primam partem *probatur*, communicabilitas, quâ aliquid divinæ entitatis communicatur, fundatur secundùm Auctores illos, in identitate reali Paternitatis cum Essentia communicabili, quatenus enim Paternitas non distinguitur ab Essentia realiter cum illa Filio communicatur: ergo hæc propositio: *Paternitas est realiter communicabilis Filio*, includit dogma Sabellii, id est, includit realiter indistinctionem realem Patris & Filii, conseq. prob. si enim esse realiter incommunicabile includit distinctionem realem cum illo, cui est incommunicabile, [illegible] vicissim esse realiter communicabile, includet indistinctionem realem cum illo, quocum est realiter communicabile, ut patet ex Essentia in Patre & Filio indistincta, unde, quia ante omnem intellectum in sensu reali Filio communicatur Natura, falsa est hæc propositio: [illegible] est re[illegible]liter Natura Patris, alia Filii, & q[illegible] ante omnem intellectum Pater[illegible] communicatur Filio, falsa erit hæc prop[illegible] alia est realiter Perso[illegible]a Patris, alia F[illegible], & verà solum erit in [illegible] [illegible] ad nostros concu-

peus

ptus quæ sunt absurda, ex quo iterum deducitur Essentiam, ut est formaliter & realiter communicabilis, esse eandem in Patre & Filio, ut autem est realiter incommunicabilis, esse distinctam à se ipsâ in Patre & Filio, quæ piis auribus non sunt ingerenda. Ex quo habetur ejusdem *seq* par secunda, nam dicant Adversarii, si sufficiat identitas realis cum una numero Essentia ad communicationem realem Paternitatis, cur Filius sic communicatâ sibi *Paternitate*, non acciperet realiter fœcunditatem Paternitatis ad generandum alium Filium: Ex his Absurdis certò deducitur non communicari realiter Paternitatem Filio aut Spiritui sancto.

499. *Probatur tertiò*: Quando dicitur Essentia divina est realiter incommunicabilis, *Paternitas* est realiter communicabilis, & hujusmodi, ibi per copulam *est*, non attenditur præcipue identitas prædicati cum subjecto, sicut in hac, Essentia est Filiatio, Spiratio, Deitas est Paternitas, &c. ubi verè significatur realis identitas prædicati & subjecti; sed in identitate reali assumitur proprietas relationis, eâque mediante transfertur incommunicabilitas ad Essentiam, quæ sicut Paternitas est incommunicabilis, ita & mediante identitate unius cum altero sit incommunicabilis ipsa Essentia, & vicissim, quia Essentia est communicabilis mediante identitate attribuitur Paternitati, quod sit communicabilis; atqui hæc doctrina prorsus falsò nititur fundamento: immo in his manifestè patet exemplis, quæ ex ipso Mysterio *SS. Trinitatis* trahi possunt, sic v. g. Personæ Divinæ identificantur realiter cum unica numero Essentia, non potest tamen dici in sensu reali: in Entitate divina est realiter una numero Persona, transferendo unitatem Essentiæ ad unitatem personalem: nec è contra, quia Essentia est realiter identificata tribus Personis, potest in sensu reali verè dici, Essentia est triplex, aut sunt realiter tres Essentiæ, quæ tamen secundum illam doctrinam verificari possent. Similiter posset dici, Essentiam Patris, relativè opponi realiter Essentiæ Filii, quia Essentia est realiter identificata cum Paternitate, quæ opponitur Filio; insuper nihil obstaret, ut in sensu reali verificaretur Naturam divinam esse realiter producibilem, quia Filiatio & Spiratio passiva producuntur, item Deum intelligendo peccatum, etiam realiter velle peccatum, id enim præstare posset realis identitas volitionem divinam inter & intellectionem, sicut & quòd Filius realiter producatur per voluntatem, & Spiritus sanctus per intellectum, item unionem hypostaticam realiter immediatè in Natura divina factam ob eandem rationem, imò posset quis dicere, quòd ob identitatem realem entis in Deo cum omnipotentia, sapientia, infinitate, &c. participatio Dei in Angelo & homine, imò in formica [illegible] realiter participatio infinitatis, omnipotentiæ, & sapientiæ, &c. ergo veluti nolint [illegible] cendum, ob identitatem realem, non posse verificari in sensu reali [illegible] e uno realiter identificatorum, quod verificatur de altero, quis enim dicet, ut idipsum amplius ostendamus, esto Angelus, ante Incarnationem de factò viderit & clarè cognoverit Naturam humanam, quod ideò realiter viderit potentiam obedientialem, qua postea hypostaticè uniretur Verbo, adeoque possibilitas Incarnationis, supposito quod obedientialis potentia non sit potentia naturalis cum extrinseca connotatione ad effectus supernaturales, sed, ut volunt Adversarii, importet aliquid cum quolibet ente creato suâpte naturâ operativo, realiter identificatum, ab Angelo naturaliter sit cognoscibilis? Quis item dicet, etsi in lumine v. g. realiter identificentur, & differentia individualis & specifica luminis in perspicuo, & generica accidentis & transcendentalis ratio entis creati & dependentia luminis à Deo, quod quis videndo lumen, in illo realiter ipsi visibilis est ratio entis & accidentis, & ratio dependentiæ ad Deum, adeoque realiter percipiat aptitudinalem inhærentiam & rationem entis materialis, prout opponitur spirituali, imò videat realiter ipsum dependentiæ terminum, id est, ipsum Deum, ut causam primam, sicut videt solem ut causam secundam? ergo similiter, licèt Paternitas incommunicabilis realiter identificetur Essentiæ communicabili, non sequitur, Paternitas est realiter communicabilis, Essentia realiter incommunicabilis. Neque, ut casibus supra adductis patet, ad hoc quidquam suffragatur infinitas, quæ licet omnia in Deo realiter identificans id efficiat, ut de duobus sic realiter identificatis, unum verificetur de altero, dicendo hoc est illud, v. g. *Paternitas est realiter Deitas*, aut dicendo, hoc quod activè vel passivè præstat aliquid, esse identificatum realiter cum aliquo altero, quomodo dicimus rectè, *Essentia, quæ est communicabilis Filio & Spiritui sancto, est realiter Paternitas. Pater qui communicat suam Essentiam*, est realiter Deus, secus tamen est, ut de illo altero identificatorum dicatur id, quod verificatur de alio; licèt itaque sit Essentia communicabilis, non sequitur ex hoc magis ob identitatem realem Paternitatem esse talem, aut esto Paternitas sit incommunicabilis, ideò per realem identitatem seu realiter ipsam Essentiam esse incommunicabilem, quàm ex eo, quia lumen & colores sint visibiles, sit propterea visibilis, ratio entis accidentis & dependentiæ, tam parum enim Essentia Divina Paternitati confert communicabilitatem, aut Paternitas Essentiæ incommunicabilitatem, tam parum item creatura rationalis beatitudinis capax communicat ob identitatem realem, [illegible] & [illegible] Deum illam capacitatem ut videtur velle *Lychetus* supra, quàm parum lumen communicat dependentiæ & [illegible] ibi realiter [illegible] visibilitatem, cùm non amplius inde inferri potest,

Abusiva locutio à Mysterio Trinitatis removenda est.

test, quàm hominem esse capacem beatitudinis, qui est realiter risibilis & dependens à Deo, sicut nec amplius ex visu luminis infertur, quàm lumen videri, quod est realiter dependens à Deo, ita denique Essentiam esse communicabilem, nihil aliud infert, quàm aliquid esse communicabile, quod est realiter Paternitas incommunicabilis, & aliquid esse incommunicabile, quod est realiter Essentia communicabilis. Ex his fit

ASSERTIO IV.

Identitas realis Essentiam inter & Personas nullatenus sufficit, ut dicatur: *Essentia divina realiter generat*, vel, *realiter generatur*.

500. HÆc constat ex dictis pro Assertione præcedenti, ubi nota Auctores illos, qui asserunt Essentiam Divinam realiter generare, ob id præcisè, quia Paternitas, quæ generat, est realiter identificata cum divina Essentia, adeoque Essentiam propter identitatem realem esse generantem realiter, sicut Pater est generans formaliter: hoc, inquam, nota cum pace Adversariorum illos eidem inniti principio & radici, unde Abbas Joachim errare cœpit, is enim ideò asseruit has: *Essentia generat & generatur*, veras esse, quia Essentia est realiter identificata cum Patre, qui generat, neque erat tam depositi & blæsi ingenii Joachim, ut non admitteret *formaliter*, seu ut illud, *formaliter* sumunt illi Auctores per rationem distingui Essentiam à Paternitate, consequenter verum erat illi, quod convenit uni in sensu formali, non convenire alteri iisdem in sensu formali, ergo voluit solùm quòd in sensu reali generet, ac eo tendit, quod refert D. *Thomas* 1. p. q. 39. art. 5. n. 206. sub conclusione, *respondeo* inquiens, *quod Abbas Joachimus asserens, quòd sicut dicatur, Deus genuit Deum, ita potest dici quòd Essentia genuit Essentiam, considerans quòd propter divinam simplicitatem, non est aliud Deus, quàm divina Essentia*, ubi simplicitatem sumit pro reali identitate Essentiæ cum Personis, unde sequebatur perinde Essentiam gignere, quàm Personam, & quia nihil seipsum generat, eo prolapsus fuit, ut admitteret in Trinitate, juxta Tritheitarum & Philoponi hæresin, tres Deos, quos dicebat esse unum unitate collectionis, quomodo una est Ecclesia, una civitas, &c. à quo tamen errore longè absunt Auctores Catholici, qui dicunt Essentiam solum realiter generare & generari, contra quos probatur Assertio *primò*

501. Processus ab hac propositione *Pater generat*, ad hanc; ergo *Essentia realiter generat*, quia Patri realiter eadem est, est similis huic, quo quis ex his verbis Decreti: *Una quadam summa res est, quæ veraciter est Pater, qui generat, Filius qui gignitur, & Spiritus sanctus qui procedit*. hanc inferat: ergo *Essentia veraciter est generans & genita*, cùm aliàs Essentia esset res generans & non generans, quod dicit implicationem: atqui talis illatio contradictoriè repugnat ipsi Decreto expressè contrarium definienti: *Illa res, videlicet substantia, Essentia vel natura, quæ sola est universorum principium, non est generans, neque genita, neque procedens, sed est Pater qui generat, Filius qui gignitur, & Spiritus sanctus qui procedit*: ergo similiter ista: *Essentia realiter generat*: major probatur, quia sicut in prima, *una quadam summa res est, quæ veraciter est Pater*, variatur appellatio & vitiosè transitur à sensu identico ad formalem, imbibitum in prædicato *qui generat*, ita in hac secunda: *Essentia realiter generat*, quia Pater generat, vox *realiter* appellans sensum identicum (cum illa de se non magis efficit, ut in illa propositione Essentia accipiatur pro Persona quæ generat, quàm quod in hac: *Essentia est res generans*, vocula *res* efficiat, ut subjectum accipiatur pro illa) vitiosè transit à sensu identico ad formalem, assumendo scilicet de Essentia prædicationem, quæ habet sensum formalem, seu quâ significatur prædicatum esse formam vel quasi formam, seu actum realiter afficientem subjectum, consequenter contra Concilii Decretum teneretur, quòd Essentia formaliter generaret & generaretur, nam illud quod in antecedente supponitur, *τὸ realiter* importare sensum solum identicum, adversæ sententiæ Auctores concedunt, esto cum D. *Thoma* admittant illud prædicatum in hac: *Essentia est res generans* posse supponere pro Persona; aliud, quod fiat transitus à sensu identico ad formalem: probatur, adverbium *realiter* non tollit aut destruit originis seu generationis significationem, ut verbum generandi, quod de Essentia realiter prædicatur, subterfugiat productivam actionem, quæ includitur in illo verbo connotante principium cum virtute gerundivi: ergo in hac: *Essentia realiter generat* prædicatum, non per meram realem identitatem, sed verificatur de subjecto in sensu formali. Antecedens patet, conseq. prob. quia ly *generans, genitum*, de formali ratione suâ non est natum, nisi prædicari formaliter, cum enim adjectiva, ut Doctor Subt. d. 5. q. 1. formam significent, per modum informantis, ideoque de nullo dicuntur verè, nisi ad quod se habent per modum informantis, vel ut S. Thomas 1. p. q. 39. a. 5. ad quintum, cum *adjectiva rem significatam ponant circa substantivum*, ideò formaliter aliquid illi inesse, & consequenter de illo formaliter prædicari significant. Igitur quemadmodum Auctores, qui ex eo, quod *una quadam summa res*, ut utamur verbis Concilii, *quæ veraciter est Pater*, perperam & contra Concilium inferunt in sensu formali, ergo *Essentia veraciter est generans*, ita

Reprobatio sensus identici ad formalem.

& ipsi

& isti ex eo quòd Pater est generans, non rectè inferunt, ergo *Essentia est realiter generans*, cùm non minus hæc, quàm illa imbibat sensum formalem, qualem de Essentia per talem loquendi ambitum non posse sustineri constat, tum ex auctoritate, cùm etiam ex rationibus Articulo hujus Quæstionis secundo allatis.

502. *Confirmatur*: Ne quidem rectè dixeris: *Essentia Patris realiter generat*, cum hæc: *Essentia est Pater*, sumendo ly *Pater* adjectivè, in rigore logico, nec identicè, nec formaliter sit vera, ut videre est apud *Scotum* d. 5. q. 1. & apud *Lychetum* in *Comment.* supra *dist.* 2. q. 7. n. 16. *Comm.* §. *Ad tertium*, & constat ex ratione supra allata Art. 2. citato n. 488. ergo multò minus indefinitè benè quis dixerit: *Essentia realiter generat.* Antecedens patet in hoc Syllogismo: *Essentia Filii est realiter Essentia Patris: sed* secundum te *Essentia Patris realiter generat*: ergo *Essentia Filii realiter generat*. Et iterum: *Essentia Patris est realiter Essentia Filii*; atqui secundùm te *Essentia Filii realiter generatur*: ergo *Essentia Patris realiter generatur*, sicque Essentia divina re ipsa producèret & produceretur, esseque relativa oppositio inter Essentiam genitam, quæ est Deus, & generantem quæ etiam esset Deus, nam inter activè generantem & passivè generatam intercedit distinctio realis, quod exprimit hæresin Philoponi, & est error Joachimi. Si dicas in hac: *Essentia Filii realiter generatur* prædicatum supponere formaliter pro Persona Filii, & realiter pro Essentia, quia Persona, pro qua formaliter supponit, est realiter Essentia, ita ut Persona formaliter, non Essentia, nisi realiter, sit terminus generationis, adhuc difficultatem non evacuas, tum quia ut supra Art. 2. n. 489 visum est, Essentia nequit supponere pro Persona; tum etiam, si actio generativa habet pro termino Personam, non Essentiam, vel vicissim in sensu reali Essentiam, non Personam in eodem sensu, vel jam contra te directè fateris, quod non sint omninò idem Essentia & Persona, quia manet argumentum à contradictione petitum. *Secundò* Essentia spectata, prout est in Filio, non est alia ab Essentia, prout est in Patre & Spiritu sancto, quia illa particula reduplicativa, *prout*, non appellat propriè & reduplicat ipsum Filium, sed ipsam identitatis habitudinem, quam habet Essentia cum Filio, atqui eandem habitudinem, quam habet Essentia divina ad Filium, habet etiam ad Patrem & Spiritum sanctum, eandemque absolutam existentiam, quam habet in una & in reliquis Personis: ergo æquè falsò concluditur, Essentiam, prout est in Filio, posse ob identitatem generari, quàm de illa in Patre & Spiritu sancto, aut prout est in Patre, posse generare, quàm si ob eandem rationem illud ipsum concluderetur de Essentia in Filio & Spiritu sancto, neque enim per adverbium *realiter* supponitur illa Persona determinata, estque Essentia divina realiter tam Spiritus sanctus, qui non generatur, quàm Filius. *Tertiò*, Essentiam, prout est in Filio, vel dicis terminare realiter generationem per se, vel per accidens, generatione scilicet non ad Essentiam in Filio, sed ad Filium per se genitum terminata: non *primum*, quia in Divinis non dantur duæ productiones ejusdem generis per se: neque *secundum*, quia essent in Divinis admittendæ duæ generationes, una per se, altera per accidens, scilicet propter identitatem realem, consequenter Essentia Dei, quæ adæquatè per se pro priori originis in Patre existit, generatione sui per accidens in Filio, accipit esse per accidens, sicut enim per generari simpliciter genitum accipit esse simpliciter, ita per generari per accidens, accipit esse per accidens, quod de Divinis opinari constat esse absurdissimum. *Quartò* ad hoc ut Essentia dicatur generari & generare, illa eget conditione per adverbium *realiter* importata, Persona Patris, ut possit dici generare, non indiget illa: ergo Essentia & Paternitas non sunt omninò idem; nam quid est realiter generare, & non formaliter, & vicissim formaliter non realiter, seu hanc: *Essentia realiter generat*, falsam esse in sensu formali, veram in sensu reali, nisi realiter generare & non realiter; item formaliter & non formaliter generare, quæ contradictoria sunt; consequenter distinctionem aliquam supponunt ibi, de quibus verificantur.

Cui stabiliendo adde cum Ricciolio l. c. supra sub n. 495. verior est hæc propositio: *Essentia Patris formaliter non generat*, quàm hæc: *Essentia Patris realiter generat*. Item verior est hæc: *Pater formaliter generat*, quàm illa: *Essentia Patris realiter generat*, imò duæ illæ propositiones conformiter ad Decretum *Lateranensis Concilii* in sensu formali simpliciter sunt veræ & catholicæ, & non tantum ut subsistant nostris conceptibus: ergo cum hæc: *Essentia Patris formaliter non generat*, *Pater* è contra *formaliter generat*, sunt contradictoriè repugnantes, quod esse non potest, nisi Essentia & Paternitas verâ aliquâ distinctione distinguerentur, frustra recurrunt illi Theologi ad adverbium *realiter*, ad enervandum argumentum ab intrinsecis contradictoriis, per tot sæcula, ut ait idem *Ricciolius*, à Scotistis alijs desumptum. 503.

Hæc occasione Art. sequentis amplius confirmantur & probantur à n. 519. usque ad n. 526. Dices: nulla est perfectio realis, quæ negetur in sensu reali de Deitate, aliàs distinguuntur realiter: ergo nec Paternitas, nec ullum illius prædicatum. Resp. neg anteced. & distinguo consequens. ergo nec Paternitas, nec ullum prædicatum Paternitatis negatur de Deitate in sensu reali, quod inferat absolutè Paternitatem aut prædicatum illius esse realiter aliud à Deitate, concedo anteced. quod inferat Paternitatem nullo sensu communicari & Essentiam generare, Nego antecedens. Aliæ *objectiones* porro quas afferunt in oppositum, nullius sunt momenti: nam primo hic syll-

gis-

gismus: *Omnis Pater generat, Essentia divina est Pater, ergo Essentia divina generat*, manifestè continet 4. terminos, quia Pater in majori accipitur adjectivè, in minori sumitur substantivè, vel si sumatur etiam adjectivè in minori, illa est falsa, quia Essentia divina, nec prædicatione identicâ, nec formali est Pater, accipiendo Patrem adjectivè, uti, ut sæpius monui, videre licet apud *Subtilem* d. 5. q. 1. istæ itaque quæ objici solent: *Essentia divina est realiter Pater generans*: ergo *Essentia divina est realiter generans*, etiam falsæ sunt, quia illa prædicata adjectiva nullâ prædicatione verâ queunt prædicari de subjecto ultimatæ abstractionis, adeoque sicut illud pro Persona, quæ generat, supponere nequit; ita neque pro realiter generante, quia tunc contra hypothesin abstractionis à supposito, identitatem realem involveret cum illo, quod falsum esse constat. Quemadmodum porrò Essentia quà talis & in abstracto sumpta, neque identicè neque formaliter est Pater adjectivè acceptus, ita etiamsi substantivè sumatur; sit licèt in sensu realiter identico Essentia Pater, & vicissim, nullatenus tamen in sensu identico formali; sed est aliquid, quod secundum non generat nec realiter, nec formaliter. Ex quâ doctrina solvitur, quidquid objici potest.

ARTICULUS V.

An evadi possint contradictoria harum propositionum: *Paternitas generat, Essentia non generat*, per resolutionem earundem in alias affirmativas & negativas non contradictorias.

304. Tandem agnoverunt nonnulli hanc: *Essentia realiter generat* illimitatè & simpliciter sine additio positam, & male sonare, & subsistere non posse, eò quòd fundamentum ab identitate reali mutuatum, sit valde ruinosum, quo nec salvari valeat Lateranensis Concilii Decretum, nec sufficiens reperiatur ad declinandas inconvenientias adductas Art. præcedenti, nec denique ad istarum elidendam vim contradictoriarum: *Paternitas generat, Essentia non generat*; alii itaque, vel saltem quidã Theologus innominatus apud Ricciolum aliam ingressus est viam commutando illas in binas de eodem realiter affirmativas, quarum utraque vera sit, & in binas realiter negativas, quarum utraque similiter sit vera, ita ut neque priores duæ affirmativæ, neque duæ posteriores negativæ sint contradictoriæ: affirmativæ sunt: *Essentia divina generat realiter generatione productiva Persona distincta à Patre; Paternitas realiter generat generatione productiva Persona distincta à Patre.* Negativæ autem sunt istæ: *Essentia divina non generat realiter generatione productiva Essentiæ alterius numero distinctæ; Paternitas non generat generatione productivâ Essentia alterius numero distincta.* Ubi, inquit, clarè patet ex generatione negatâ Essentiæ, & concessa Paternitati non inferri aliquam contradictionem, vi cujus foret inter Essentiam & Paternitatem aliqua Thomistis aut Scotistis concedenda distinctio. Hoc pacto commutat has: *Pater communicat Filio suam Deitatem, Pater non communicat Filio suam Paternitatem.* Primò in istas affirmativas: *Pater communicat realiter Filio suam Deitatem, communicatione facien e utrumque unum numero Deum*: &: *Pater communicat realiter Filio suam Paternitatem communicatione faciente utrumque unum numero Deum.* Secundò in istas negativas, quarum utraque similiter est vera: *Pater non communicat Filio suam Deitatem, communicatione faciente Patrem & Filium unam numero Personam.* Et: *Pater non communicat Filio suam Paternitatem, communicatione faciente Patrem & Filium unam numero Personam.* Ubi quoque non habentur contradictoria de eodem subjecto realiter verificabilia, quæ inferant distinctionem quandam, sive virtualis, sive formalis fuerit nuncupata. Sit

Nova methodus evadendi Scotistarum argumenta.

ASSERTIO V.

Commutatio harum contradictoriarum: *Essentia divina non generat, Pater generat.* Item harum: *Essentia communicatur, Paternitas non communicatur*, in illas nuper relatas, sicut gratuita, ita frustranea est ad elidendam vim probandi distinctionem ab intrinsecis contradictoriis desumptam.

305. Probatur primò: Istæ propositiones papaverotoro prorsus innituntur fundamento: ergo non subsistunt: antecedens probatur: illud est principale prædicatum hujus: *Essentia realiter generat*, & hujus, *Paternitas realiter communicatur*; atqui in Articulo præcedenti illum, illud non subsistit: ergo, cùm certum sit, in propositionibus constantibus ex prædicato plura adjacentia involvente, si primum & principale prædicatum, quod est aliorum fundamentum, firmum non sit, reliqua illi adjacentia non

non subsistere, dictæ propositiones frustra sunt excogitatæ.

506. *Secundò*: dato non concesso, quòd suppositiiæ illæ propositiones affirmativæ cum prædicta explicatione veræ essent, aliæ negativæ; utrique ut veræ & catholicæ sunt admittendæ: ergo nihil proficiunt contra illas. Antecedens patet, nulla propositio negativa, quæ simpliciter, quo ad specificam suam rationem vera est, exuit suam specificam differentiam, nec veritatem amittit per commutationem substitutivam propositionis non æquipollentis, sed diversæ speciei prædicata includentis: atqui hæc; *Essentia divina non generat*: *Paternitas non communicatur*, secundùm rationem suam specificam, & ante omnem commutativam substitutionem simpliciter veræ sunt, & ut tales simpliciter contradictoriè opponuntur his affirmativis: *Paternitas communicatur*: *Essentia generat*, quæ talsæ sunt: ergo illæ propter alterius generis substitutas non perdunt suam rationē specificam & intrinsecam veritatem. Min. patet, maj. prob. ratio specifica propositionū accipitur ab objecto, ita ut veritas essentialis earum simpliciter consistat in conformitate & dependentia actûs judicativi cum objecto, vel re secundùm se spectata, quatenus nimirū, ut mensura & regula refert rationem veritatis in actu judicativo repertæ: atqui nulla commutatio substitutiva, etiamsi esset contrivolis ut dicto, potest convertere continentiam causæ veritatis in Deo, ut quòd Essentia sit communicabilis, Paternitas non sit communicabilis: ergo nec actum & conformitatem illius cum objecto, quam supponitur, ut & ipsi Adversarii de dictis contradictoriis fatentur, habere cum illo, proinde non obstantibus suppositi-tiis illis ex aliis istis sibi contradictoriè oppositis, conformiter ad objectum contradictoriè enunciatum; cùm contra primum principium, duo contradictoria verificari non possint de prorsus eodem, necesse est deduci aliquam veram distinctionem inter Essentiam & Paternitatem, cùm alioqui contra suppositum & mentem Concilii, imò & fidem, ut Art. seq. dicetur, non essent veræ, dictæ propositiones absolutè Catholicis admittendæ.

Tertiò, si per talem commutatoriam substitutionem argumenta Scotistarum valida, utpote quæ consistunt in propositionibus catholicis resolvi possent vel in falsa vel in nulla, cur non similiter multa alia valida argumenta ac catholicæ propositiones resolvi possent in alias & nullas, imò vicissim falsas in veras, sic v. g. hæc: *Christus est adorandus* evaderet falsa substituendo illi hanc negativam: *Christus non est adorandus adoratione latriæ, qua homo est*, & vicissim hæc: *Christus non est adorandus*, quæ est de se hæretica, evaderet vera, ob substitutionem hujus: *Christus non est adorandus adoratione latreutica quoad humanitatem*, vel, *non est adorandus solo cultu duliæ aut hyperduliæ quoad Divinitatem*. Item hæc: omnes [illegible] in extremo die, falsa erit per hanc: non omnes [illegible] in extremo die ad gloriam & vitam æternam. *Christus est in Hostia consecrata*, catholica [illegible] propositio transibit in falsam, si quis dicat: *Christus non est in Hostia consecrata*, [illegible] existens [illegible] est in cœlo, secundùm partes extra partes & circumscriptivè, è contra, *Christus non est in Hostia consecrata*, quæ de se est hæretica, evadit in veram, ob substitutionem hujus: Christus non est in Hostia consecrata modo circumscriptivo, quo existit in cœlo. 507.

Arguitur ex propriis dicti Theologi principiis.

508. *Quartò*. In istius Theologi doctrina, non possunt salvari contradictoria, ubi necessariò salvanda sunt; ergo repugnat. Anteced. prob. quia secundùm illum Prædicatum communicabilitatis, qua Pater & Filius sunt unus numero Deus, nemine cogitante in sensu formali convenit Essentiæ, non convenit in sensu formali Paternitati, quia nemine cogitante Essentia cōmunicatur in sensu proprio & formali, Paternitas non communicatur in sensu proprio & formali, communicari autem & non communicari in sensu proprio sunt duo contradictoria; atqui posito, uti supponit ille Theologus, quòd inter Essentiam & Paternitatem non detur distinctio virtualis, nec formalis ex natura rei, & cùm aliunde ad salvandum Mysterium Trinitatis non sufficiat distinctio rationis, ideoque addidi, *nemine cogitante* in Divinis dicta contradictoria verificātur de Essentia & Paternitate, jam nulla contradictoriis supportandis idonea, habebitur distinctio, qua scilicet sit nemine cogitante inter Naturam & Paternitatem: ergo necesse est illa contra lumen rationis esse verificabilia de eodem, & respectu ejusdem: ergo talis doctrina repugnat.

Explicatur primò & probatur

509. *Quintò*: Quomodocunque explicaverit in sensu reali communicari Paternitatem ad salvandam distinctionem realem Personarum, debeat aliquo modo non communicari, consequenter cogitur assignare modum, secundùm quem nemine cogitante non communicetur; atqui non potest assignare modum, si inter Naturam, de qua independenter ab intellectu verificatur ly *communicatur*, & inter Paternitatem, de qua etiam independenter ab intellectu verificatur ly *non communicatur*, neque intercedat distinctio virtualis, neque ex natura rei formalis, nec alia quæ sit probabilis, non purè facta & ficta rationis ratiocinantis: ergo pro eo quod deberet ostendere non verificari duo contradictoria de eodem potiùs

con-

concedit maximè absurdum, illa verificari de eodem respectu ejusdem : si non, vel doceat nos, quomodo illa non de eodem respectu ejusdem verificentur, aut admittat inter Naturam, cui competit prædicatum contradictorium, & Paternitatem cui illud non competit, distinctionem aut Thomisticam aut Scotisticam, ne de eodem indistinctio verificetur, communicatur non communicatur, generat non generat.

Explicatur secundò & probatur.

510. *Sextò* : Cùm hac, quam asserit esse veram, scilicet Essentiam in sensu reali generare generatione productiva, &c. necesse est, ut stet, illam in aliquo sensu non generare, & quidem nemine cogitante, tum ad salvandum Mysterium Trinitatis, quod non dependet à nostris cogitationibus, cùm etiam ad salvandum Decretum Lateranensis, quod de Natura Divina enunciavit, quod non generet, & de Paternitate, quod generet, atqui in quocunque sensu illa non generat, & Paternitas generat, cum prædicatum illud conveniat Naturæ nemine cogitante, quod non convenit Paternitati, inevitabile est, debere inter Naturam non generantem, & Paternitatem generantem poni distinctionem, ne de eodem indistinctio verificetur, *generat, non generat*: ergo, contra illas cōtradictorias, quæ secundùm communem opinionem concludunt aliquam distinctionem inter Naturam & Paternitatem, nihil efficiunt istæ suppositiones superiùs adductæ.

511. Ex his argumentis & aliis, quæ afferentur infra usque ad Articulum 6. elucet quo jure anonymus ille Theologus apud *Ricciolium* de dist. in append. 2. ad c. 24. n. 317. non profanis duntaxat, sed & toti Scholæ *Scoti*, & nobilissimis D. *Thomæ* Asseclis & Recentioribus ita insultet, *Dicant ergo nobis tum Ethnici*, qui ex hoc argumento (contradictoriorum scilicet, eò quod simpliciter & absolutè verificetur Essentiam divinam non generare, Paternitatem autem generare, & ècontrariò Essentiam divinā communicari, Paternitatem non communicari) *probant distinctionem Deitatis à Paternitate, tum Scotistæ, qui inter easdem probant distinctionem mediam, tum Recentiores, qui ponunt distinctionem virtualem, ubinam reperiant has prædicata contradictoria, de Deitate & Paternitate verificabilia, ad quorum repugnantiam dirimendam unusquisque illorum excogitavit distinctionem separantem Deitatem à Paternitate realiter, hoc est, ante omnem intellectûs operationem*. Sed dicat ipse, an in eodem sensu in quo est vera negativa, apud omnes Catholicos, *Essentia non generat, Paternitas non communicatur*, sit in eodem sensu vera affirmativa illi contradictoriè opposita, si non, ut in confesso est, & ipse cit. Theologus admittit apud cit. *Ricciolium*, nisi ambos oculos claudere velit, & videns videre nolit, omninò videbit hæc prædicata contradictoria de Deitate & Paternitate verificabilia reperiri ex ipsa natura rei, in qua verè & independenter ab omni intellectu reperitur, *est*, & *non*, videbit ex quidditativo prædicatorum essentialium, id est, Deitatis & Paternitatis conceptu involvente inevitabilem contradictionis necessitatem in dictis contradictoriis contentam, quod juxta trutinam primi principii impossibile sit, idem esse & non esse, idem de eodem affirmari & negari, consequenter videbit se cātasse victoriam ante triumphum, prius tollat in specie dictas contradictorias à Concilio Lateran. & PP. assertas, sive evadat earumque intrinsecam conformitatem cum Deitate & Paternitate à se ipso in sensu formali contradictoriè enunciatis, tunc denique iis in spongiam actis, illi & hederam Scotistæ porrigent & annuent illi triumphum Recentiores, qui merito viri hujus mirantur in loquendo licentiam, dum dicit: *unusquisque illorum excogitavit distinctionem separantem Deitatem à Paternitate realiter, hoc est, ante intellectûs operationem*. Quis unquam Catholicorum distinctionem inter Paternitatem & Deitatem, ut is loquitur, pro actu accepit realiter separante Deitatem à Paternitate ante intellectûs operationem? aut cujus scholæ Scholasticus, sic accepit distinctionem inter Deitatem & Paternitatem, ut nominet rationem diastaticam, vel χωρισμὸν, ut *Aristoteles* 2. de Anima textu 19. separationem accipit ἀπὸ τοῦ χωρίζεσθαι, quod realis separationis denotat actum, & cito ille Theologus, ut de ipso libenter suppono, non intendens in Catholicos Scriptores, talem exhalare calumniam, neque in eo sensu intelligi velit realem separationem ante intellectûs operam, absona tamen prorsus est, & non solum propter Auctores nobilissimos contrariæ opinionis, sed & pro materia subjecta indigna prorsus & nimis licentiosa locutio; si enim multa sint, quæ etsi realiter, ut res à re distinguantur, ex eo solum, quod loco tempore, aut duratione, sine se existere nequeunt, nonnisi abusivè realiter separari posse, dicerentur multò minus nostræ distinctioni formali, & Thomistarum virtuali, aut realiter identificatis, realis separationis actus impingi debet, qui etiam secundùm nudum verborum corticem illis non quadrat. Sit

Immoderata animositas nobis non probatur.

ASSERTIO VI.

Hæc: Essentia divina realiter generat, non generatione productivâ Essentiæ, sed communicante Essentiam, & producente novam hypostasin, non obstante illâ limitatione, *non generatione productiva Essentia alterius numero distincta*, nec vera est, neque evitat inconvenientias, quas aliis supra confutatis inspersas ostendimus.

512 Ante probationem tanquam indubitatum suppono, illum Theologum non velle Essentiam ut talem, & ut prius sub ratione absoluti & subsistentis conceptor, quàm referri ad aliud, generare generatione productivâ novam hypostasin; quia si ut talis haberet potentiam ad generandum cum virtute gerundivi, illa præintelligeretur pro aliquo signo priori generabile, quàm intelligeretur esse Pater, & quia Essentia generans generatione communicante Essentiam & productiva hypostasis, augeretur in termino genito, & esse simpliciter, scilicet eandem Naturam, & esse personale distinctum præintelligeretur Filius ante Patrem, quod est absurdum & adynaton: no est ergo mens, quod Essentia ut talis generet, cum pro illo priori non sit potentia propinqua ad agendum, ad quam scilicet requiruntur suppositum, ut ... fusius, de quo & vide *Scotum* ... quæst. unicâ. §. *Quia autem.* n.22. hoc supposito in specialis impugnemus illas propositiones substinentias.

513 *Probatur* Assertio *primò*, quòd Essentia nullo modo generet generatione productivâ novæ hypostaseos, &c. etiam quærentes cum Patre ... ante est realiter eadem & præsto. Sicut in Deo non sunt plures ejusdem rationis productiones, ita præter principium *quod* & *quo* ... alia principia ejusdem numero vel ipsius productionis effectiva: *ergo* pro illo priori, quando Pater in actu exercito generat ... Filium, jam nequit Essentia intelligi, cum illo ... generaro & producere eundem Filium. Conseq. prob. ex vera & ab omnibus recepta doctrina de dicto principio *quod* & *quo*. principium *quod* vocatur ipsum suppositum vel subsistens, cui ultimatè competit actio, & principium *quo*, quod est ipsa ratio, ... virtus, secundum quam eidem competit actio, unde communiter verificantur illæ propositiones: Essentia est id, quo Pater generat Filium: *Essentia non est id quod generat*, ut tradit *Joannes Theol.* in ... tennio sess. 18. dicens: *quod Persona sit producens; principium autem quo ipsa Persona generat, sit id, quod solum communicabile est.* Similia dicit sess. ... *Quoniam divina substantia nomen abstractum existit, ideirco generatio ei non potest tribui.* Hac ergo suppolita & recepta apud omnes modernos doctrina, ex ipsa ... processionis seu emanationis prob... Essentiam pro illo signo, quo Pater generat, non posse realiter generare generatione productiva Filii. Processio in Divinis, etsi non detur per motum vel egressum localem, datur tamen per processum virtutis in eo positum, quòd sicut quilibet effectus quo modocunque tandem producatur, ita quoque in divinis terminus debeat egredi & poni extra suam causam per reale distinctionem ... adeo ut ... incipias unum idemque, non possis magis ibi repræsentare processionem, quàm in uno termino seu extremo aliquem motum: atqui pro illo signo, quo Pater generat, quomodo unque conceperis Essentiam realiter generantem, & cum quocunque notionali per identitatem composueris, semper tibi illam repræsentabis unam & eandem, ac in nullum à seipsa distinctum tendentem: *ergo* & sine processione generationis, quæ ab illa sit, proinde neque realiter generantem repræsentabis. *Major* est clara: quia omne generans, quod per se realiter influit in terminum, debet distingui à termino, inter producens enim & productum, necesse est, ut sit distinctio realis: *min* prob. nō suum ex eo, quòd tunc sicut Pater est *qui generat*, ita & Essentia Patris, *quæ generat* contra definitionem Cap. *Damnamus*, de summa Trinitate & fide Catholicâ, sed & ex ratione mox allata, quod Essentia realiter generans generatione productiva Personæ distinctæ à Patre seu Filii realiter distingueretur à Filio producto, nec nuper relativè opponeretur (quod est impossibile) sibi ipsi eodem numero termino seu Personâ productâ.

Nec solvisti argumentum dicendo sufficere, Essentiam esse realiter eandem Patri, ut principio totali, qui realiter distinguitur & relativè opponitur Personæ procedenti, & sic licèt nō abstractim, tamen concretim distingui in Persona Patris: non, inquam, solvisti, tum quia in nullo sensu potest dici Essentiam distingui aut opponi Personis productis, identitas enim realis, ob quam Essennam dicunt generare non operatur esse, tum distinctionis & oppositionis, scilicet sibi oppositum in eo, quod alteri identificat, tum quia hoc ipso, quo incipiunt distinctio & oppositio principii ad principiatum est in Patre, cui Essentia est eadem, lateris jam Patrem existit principium *quod* in actu generandi, non Essentiam, eamque solum esse, quâ Pater sit fœcundus, ... potens producere tanquam per principium *quo*, ... Essentia juxta Cap. *Damnamus*, supra de Summa Trinitate, non producente.

Probatur Assertio *secundo*; Ideò ... vera hæc: *Essentia divina generat realiter generatione productiva Personâ distincta à Patre*, quia ... 514

Patre-

Paternitas realiter generat generatione non productivâ alterius numero Essentiæ distincta à Patre, vera erit; atqui consequens est falsum, quia sicut Persona illa distincta, seu Filius Patri assimilatur secundùm Deitatem, ita assimilaretur Patri secundùm Paternitatem, sequela patet, genitum debet generanti assimilari secundùm principium generationis formale seu *quo*: sed hac opinione Paternitas esset principium formale *quo*. *Major* prob. ex S. *Thoma* 1.
D. Thom. p. q. 41. art. 5. dicente: *omne producens aliquid per suam actionem producit sibi simile, quantum ad*
Scotus. *formam, quâ agit*: cui & consonat *Scotus* 1. d. 7. quæst. unicâ, §. *loquendo tunc de potentia*, ostendens non communicare agens terminum formalem productionis in Deo, nisi agat forma æquè perfecta, imò hoc ipsum innuunt illæ substitutitiæ: *Paternitas non generat generatione productiva Essentiæ alterius numero distincta*. Et ista: *Pater communicat realiter Filio suam Paternitatem communicatione faciente unum numero Deum*. Ubi indistinctio in prima, & numerica unitas in secunda formalissimam identitatem importat principii *quo* cum termino producto, consequenter sicut terminus productus Patri assimilatur secundùm Deitatem, ita & secundùm Paternitatem, cùm præsertim aliunde juxta illum Auctorem Paternitas sit formaliter ipsa Essentia seu Deitas, proinde quemadmodum in Essentia omnes tres sibi assimilantur, ita & in Patrem esse: quod redolet Sabellianismum, non enim essent tres realiter distinctæ Personæ, cum tales non sint nisi proprietatibus, quæ sunt ipsa formalissimè Essentia, quod subvertit totum SS. Trinitatis Mysterium.

515. *Probatur tertiò*: Essentia divina de se, esto sit realiter identificata relationi Patris, est principium activè indeterminatum seu indifferens, ut exeat in actum notionalem, vel non exeat, aut in hunc vel illum: ergo illa ex se non generat generatione productiva Personæ distinctæ à Patre. Antecedens patet, si esset ex se in ratione principii productivi sufficienter determinata in quacunque Persona, quidquid enim illi cōvenit ex se, convenit illi in quocunque supposito, est enim eadem Essentia cum omnibus suis Essentialibus, sicut in Patre, ita in Filio, & Spiritu sancto, sed fides docet, Essentiam v. g. ut est in Filio, non vendicare sibi actum generandi, neque ut est in Spiritu sancto vendicare sibi actū spirandi; ergo & Essentiam non esse ex se activè determinatam ad actum notionalem, [illegible] enim esset [illegible] omnibus tribus generativa & spirativa: ergo, & [c.] dixi: esto sit realiter identificata relationi Patris, ne dicas Essentiam in argumento accipi abstractis personalibus relationibus, abstractione non præcisivâ solùm, sed negativa & per circumscriptionem, adeoque ibi non manere Personas, ut minū non sit, de illa ita accepta, quod realiter generet, negari, quia in hoc sensu nequaquam nervos ponit argumentum, cum certum sit, ut ipsemet docet Subtilis 1. d. 7. q. unica, §. *qui autem*, exemplum dans de specie, quæ si ponatur principium elicitivum operationis videndi in oculo, si per se existeret, non posset esse principium illius operationis, cùm non esset potentia propinqua ad agēdum, neque haberet passum approximatum, scilicet organum visoriū, certum sit, inquam, ita Essentiam divinam, esto sit ens infinitum perfectissimè & actualissimè per se existens, si tamen ita accipitur, ut in nullo intelligatur supposito, non esse in potentia propinqua ad agendum, procedit itaque argumentū, quod neque, ut est idētificata realiter Paternitati & solū præcisivè distincta à Persona, quo sensu volunt Adversarii illi realiter generare generatione productiva, &c. & probatur amplius, ut verè censeatur agere, vel ipsamet debet distingui realiter à termino producto, vel debet esse in supposito distincto realiter, ista enim actio distinctionem realem requirit aliquorum, quæ non est, nec esse potest, nisi suppositorum: ergo agens conveniens huic actioni, quæ sit productiva Personæ, non est etiam Essentia, ut est principium quo, & solum præcisivè distinctum à Persona generante, sed est ipsum suppositum distinctum, quod generat. Antecedens patet, conseq. prob. ad idem genus principii spectat principium productivum *quo* & principium *quod*: ergo sicut principium *quod* dicit relationem & distinctionem realem ad productum, ita si verum esset, quòd principium *quo* generet realiter generatione productiva Personæ distinctæ à Patre distinctionem & relationem realem dicet ad principiatum, quod est falsum: ergo & falsa erit, quod illa realiter generet productione generativa termini realiter distincti.

Confirmatur: Essentia divina non est principium seu potentia propinqua ad operandum actione notionali, nisi in quantum agens est in actu per illam: sed non est in actu per illam, nisi ut est in illo, nec est in illo, nisi quatenus agens est hoc suppositum: ergo non est principium actione generativâ realiter producendi terminum, ut est Essentia talis, sed ut est in supposito Patris, totum concedunt. Subsumo: sed ut est in supposito Patris, sive illud *esse in supposito* requiratur tanquam conditio, *sine qua non* ageret, sive pertineat ad potentiam notionalem, ut *Henricus* volens relationem in recto pertinere quasi partem constituentem ad rationem formalem potentiæ notionalis, sive illa potentia generandi solum connotet, seu in obliquo importet relationem, in recto verò Essentiam ut *Thomistæ*, aut quomodocunque, illa nequit habere unquam terminum à se productum, & nulla alia subest ratio, nisi quia Essentia seu potentia generativa non distinguitur realiter à Filio, nec realiter illi opponi possit, & si Pater generans non esset, daretur quidem absolutum illud, quod est potentia generativa, nunquam verò persona producta: ergo nulla ratione Essentia ut Essentia est ratio generandi, ut producat realiter Personam distinctam à Patre, *dico, nulla ratione*, id 516.

est

tionem tolleret & distinctionem, ergo quidquid communicatur in Divinis ratione identitatis realis est secundum Essentiam, secundùm quam non distinguitur, nullatenus secundum relationem, esto sit realiter ipsa Essentia, ut supra n. 499. fusius.

521. Confi matur: sive idem sit principium productivum cum principio communicativo, sive non, certum est, quòd productio Personæ in Divinis, & communicatio ejusdem numero Essentiæ se mutuò concomitantur, ita ut cōmunicationi respondeat in termino producto identitas; productioni distinctio realis: sed Pater communicat realiter Filio suam Paternitatem communicatione faciente utrumque numero Deum. ergo respondet realiter communicatæ Paternitati in termino producto identitas realis cum Patre, quod est *Sabellianum*, & omnes istæ contradictoriæ falsæ erunt: *Persona multiplicatur, Essentia non: relatio distinguit; Essentia non* implicat enim distinguere & realiter communicati distinctio. ergo ma[illegible] communicationem ejusdem Essentiæ, non e[illegible] communicatione Paternitatis, quod enim deesset ad communicationem Personæ, si realiter a communicaretur Paternitas, sicut ipsa Essentia seu Deitas, cum Persona nihil sit, nisi suæ rationes constituti[illegible], quales sunt Paternitas & [illegible] ut ergo catholicè & sanè dicendum, quòd nec realis identitas Essentiæ cum Paternit[illegible]e, nec realis unitas numerica Essentiæ Divinæ officiunt, quin Paternitas sit relatio opposita filiationi, ita neque officiunt, quin sit realiter incommunicabilis, cum distinctio realis & oppositio relativa stare non possint, inter ea quæ essent realiter in uno [illegible], [illegible] cui neque communicabilitas inter ea, quæ sunt realiter di[illegible]incta, ex hoc siquidem fundamento, & non ex solo placito Theologorum, communiter cum *Anselmo* tenetur, *omnia in Divinis esse unum, ubi non obviat oppositio.* Celebre Anselmi dictum.

522. Tertiò: Esse communicabile reducitur vel ad communicabilitatem, ut *quod*, vel ut *quo*: primo modo Deitas communicatur per identitatem omnibus tribus suppositis, ideoque verificatur de singulis, quod sint Deus, & [illegible], licèt etiam posteriori modo iisdem communicatur, quatenus Essentia est velut forma Personarum, non ideo solùm quasi tales per ipsam sunt, sicut sit in creatis, verbi gratia, quia anima communicatur corpori, corpus dicitur quidem animatum, non tamen corpus est anima, neque paries propter communicatam [illegible] albedinem dicitur albedo, sed Personæ sunt realiter ipsa Essentia, quod in Divinis est extra dubium: atqui Paternitas non communicatur [illegible] communicabilitate in Quod, quia tunc Filius realiter in re[illegible] esset Pater: neque communicabilitate ut Quo, qui præter quam quòd tunc Paternitate Filius esse Pater denominativè, quorum utrumque falsum est, sequeretur insuper Patrem [illegible] communicante Filio fœcunditatem ad generandum alium Filium, maximè in [illegible] natæ filius, quæ in Paternitate contib[illegible] principium formale *quo* proxim[illegible] ad generandum aliam Personam, communi[illegible] tamen faciente hunc secundum Filium [illegible] numero Deum cum priore Patre, quæ Doctis moverent risum, Indoctis scandalum.

ARTICULUS VI.

In quo Resolvitur Quæstio principalis hujus Controversiæ,

An

Post determinationem Concilii hæ propositiones: *Essentia divina non generat, Pater generat: Essentia divina communicatur, Paternitas non communicatur*; sint de fide.

523. Rationes in oppositum proponuntur. Rationes in contrarium has afferunt, & quidem ex mente & intentione dicti Concilii, quod nimirum intendebat solummodo damnare errorem Joachimi Abbatis, qui asserebat aliam esse Divinitatem & Naturam in Filio, aliam in Patre, aliam numero in Spiritu sancto, ita ut illa, quæ est in Patre, genuerit illam, quæ est in Filio, eique non minus dederit existentiam, quam persona Patris dat existentiam Filio: illa deinde quæ est in Patre, & Filio produxerit illam, quæ est in [illegible], adeòque tres personas non solum [illegible] & relationibus separabat, sed ex Naturis atque Essentiis numero distinctis, unde q[illegible] concedebat Joachim, *quòd Pater, & Filius, & Spiritus sanctus sint una Essentia, una substantia, una Natura*, voluit unitatem esse N[illegible] & Essentia, non vera & propria unitate, [illegible] collectiva, ut Concilium refert non veram & propriam, sed quasi collectivam, & [illegible] ordinariam esse fatetur, quemadmodum dicuntur multi homines unus populus, & multi fideles una Ecclesia. Cùm ergo Concilium intenderit damnare hunc errorem, deducitur ex ipso Concilio, non prohibere dici, generantem aut genitam Essentiam, sed ea [illegible] gignendi notione, quam Joachimus prætendebat.

Confirmatur primò ex dicti Concilii tenore cit. & allati cap. in quo proponitur doctrina Lombardi, deinde Joachimi Abbatis cum allata explicatione, quam deinde damnat, tanquam hæreticam, in eo sensu, quo illam intelligebat Joachimus: ergo non damnat, Essentiam, ut est in Patre, generare; & ut est in Filio, generetur. Hæ enim propositiones sunt valde diversæ, Essentia generat alteram Essentiam numero distinctam; & hæc, Essentia in Patre generat eademque Essentia in Filio generatur, id est, gignendo communicatur. Quæ Confirmatio confirmatur Totus Pater generat, & totus Filius generatur, & totus Spiritus sanctus spiratur, ergo & Essentia.

Confirmatur secundò ex Glossa, quæ ita habet: Illa notionalia, cùm veniunt adjectivè, dicuntur tantùm de personis, & non de Essentia, sed quando tenentur substantivè, tunc dicuntur tam de Essentia, quàm de personis: unde hæc propositio simpliciter est vera. Pater est generans, sive hæc dictio generans teneatur adjectivè, sive substantivè, si autem dicatur, substantia divina est generans, si hæc dictio generans teneatur ad[illegible] est, quia veliet notare distinctionem in divina Essentia: si teneatur substantivè vera est, quia tunc sensus est, Substantia divina est generans, id est, Persona, quæ generat, unde nomina ista generans, genita & procedens adjuncta nominibus personarum, distinctionem notant personarum: juncta verò cum nominibus istis substantia, Natura seu Essentia divina tenentur substantivè, & notant Essentiam tantum. Sic hactenus Glossa. Ex qua habetur, nequaquam prohiberi à Concilio dici substantia seu Essentia & Natura generat; cum, dummodo dictio *generans* substantivè sumatur, dicat hoc esse verum & solum esse falsum, quando in divina Essentia notaretur distinctio: atqui non notatur talis distinctio in divina Essentia: ergo potest admitti, quod Essentia generet, & prout est in Filio generetur. Plures rationes ad idem Argumentum, quòd Essentia generet, videri possunt apud S. Bonaventuram 1. Sent. d. . art. 1. qu. 1. Simulnet quòd generetur vide ibidem art. 2. q. 1. ubi tamen easdem discutit & solvit.

ASSERTIO VIII.

Prædictæ propositiones post determinationem Concilii sunt de fide.

ITa omnes Auctores suprà citati Art. 2. nu. 48 5. quibus adde Smising Tom. 2. de Deo Trino, disp. 5. quæst. 5. num. 61. Herinx de Deo Trino, disp 2. qu. 8. num. 71. Lychetum in 1. d. 5. super Scoti literam. Poncium ibid. & tenetur passim ab omnibus, tanquam definita de fide, &

524. *Probatur primò*: Concilium non solùm amplectitur doctrinam Petri Lombardi, contra quem scripserat Libellum Joachimus Abbas, in quo eum appellavit insanum & hæreticum; sed & Petri verba usurpavit approbavitque: docebat enim Petrus Lombardus: *Quoniam quadam summa res est Pater, & Filius, & Spiritus sanctus: & illa Res non est generans, neq; genita, neq; procedens*: quam doctrinam Concilium damnato Joachimi libello, sub illis verbis: *Concilio approbante credimus*, &c. de fide esse voluit, eamque expresse determinans ita loquitur. *Nos autem approbante Concilio credimus & confitemur cum Petro, quod una quadam Res*, &c. Et infra: *Et illa Res non est generans, neque genita, neque procedens; sed est Pater qui generat*: Ubi duæ connectuntur propositiones, negativa una: nempe quòd *illa Res, videlicet Substantia, Essentia, vel Natura divina non est generans, neq; genita, neq; procedens*. Altera sub particula rationali positive adversante *sed*, est affirmativa: *Sed est Pater qui generat, Filius qui gignitur*; ergo, sicut est à Concilio definitum, quod *Pater generat*, & Filius gignitur; ita pariter, quòd *Res illa*, quæ est Essentia divina, *non sit generans, neq; genita*. Prior Consequentia hic probanda audi Concilium *Nos*, inquit, *sacro approbante Concilio credimus & confitemur cum Petro*. Atqui Petrus absolutè & simpliciter credebat, confitebatur, & docebat, quod Essentia non sit generans, neque genita, eademque Petri verba Concilium adducit: ergo & Concilium absolutè & simpliciter confitetur & credit, quòd illa Res, quæ est Essentia, non sit generans, neque genita, neque procedens: ergo tanquam de fide certam, definit & confirmat doctrinam Petri, proinde sicut est Decretum fidei positivum, quòd Pater generat, & Filius gignitur; ita est Decretum, quòd Res illa, quæ est Essentia divina, non est generans, neque genita.

Confringuntur Rationes in oppositum.

525. *Allata superius in opposi-* AD rationem ex mente & intentione Concilii desumptam, Respondetur negando [illegible] totale intentum, damnare [illegible] rem Joachimi, seu unitatem personarum [illegible] rè objectitiam, id quod clare colligitur ex tenore textus Concilii, etsi fuerit in animo illius primarium cum occasione illius decreti de fide tenendum, non [illegible] veram unitatem *tum diluuntur.*

tatem, & omnimodam identitatem Naturæ cum personis, sed & doctrinam, quam Petrus Lombardus docuerat, in quem tanquam hæreticum & insanum debacchatus fuerat Joachim, sic Concilium cum Petro dicit: *Nos autem sacro & universali Concilio approbante credimus & confitemur cum Petro, quòd una quadam summa Res, &c.* Et mox: *Et illa Res non est generans, neq; genita, neq; procedens,* hanc autem Rem declarat esse *Substantiam, Essentiam, vel Naturam divinam,* nec nisi in concreto asserendum quòd *Pater est, qui generat, Filius qui gignitur, &c.* Concilium itaque non solum condemnat Joachimi errorem; sed insuper Petri doctrinam *approbat, credit, & confitetur* cum Petro: unde & patet ad primam Confirmationem.

Ad Confirmationem autem hujus Confirmationis, quod totus Pater generet, & totus Filius generetur, & totus Spiritus sanctus spiretur, ergo & Essentia, dico quòd non subsistat: & est simile huic Argumento: Totus Pater distinguitur à toto Filio, & Spiritu sancto, & refertur totus ad utrumque totum; ergo essentia Patris distinguitur ab aliis personis, & refertur esse una ad illas, quæ sunt falsa; Item huic: Totus Filius immediatè humanitatem assumpsit; ergo non solùm Filius quoad personalitatem, sed & immediatè essentia Filii assumpsit & terminavit hominem. Itaque quando dicitur totus Filius generatur, intelligendum venit accommodè, id est, non totaliter & quasi collectivè, sed distributivè, quomodo in creatis dicimus hominem generari & corrumpi, cùm tamen partes illius essentiales, puta neque materia prima, neque anima rationalis sit generabilis & producibilis.

Ad glossam, quæ non est tantæ auctoritatis, jam patet ex dictis suprà Art. 2. num. 488. & Art. 4. à num. 498. usque ad Art. 6. & si quid, aliud nihil ex illo habetur, quando dicitur substantia divina est generans, sumendo dictionem generans substantivè, quàm quòd divina Substantia sit identificata supposito generanti, quod tamen in rigore logico verum non esse, vide Art. 2. num. 288. quod ut hic repetamus, non est operæ pretium.

ASSERTIO IX.

Ex hisce contradictoriis tandem: *Essentia divina non generat, Pater generat:* & *Essentia divina communicatur, Paternitas non communicatur,* simpliciter & absolutè veris, utpote de fide credendis, evincitur aliqua distinctio, aut non identitas Essentiam inter & Paternitatem divinam, eaque à parte rei ante omnem operationem intellectûs eas præscindentis.

528. HÆ suppositis us, quæ densâ hâc & prolixa quæstione addiximus, præsertim post Concilii Lateranensis definitionem est extra dubium, secundùm illam siquidem absolutè tam veræ sunt propositiones affirmativæ, tempe: *Pater generat, Essentia divina communicatur*, quàm negativæ: *Essentia divina non generat, Paternitas non communicatur*. ergo, ne verificentur duo contradictoria, contra primum principium hoc *Impossibile est idem esse, & non esse: idem affirmari, & negari,* &c. necesse est concludere veram aliquam non identitatem, inter Essentiam, & Paternitatem divinam.

Nec opus est, ut huic rei, quæ ex una fidei, & altera luminis naturalis deducitur, ampliùs probandæ inhæreamus. Addidi tamen *à parte rei ante omnem intellectum, &c.* quia certum est, illas suam sortiri veritatem ex ipso SS. Trinitatis mysterio independenter ab intellectu creato, adeòque certum est, si inter Paternitatem, & Essentiam nulla distinctio esset præter actum negotiativum intellectus contra tam communem Paternitatem, quam Essentiam Vide Tom. 1. Controv. 5. q. 8. ubi ex professo de Responsis Thomistarum, & eorum nullitate tractatum est.

QVÆ-

QUÆSTIO II.

DE

Aliis quibusdam Conciliis in hanc Controversiam.

SVMMARIVM.

1. *Distinctio Scoti clarè eruitur ex duobus Conciliis Toletano VI. & XI. n.527.*
2. *Responsum diluitur. n.529.*
3. *Quare Pater, & Spiritus S. non mediatè quidem dicantur Incarnati. n.530.*
4. *Irrefragabile veritatis testimonium obtinet Scoti doctrina à Toletano XI. n.531.*
5. *Proponuntur rationes in contrarium. n.532. & seq.*
6. *Discutiuntur & exploduntur. num. 534. & seq.*
7. *Scoti opinio stabilitur auctoritate Florentini in verbis Christi fundata. n.536 & seq.*
8. *Contra Scoti oppugnatam hoc opere distinctionem nulla valida est explorabilis auctoritas, quin Concilia & Patres illi non favere solum, sed potius pro ea militare ostenduntur. n.538.*

ASSERTIO I.

Non identitas Scoti inter Naturam divinam & relationem habetur expressa in Concilio Toletano VI. & XI. in professione fidei.

527. CONcilium Toletanum VI. & XI. quod ab Innocentio in Epistola ad Petrum Compostellanum vocatur authenticum sic definitivè statuit determinatque: *Solus Filius suscepit humanitatem in singularitate personæ, non in unitate Naturæ divinæ, id est, in eo, quod est proprium Filii, non quod commune est Trinitati.* Habes in hac definitione propositiones contradictorias: ergo exprimitur in ea, puta inter personalitatem Filii, & essentiam communem tribus Personis, aliqua non identitas. Antecedens probatur: quia juxta Patres Concilii in Filio est aliquid, quod immediatè & formaliter terminat unionem hypostaticam; aliquid verò quod non sic terminat, aliquid est in eo proprium, secundum quod scilicet Filius immediatè ipsi humanitati personaliter unitus est; & aliquid commune toti SS. Trinitati, secundum quod immediatè non unitur humanitati, consequenter aliquid est proprium Filii, & aliquid non proprium, aliquid commune SS. Trinitati, & aliquid non commune SS. Trinitati. In uno suscepit humanitatem Filius, non suscepit in hoc altero; Atqui hæc omnia sunt contradictoria, & de fide credenda, impossibile est autem, idem simul esse, & non esse, idem de eodem respectu ejusdem simul affirmari, & negari: ergo in Filio est aliqua distinctio inter essentiam communem tribus personis, quæ immediatè non incarnatur, & personam Filii, quæ immediatè Naturam humanam assumpsit, sed non est distinctio realis strictè sumpta: ergo illa Scoti non identitas seu distinctio ex natura rei formalis.

Respondent Concilium per eam definitionem nil aliud intendere, sed præcisè velle Patrem, & Spiritum sanctum, sive non fuisse unitas omnes tres Personas, & hinc asserunt in sola persona, non verò in Natura Filii esse unionem peractam, alioqui cum essentia communis sit omnibus Tribus, consequens fuisset ut tota Trinitas fuisset Incarnata, id quod roborant ex ipso textu Concilii, nam illud subdens rationem suæ determinationis, ait: *Nam si naturam hominis Deique in alteram consuisset, tota Trinitas corpus assumpsisset, quoniam constat Naturam Trinitatis esse unam, non personam.* Unde quia persona Filii realiter distinguitur à cæteris, falso dicitur in dicta definitione involvi contra[illegible]orias. 528.

Responsum hoc ostenditur esse purum & putum effugium, mentem Concilii subvertens.

529. COncilium inquit, *Filius suscepit humanitatem in singularitate personæ*, ubi est [illegible] affirmatio, *non in unitate Naturæ*, ubi exprimitur [illegible] tio naturæ con[illegible]gens, & ne in eo, quia natura est omnibus personis communis, hallucinatio fieret, utrumque per se explicans, ait *id est in eo, quod est proprium Filii*, vera est affirmatio, *non in eo, quod commune est Trinitati*, suscepit humanitatem, & *in eo* quod commune est, vera est negatio [illegible] Pater, & Spiritus

tus sanctus non sunt communes toti Trinitati, cùm sint Personæ incommunicabiles; ergo contortè & voluntariè respondetur ad Argumentum, Concilium velle præcisè Patrem, & Spiritum sanctum non esse unitos, sed Filium, cùm verba sint clarissima, quæ si aliud importarent, quàm sonant, impropriè & abusivè Patres fuissent locuti, quod

530. Confirmatur & magis illustratur Argumentum: SS. Patres, & Scholastici, etsi non sit Natura divina immediatè & primariò unita cum homine, omnes tamen admittunt esse unitam illi mediatè, unde Ecclesia absolutè prædicat populo, Deum esse Incarnatum, Christum Deum mortuum esse in Natura assumpta, sed nunquam auditum fuit, Patrem, & Spiritum sanctum Incarnatos esse, vel immediatè, vel mediatè, nempe mediante filiatione assumpsisse humanitatem: ergo falsò dicebatur pro eo, quod dicit Concilium, Filium non suscepisse humanitatem in unitate naturæ, intelligi Patrem, & Filium illam non suscepisse. Minor quoad primam partem, quòd non immediatè, constat: quoad secundam partem, quòd nec mediatè; Prob. quia alioquin identicè, & denominativè illis personis tribueretur Incarnatio, sicut tribuitur Naturæ, quod falsum esse patet, quia Pater, & Spiritus sanctus, non sunt idem realiter cum eo, quod immediatè est unitum, sed solùm cum eo, quod mediatè & denominativè, puta, cum ipsa Natura, de qua Concilium negabat assumpsisse immediatè humanitatem: ergo dum Concilium statuit Filium non sumpsisse humanitatem in unitate Naturæ toti Trinitati communi, non intelligit præcisè personas Patris, & Spiritus sancti non esse unitas. Unde certè responsum illud pro subjecta materia Concilii, est impertinentissimum, quasi non uniri humanitatem formaliter, & immediatè Naturæ divinæ nihil aliud sit, quàm non uniri omnibus tribus, non Patri, & Spiritui sancto, sicut Filio. Manet itaque Argumentum Scotistarum à contradictoriis in definitione hujus Concilii contentis petitum, in sua firmitate, consequenter & dari distinctionem inter essentiam non terminantem unionem, & Filiationem, quæ terminat illam &c. Vide Tom. 1. Controv. 5. q. 3. & 4. à num. 125. usque ad Controv. 6. ubi fusè disceptavimus de mente Conc. Tolet. VI. quæ hîc relegi possunt.

ASSERTIO II.

Irrefragabile veritatis testimonium doctrinæ Scoti iterùm perhibetur ab eodem Toletano XI. in professione fidei, hisce verbis: quod *Pater est non ad se, sed ad Filium est; & quod Filius est, non ad se, sed ad Patrem; similiter & Spiritus sanctus non ad se, sed ad Patrem, & Filium relativè refertur in eo, quod Spiritus Patris, & Filii prædicatur.* & hisce, paulò pòst: Cùm dicimus Deus, non ad aliquid dicitur, sicut Pater ad Filium, sed ad se specialiter Deus dicitur.

531. QUibus clarè docent Patres Concilii in divinis Deitatem esse quid absolutum & ad se, non relativum seu ad aliud, econtrà verò de omnibus & singulis personis, quòd sint quid relativum non absolutum, & sic loquuntur cum S. Augustino, ut vidimus Controv. 8. q. 2. agendo de S. Augustini doctrina, signanter citato ibi lib. 7. de Trinit. cap. 1. & 4. ubi videre licet 1. art. 1. num. 404. de Essentia ibi inquit: *Essentia divina ita est ad se, ut si esset ad aliud, jam non esset Essentia.* Item *Si Essentia ipsa dicitur, ipsa non est essentia, & si substantia, jam non erit substantia, quia relativum erit.* De Personis verò ut Controv. cit. in Pf. 68. art. 1. cit. num. 401. *Pater non* ad se, *sed ad Filium dicitur.* Et cit. 7. de Trin. cap. 2. *Verbum non ad se dicitur, sed tantùm relativè ad eum, cujus est Verbum, sicut Filius ad Patrem.* Quæ doctrina, cùm in illa contineantur contradictoria, scilicet ista negativa: Essentia divina non est ad aliud, sive non est relativa: & altera affirmativa sub adversante particula rationali *Sed*, quòd Personæ non sint ad se, sed ad aliquid, stare non potest, si Personæ sint formalissimè ipsa realitas Essentiæ. Ergo

Discutitur, quomodo Adversarii occurrant huic Argumento.

532. QUod idem simpliciter potest dici *ad se*, & *ad aliquid*, ut cum dicitur, quòd Pater est *aliquid*, debet intelligi, quòd Pater est *ad aliquid*, & cum dicitur, quod *aliquid est ad se*,

se, debet intelligi, quod *ipsum est ad se*, v.gr. si dicatur homo est ad se, intelligendum est, quòd homo est homo ad se, sed simul cum hoc est etiam homo ad aliquid, sic omnis entitas mundi, quod ipsa est ad se, est etiam relativè, & aliquid ad aliud, eodem modo in proposito de Patre in Divinis potest dici ad se, & aliud. Ita Gregorius de Arimino. *Gregorius de Arimino.*

533. *Secundò*, & aliter occurrit Argumento Cajetanus S. Thomæ Expositor p. prima, qu. 39. art. 1. in Deo secundum rem, sive in ordine reali non esse unam rem purè absolutam, nec purè respectivam, nec mixtam, nec compositam, aut ex utraque resultantem, sed est eminentissimè & formaliter habens, quod est respectivè, imò multarum rerum respectivarum, & quod est absolutè, ita in ordine formali seu formalium secundùm se, non quoad nos loquendo, est in Deo unica ratio formalis, non purè absolutè, nec purè respectiva, neque purè communicabilis, nec purè incommunicabilis, sed eminentissimè & formaliter continens, quidquid absolutè perfectionis est, & quidquid Trinitas respectiva exigit: oportet autem, quòd quæ in aliis dispersa sunt, in una simplicissima re, secundùm se maximè una, qualis est Deus, sint unita, quare fallimur ab absolutis & respectivis ad Deum procedendo, eò quòd distinctionem inter absolutum & respectivum quasi priorem re divina imaginamur, & consequenter credimus illam sub altero membro ponendam esse, cùm sit totum oppositum quoniam res divina prior est ente & aliis differentiis entis, est enim super ens & super unum. *Cajetan.*

Confirmatur. Sicut virtutes inferiores non ut desarticulatæ & distinctæ inter se, ad unam Solis virtutem formaliter elevantur, multò magis absolutum & respectivum ad unam rem & rationem formalem divinam elevantur, multò magis absolutum. Et ex hoc, quod est unius rationis in se non sequitur, essentia est ad se, Paternitas non est ad se, essentia est communicabilis, Paternitas non est communicabilis: ergo est distinctio inter illa, sed stat, quòd sit communicabilis, & incommunicabilis, quòd sit ad se, & sit ad aliquid, seu relativè & non ad se, quia ibi sunt, ac si essent distincta, cùm tamen in summa illa re realiter & formaliter idem sint, & virtualiter tamen distincta propter infinitatem illius rationis formalis: nec est mirabilius unicam rationem formalem habere utramque, quàm unicam rem, quod tamen admittunt Scotistæ.

In hanc Responsionem abeunt quasi omnes Thomistæ, & se satisfacere putant.

Responsiones & rationes in oppositum dispunguntur & retunduntur in suos Auctores, & sententia Scoti amplius illustratur.

534. AD primum dico, quòd illa sententia, quæ dicit Patrem, ex natura rei tantùm dicere essentiam, nimium probet, in ipsum siquidem impingit mysterium, tum quia, ut rectè Lychetus 1. d. 2. qu. 7 super lit. Doct. §. *Secundò oportet*. num. 54. *Comm* nulla esset realis distinctio inter personas, cùm omnes personæ ex natura rei tantùm dicerent essentiam; tum quia omnes personæ æquè essent communicabiles ex natura rei, cùm in hac essentia nihil ex natura rei includunt, nisi essentiam, quæ est communicabilis: nec sufficit dicere Patrem communicare Filio Paternitatem, intelligendum, quod communicavit illam entitatem, quæ est Paternitas, nam supposito, quòd Paternitas tantum importet essentiam, & nihil ultra illam, id est, nullam formalitatem, vel quasi modum rei, quæ ultimatè dicatur Pater, sed sic Pater simpliciter eadem essentia, quæ Filius, Pater ex natura rei tantùm importabit essentiam, & similiter Filius ex natura rei tantùm importabit essentiam: & ita Pater, & Filius sunt penitùs idem ex natura rei, quod est contra Sanctos, contra fidem, & contra definitionem Ecclesiæ in Cap. *Damnamus*, decernente, quod in Divinis ex natura rei sint tres Personæ proprietatibus realiter distinctis distinctæ, & non per actum negotiativum intellectus, quod addo ad considerandum alios, an non verè, & à parte rei ex sententia sua, qui illas proprietates ab essentia solo rationis respectu distinctas esse volunt, non eadem sequantur incommoda, quæ ex sententia Gregorii. Sed de hoc dicemus Tom. 1. Denique in sententia Gregorii non posset salvari productio in Divinis, patet: quia si Pater ex natura rei tantùm dicit Essentiam divinam, dicant, quid Pater generet? Filium, aiunt; sed Filius dicit eandem essentiam, quàm Pater, & nihil amplius: quid ergo restat, nisi quod in re, eadem essentia erit generans & genita, & sic vel à seipsa erit ex natura distincta, cùm nihil gignat seipsum, vel diversis sol[...] [...] conceptibus divinam Essentiam jam Patrem, jam Filium, jam Spiritum S. concon[...] quod est Sabellianum, & dogma damn[...]n. *Lychetus.*

Ad id quod secundo loc[...] jet. afferebat, vide quæ diximus Controv. 6 q. 1. art. 4. nu. 297. & seqq. specialiter Contro[v]. 7. qu. 1. art. 4 à num. 269. usque ad num. 3[.]0. ubi docuimus omnium perfect[...]n [...] creaturis di[s]persam, quæ non necessari[o] includit imperfectionem, formaliter reperiri in Deo; quæ verò imperfectionem involvunt, emi[ne]nter [...]tum & virtualiter, quo [...] [...] dispersa in inferioribus unita sunt in superioribus, om- 535.

nia

nis siquidem pluralitas dependentium reducitur ad unum independens. Quibus ibi suppositis, perspicuum est esse meram voluntatem dicere, quod Deus sit eminentissimè formaliter absolutum & respectivum, quia ut rectè *Lychetus* loc. cit. sic peratur, quomodo salvetur, quod una Persona realiter generet aliam distinctam, & pro quo, quando Pater generat Filium, (supponit Pater, si pro Personâ includente Paternitatem & Essentiam, ita quod Paternitas non sit formaliter Essentia, habetur propositum. Si pro Essentia tantum, ita quod Paternitas formaliter sit tantum Essentia à parte rei, quæro, pro quo supponat Filius? certum est, quod & ipse tantum supponat pro Essentia: ergo Pater non generat aliquid distinctum, sed generabit seipsum.

Respondes itaque hic breviter doctrinam istam dicere implicantiam quia idem formaliter ex natura rei esset præter omne opus intellectus incommunicabile & simul communicabile, dicere autem, quod non est mirabilius, unicam rationem formalem habere utrumque, quam unicam rem, manifestè patet falsum: quia esse communicabile ex natura rei secundum unam rationem formalem in illa una re importat aliquid, quod non importat esse incommunicabile, esto enim transeat ratio formalis, cui competit incommunicabilitas, in perfectam identitatem realem cum natura communicabili, nullatenus tamen in identitatem formalem, quare revera mirabile & nunquam persuasibile est contra primum & evidentissimum lumine naturæ principium, quod sine contradictionis ictu idem possit esse & non esse, affirmari & negari de formaliter ex natura rei eodem, neque exinde implicantiam eorum elidit distinctio virtualis, quod sint ibi, ac si essent distincta, sanè si res ita se habeat, quasi perinde ac si essent distincta, non quod tamen ibi sint, videat, qualiter rectè salvet distinctionem realem Personarum, nisi fingat, quod ideo est realis, ac si ibi esset, non quod tamen ibi sit, sed omnia hæc vide *Tomo primo Cont.* 7.

ASSERTIO III.

Doctrina Subtilis validissimè à Florentino sess: ult: hac, in hæc Ioannis: *Omnia, quæ habet Pater, mea sunt*, stabilitur auctoritate: omnia quæ Patris sunt, ipse Pater unigenito Filio suo gignendo dedit, præter esse Patrem.

536 Ubi primò apud Joannem ex verbis Verbi intelligunt PP. Christum voluisse dicere, omne quidquid est in Patre, uno excepto, quo Pater est relativè, & communicari non potest, sibi inesse, ergo illud, quo Pater est Pater, & quod non dedit Filio, distinguitur ab omni eo, quod Pater habens, dedit Filio: antecedens patet, consequentia prob. esse Patrem, est aliqua realitas, atqui Pater omnia dans Filio, non tamen dedit Filio esse Patrem, ergo neque illam realitatem, qua constituitur Pater, consequenter distinguitur ab omnibus illis.

537 Confirmatur ex Conc. Lateranensi Cap. *Damnamus* de summa Trinit. & fide Cathol. *Pater ab æterno Filium generando suam substantiam ei dedit, juxta quod ipse testatur, Pater quod dedit mihi majus est omnibus*: & iterum: *Filius sine ulla diminutione, nascendo substantiam Patris accepit*: atqui si Paternitas quo Pater habet esse Pater, sit formaliter idem ac Essentia, per illam exceptionem Florentini & Patrum communiter, *præter esse Patrem*, esset manifestè falsum, quod sine diminutione acceperit substantiam Patris, quod certè dicendum non est. min. prob. quia suppositâ tali identiate formali, quia Paternitas & Essentia sint unica formalissima ratio, necessariò sequeretur non posse Patrem communicare Filio suam Essentiam, quia illi etiam communicaret esse Patrem, implicat enim communicare Essentiam, nisi communicando omnia, quæ sunt de Essentia, cum aliàs illam accepisset cum diminutione: ergo communicando Essentiam, communicaret esse Patrem, quod est formalissimè ipsa, & de Essentia, proinde communicaret illi etiam suam Personam, sed hoc est expressè contra Florentinum in literis Unionis definiens conclusionem nostram, *quod omnia quæ Patris sunt, ipse Pater unigenito suo Filio gignendo dedit, præter esse Patrem*. Ubi ex illo Christi *omnia*, Concilium definit, quod *omnia quæ Patris sunt, ipse Pater dedit Filio*, quod nisi velis Concilium contradicere Concilio sonat idem, ac verba Lateranensis Concilii, quod *dederit illi substantiam suam sine diminutione*, & tamen addit, *præter esse Patrem*: ergo convincitur esse Patris, seu Paternitatem non esse formaliter idem quod Essentia, unde & rectè *Ioannes Theologus sess.* 18. *Pater, ait, suam Personam Filio nequaquam communicat; cum tantum ejus substantia & natura communicabilis sit*: consequ. quod convincatur per illam exceptionem, *præter esse Patrem*, Paternitatem non esse formaliter ipsam Essentiam, probatur: quia dici non potest, quod partem substantiæ illi dederit, Ioannes Theologus.

dederit, & partem retinuerit, cum substantia Patris indivisibilis sit, & simplex omninò, proinde non accepisset veram Essentiam, quam Pater habet, sed aliam, cum Essentiæ, ut tenetur cum Philosopho, sicut numeri varientur uno dempto vel addito, cum ergo secundum Concilia Filio æterno tota Essentia data sit à Patre æterno, non autem *esse Patrem*, evidenter patet, Paternitatem non esse formaliter ipsam rationem formalem Essentiæ.

ASSERTIO IV.

Nullum Concilium adduci potest, nullaque Auctoritas ex CC. quæ de Mysterio SS. Trinitatis agunt, explorabilis est, quæ solidè militet contra doctrinam Doctoris Subtilis, toto hoc Tomo defensam, quin potius, quæ præsentem Controversiam tangunt, ostendunt, si illa ex fine & intentione Patrum, ut decet, rectè expendantur, illam esse tutam, Catholicam, SS. PP. consonam, individuam simplicitatis divinæ sociam, ac in rationibus hactenus nondum expugnatis firmissimè fundatam.

538 PRimum probatur: Quia nullum ex iis, quæ contra *Scotistas* afferre solent: non *Toletanum* II. dicens: *In Divinis omnia sunt unum, ubi non obviat relationis oppositio, & in relatione Personarum numerus cernitur, & quod ad invicem sunt &c. & in hoc solo numero carent, quod in se sunt.* Qui locus afferri solet contra illam sententiam, qua tenetur Spiritum sanctum, si non procederet à Filio, adhuc distingui ab illo, quia de illa agit unitate, dum dicit in Divinis omnia unum sunt, quâ tres Personæ non sunt unum, nempè reali, habetque fundamentum in *Anselmo* c. 3. lib. de processione Spiritus sancti, ubi ait: *Unitatem non amittere suam consequentiam, ubi non obviat aliqua relationis oppositio*: & c. 2. ejusdem lib. ait: *Hac itaque sola causa pluralitatis est in Deo, ut Pater, Filius & Spiritus dici non possint de invicem, sed alii sint ab invicem.* Concilium itaque hic cum *Anselmo* solum vult oppositionem relationum solùm esse causam pluralitatis & numeri inter Personas, quæ invicem sunt, & carere hoc numero & pluralitate, qualis est inter Personas, secundum quod in se sunt, & secundum esse absolutum: in quo patet nihil esse contra nos.

539 *Secundò*: Nec, quod objiciunt Lateranense sub *Innocentio* III. Cap. 1. *Firmiter, de summa Trinit.* ubi sic: *Credimus* &c. *Deum æternum, immensum, omnipotentem, incommutabilem, incomprehensibilem & ineffabilem Patrem, Filium, & Spiritum sanctum esse unam Essentiam, Substantiam seu Naturam simplicem omninò*: & c. 2. *Et ideo in Deo Trinitas est solummodo non quaternitas, quia qualibet trium Personarum est illa res, videlicet Substantia, Essentia seu Natura divina.* Item: *Pater ab æterno Filium generando suam substantiam ei dedit, ac dici non potest, quod partem suæ substantiæ illi dederit, & partem retinuerit ipse sibi, cum substantia Patris indivisibilis sit, utpote simplex omninò*: & meritò miramur *Scotistæ*, quod in illo loco nervum ponant. *Scoto* & Scotistis non melius inspectis, qui non solùm, ut docet Catholicam scholam, ubique cum Concilio, excludunt illam divisibilitatem, quâ pars substantiæ remaneret in Patre non communicata Filio, atque eam distinctionem, qua admissa Personæ non essent una res, sed quaternitas, ut sit summæ dementiæ ex doctrina Scotistarum inferre oppositum, sed insuper & summam Dei simplicitatem fortiter propugnant, ut videre licet *Tract.* 1. *Controv.* 1. & seq. per extensum, quod autem *Scotistæ* illam constituant, in identitate reali, alii in formali, non est quod hic rescribamus: vide eadem Controv. 1. q. 2. & q. 3. art. 3. & alibi passim.

Ad rem præsentem nihil aliud ex auctoritate allata habetur, quàm quod sit ad salvandam divinam simplicitatem excludenda distinctio realis inter Naturam & Personas, quod nihil contra nos.

Tertiò quod nec Florentinum Concilium, nec denique Rhemense officiat opinioni Subtilis, nervosè & validè ostensum est Controv. 4. per extensum contra Vasquez.

Alterum quod potiùs ostendunt doctri- 540
nam *Scoti* tutam, Catholicam, sanam &c. toto hoc Opere abundè docetur: unde benevolos & indifferentes lectores arbitros constituo, an non verè reprehensibiles sint illi auctores, qui tam insubidè *Scoti* doctrinam censurarunt, & hæresi conspersam pronunciarunt, uti videre licet Præfat. in hunc *Tomum n.* 1. & *Præfat.* in catenam auream SS. PP. cum Scoto *Parte* 2. n. 281. quorum loquendi libidinem ne hic repetamus, religiosa vetat modestia.

INDEX



INDEX SUMMARIORUM TOMI SECUNDI,

Vbi numerus non paginæ, sed margini respondet.

CONTROVERSIA I.

De simplicitate Divina.

Et

An sicut illi compositio, ita distinctio omnium minima, earum, quæ sunt ante operam intellectûs, vulgo distinctio Scoti ex natura rei formalis, opponatur divinæ simplicitati?

Summarium.

QUÆSTIO I.

An & quid sit simplicitas divina?

Summarium.

QUÆSTIO II.

In qua

Resolvitur speciatim, quid importet simplicitas divina?

Summarium.

Po-

QUÆSTIO III.

An sit admittenda ex doctrina Scoti compositio rationis in Deo, seu per solam mentis functionem illi affixa?

Summarium.

CONTROVERSIA II.

De jure & processu Gabrielis Vasquez *adversus Catholicissimam & purissimam Scoti doctrinam, qua, dum excernuntur & dispunguntur censuræ Vasquii, à calumniis emaculatur, & simplicitas divina in via Scoti amplius propugnatur.*

Summarium.

QUÆSTIO I.

Quo jure & quibus rationibus Vasquez voluerit Scotum malè audire, eumque erroribus Gualteri & Gilberti conspersum esse?

Summarium.

QUÆSTIO II.

Quales fuerint errores circa Mysterium SS. Trinitatis, signanter qualem Gilbertus statuerit distinctionem inter Essentiam & Relationes Divinas, an formalem tantum ex natura rei, ut Vasquez ex allato fundamento contendit, vel realem, qua est inter rem & rem?

Summarium.

Præ-

CONTROVERSIA V.

De necessitate luminis fidei, & compossibilitate supernaturalitatis cum distinctione Scoti in Divinis, & quod per eam cognoscatur Augustissimum Mysterium SS. Trinitatis non esse impossibile, adeoque reddi credibilius, minimè verò ejus altitudinem evacuari, & in creaturas invehi.

Summarium.

QUÆSTIO I.

An sanctissimæ Trinitatis Mysterium sit supra captum luminis naturalis?

Summarium.

QUÆSTIO II.

An sicut veritas de existentia Mysterij SS. Trinitatis superat veritatem lumine naturæ notam, ita destruat illam, & vicissim; ita ut non obstante hac veritate fidei, naturaliter demonstrari possit illius Mysterij impossibilitas?

Summarium.

Evacuatur

Omnia

QUÆSTIO II.

Quid S. Iustinus sentiat de distinctione & identitate in divinis?

Summarium.

QUÆSTIO III.

Quid ad idem Argumentum tenuerit Cyrillus Alexandrinus?

Summarium.

QUÆSTIO IV.

De doctrina & mente Athanasii circa distinctionem & identitatem in divinis.

Summarium.

QUÆSTIO V.

Quid in hanc Controversiam dixerit, scriptoque quid posteritati designarit S. Gregorius Nyssenus frater S. Basilii?

Summarium.

QUÆSTIO VI.

Quæ fuerit opinio Basilii Magni de distinctione & identitate in divinis?

Summarium.

QUÆSTIO VII.

Quid Gregorius Nazianzenus contulerit scholis, & quali faveat in hac Controversia?

Summarium.

QUÆ-

QUÆSTIO VIII.

In qua exploratur

Quid de præsenti Controversiæ statu censuerit S. Ioannes Damascenus?

Summarium.

QUÆSTIO IX.

Quid censuerit de distinctione & identitate in divinis S. Anastasius Patriarcha Antiochenus?

Summarium.

QUÆSTIO X.

Quid de distinctione in divinis arbitratus fuerit S. Maximus?

Summarium.

QUÆSTIO XI.

Quid Anastasius Patriarcha Theopolitanus, & Cyrillus Alexandrinus in Orthodoxa fidei compendiaria explicatione, ubi agitur de SS. Trinitate, censuerint, de distinctione & identitate in divinis?

Summarium.

QUÆSTIO XII.

Quid ad propositam Controversiam dixerit S. Epiphanius in suo Ancorato?

Summarium.

QUÆSTIO XIII.

Quid denique docuerit circa diu ventilatam hanc Controversiam S. Ioannes Chrysostomus?

Summarium.

QUÆSTIO XIV.

De Demetrio Cydonio, Tito Bostreno; ubi de Athenagora & Alcinoo Philosopho.

Summarium.

CONTROVERSIA VIII.

DE PATRIBVS LATINIS.

Quid Patres Latini sentiant de distinctione & identitate in divinis?

Summarium.

QUÆSTIO I.

Quid teneat S. Hilarius de identitate & distinctione in divinis?

Summarium.

QUÆSTIO II.

Quid docuerit ad propositam Controversiam S. Augustinus Doctor maximus?

Summarium.

QUÆSTIO III.

De mente & opinione S. Anselmi, de identitate & distinctione in divinis.

Summarium.

QUÆSTIO IV.

Quid ad propositum censuerit S. Bernardus?

Summarium.

Multa

QUÆSTIO V.

De doctrina & mente Doctoris Angelici circa præsentem Controversiam.

Summarium.

QUÆSTIO VI.

Quid tandem de identitate & distinctione in divinis docuerit S. Bonaventura?

Summarium.

CONTROVERSIA IX.

DE SACRIS CONCILIIS.

Quæ tangunt Controversiam de distinctione & identitate in divinis.

Summarium.

QUÆSTIO I.

Quid decernat Concilium Lateranense?

Summarium.

QUÆSTIO II.

De aliis quibusdam Conciliis in hanc Controversiam.

Summarium.



INDEX
RERUM ET MATERIARUM
TOMI SECUNDI.

A

Axioma

F I N I S.



621070

